SPECVLVM VISITATIONIS

SECVLARIS OMNIVM MAGISTRATVVM, IVDICVM, DECVRIONUM, aliorumq. Reipublicæ Administratorum.

IN QVO DE NECESSITATE VISITATIONIS, VISITATORIBUS eligendis, illorumq; qualitate, iurisdictione, & officio, ordineq; procedēdi, & fulminandi processum in visitatione, de testibus, officialiumq; suspensionibus, & carcerationibus, Visitatorumq; recusationibus. De excessibus quoque, grauaminibus, & culpis omnium Magistratuum; ipsorumq; defensionibus, & excusationibus, ac etiam bonorum Reipublicæ erogationibus, sententijs denique, appellationibus, & pœnis in eisdem, imponendis, deque falsis querelantibus puniendis, copiosè differitur, atque discutitur.

NVNC RECENS IN LVCEM EDITVM, SVMMO studio, ac diligentia elaboratum, cum Summarijs, & Indice Capitulorum, rerum, ac verborum magis memorabilium locupletissimo, quamplurimisque, diuersorum Senatuum decisionibus illustratum

AVTORE GABRIELE BERART, ET GASSOL I.V.D. REGIO generali Auditore triremium classis Principatus Cathaloniæ, ex nobili, ac fidelissima Barchinonensi Ciuitate oriundo, illiusq; Ciue honorato, ac sanctissimi Pretorij contra hereticam prauitatem eiusdem Principatus cautarum Fidei Consultore, nunc vero apud Sacrum Supremum Regium Aragonum Consilium, ex eius ordine Relatoris officium exercente.

AD EXCELLENTISSIMVM, ET CLARISSIMVM DOMINUM don Ferdinandum Afan de Ribera, & Henriquez, Ducem de Alcala, Marchionem de Tarifa, & Comitem de los Molares, dominumquè Illustrissimæ Domus de Ribera. Ciuitatis, ac Mediolanensis Statue, dignissimum Gubernatorem, ac Capitaneum Italiæ generalem vigilantissimum.



ANNO M.DC.XXVII.

Cum Privilegio Regio Domini nostri Regis Philippi III. in Aragonia, & Castella IIII.

Barcinone, ex Typographia Sebastiani Matheuat.

HE llegit vn llibre intitulat *Speculum visitationis secularis, &c.* que ha fet y compost lo Doctor Gabriel Berart desta Ciutat de Barcelona. Y no trobe en ell cosa per la qual nos dega imprimir, antes estan recopilades moltes coses ben dites, y profitoses perals Iutges, y Aduocats, y axi ho firme de mon nom vuy a *26.* de Agost *1624.*

El Doctor Monserrat Ramon.

Attenta huiusmodi aprobatione imprimatur.

Sala Regens.

EX *comissione speciali Illustrissimi ac Excellentissimi domini D. Ioannis à Sentis meritissimi Episcopi Barchinonen. ac hujus Principatus Cathaloniæ in præsenti Proregis dignissimi. Ego Frater Gaspar Gilabert Sacræ Theologiæ Magister, et Rector Collegij sancti Angeli Ordinis Carmelitarum, ea qua potui mentis attentione perlegi librum, cuius titulus est* Speculum Visitationis Secularis, &c. *Auctore Gabriele Berart, et Gassol I.V.D. In quo nihil omnino contineri deprehendi quod Catholicis dogmatibus Sacræ Romanæ Ecclesiæ, aut sanctorum Patrum decretis, bonisue moribus quoquo modo repugnet, sed potius omnia pie aperte et graui stylo tractari. Id circo censeo quod Auctori non tantum est danda facultas eum in lucem edendi, sed & habenda gratia pro magno labore quem cõsumpsit in colligenda ex tot tantisque grauissimis Doctoribus, tam præclara doctrina, quæ admodum commoda et vtilis futura est speciatim Iurisperitis. In cuius censuræ testimoniũ has litteras proprij nominis subscriptione firmaui in Collegio S. Angeli Ordinis Carmelitarum Barcinone die 5. Septembris 1624.*

Fr. Gaspar Gilabert Rector Collegij Carmelitarum.

Die 5. Septembris 1624.
Imprimatur.

Jo. Episcopus Barcinon.

§ 2 Nos

Lo Bisbe de Barcelona Llochtinent y Capita General.

PER quant per part del Doctor Gabriel Berart nos es estada feta relacio que ha compost vn Llibre intitulat *Speculũ visitationis secularis*, supplicantnos siam seruits donarli llicencia pera imprimir aquell, ab prohibicio: E Nos attesa la relacio feta per persones doctes y eminents aqui es estada comesa la regonexensa y censura de aquell, de la qual resulta que mereix ser imprimit. Perço ab tenor de la present de nostra certa sciencia deliberadament per consulta, donam y concedim llicentia al dit Doctor Gabriel Berart, peraque liberament puga fer imprimir y vendrer lo dit llibre. Manant expressament que durant lo temps de deu anys de la data infrascripta en auant comptadors, ninguna persona de qualseuol grau, estat, o condicio que sie puga imprimir ni vendrer, ni fer imprimir ni vendrer lo preintitulat llibre, sots pena de perdrer los llibres que sens orde y voluntat del dit Doctor Berart se trobaran imprimits, mollos y aparells de la impressio, è de sinc cents florins de or de Arago als Reals cofres aplicadors, sots la qual pena diem y manam no res menys a tots y qualseuol officials y ministres de Iusticia, axi Reals com de Barons, y majors com menors, que la present nostra llicentia tinguen, guarden, y obseruen, tenir, guardar, y obseruar fassen, y contra no vinguen en manera alguna, si la gratia de sa Magestat tenen chara, y en la dita pena dessijen no incorrer. Dat. en Barcelona a 29. de Agost M. DC. XXIIII.

Lo Bisbe de Barcelona.

Vt. Sala Regens.
Vt. Bru Regens Thesaurariam — Michael Perez.

PRI-

PRIVILEGIO.

NOS Don Felipe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Ierusalē, de Portugal, de Hungria, de Dalmacia, de Croacia, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valēcia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarbes, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales, y Occidentales, Islas, y Tierra firme del Mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brauāte, de Milan, de Athenas, de Neopatria, Conde de Abspurg, de Flandes, de Tirol, de Barcelona, de Rossellon, y Serdaña, Marques de Oristan, y Conde de Gozeano, &c. Por quanto vos el Doctor Gabriel Berart Ciudadano honrado de Barcelona, a quien por hallaros en esta Corte, teniendo entera satisfacion de vuestra persona, y letras, hos auemos mandado cometer la relacion de algunos negocios, y cosas graues, nos aueys referido, q̃ cō vuestra industria, y trabajo, aueys compuesto vn libro intitulado (*Speculū visitationis secularis omniū Magistratuum, Iudicum, Decurionum, aliorumque Reipublicæ administratorum*) el qual es muy vtil y prouechoso, y le desseays imprimir en los nuestros Reynos de la Corona de Aragon, suplicandonos fuessemos seruido hazeros merced de daros licencia para ello. E nos teniendo consideracion a lo sobredicho, y que ha sido el dicho libro reconocido por persona experta en letras, y por ella aprouado, paraq̃ hos resulte alguna vtilidad, y por la comun lo auemos tenido por bien. Por ende con tenor de las presentes de nuestra cierta sciencia, y Real autoridad deliberadamente y consulta, damos licencia, permisso, y facultad a vos el dicho Doctor Gabriel Berart, paraque por tiempo de diez años, que se han de cōtar del dia de la data destas presentes en adelāte, a vos, o a la persona, o personas que vuestro poder tuuierē, y no otro alguno podays, y puedan hazer imprimir, y vender el dicho libro intitulado (*Speculum visitationis secularis omniū Magistratuū Iudicū, Decurionū, aliorūq; Reipublicæ Administratorū*) en los dichos nuestros Reynos de la Corona de Aragon, prohibiendo, y vedando q̃ ningunas otras personas lo puedan hazer por el tiēpo dicho sin vuestra licēcia, permisso, y facultad, ni le puedan entrar en los dichos Reynos para vender de otro adōde se huuiere impresso, y si despues de publicadas las presentes huuiere alguno, o algunos, que durante el dicho tiempo intentaren de imprimir, y vender el dicho libro, ni meterlos impressos, como dicho es, incurra en pena de quinientos florines de oro de Aragon, diuidideros en tres partes, a saber es, vna para nuestros cofres Reales, otra para vos el dicho Doctor Gabriel Berart, y otra para el Acusador. Y a demas de la dicha pena si fuere Impressor, pierda los moldes y libros que assi huuiere impresso, mandando con el mismo tenor de las presentes a qualesquier Lugartenientes, y Capitanes generales, Regentes la Cancilleria, Regente el oficio de la general Gouernacion, Portantuezes de nuestro general Gouernador, Alguaziles, Porteros, Vergueros, y otros qualesquier oficiales, y ministros nuestros, mayores y menores en los dichos nuestros Reynos, cōstituydos, y constituyderos, y a sus Lugartenientes, y Regentes los dichos officios so incurrimiento de nuestra ira, è indignacion, y pena de mil florines de oro de Aragon de bienes del que lo contrario hiziere exigideros, y a nuestros Reales Cofres aplicadores, que la presente nuestra licencia, y prouision, y todo lo en ella contenido, os tengan, guarden, tener, guardar, y cumplir hagan y

no permitan, ni den lugar a que sea hecho lo contrario en manera alguna, si demas de nuestra ira, è indignacion, en la pena sobredicha dessean no incurrir. En testimonio de lo qual mandamos despachar las presentes con nuestro sello Real comun en el dorso selladas. Dat. en nuestra Villa de Madrid a 2. de Abril año del Nacimiento de nuestro Señor Iesu Christo mil seyscientos y veynte y cinco.

YO EL REY.

Vt. Comes generalis Thesaurarius.
Vt. Don Luys Blasco.
Vt. Don Saluador Fontanet Regens.
Vt. Salba de Vallseca Regens.
Vt. B. Nauarro de Aroyta Regens.
Vt. Prot. pro conseruatore generali.

Dominus Rex mandauit mihi Hieronymo Villanueua, visa per Comitem Thesaurarium generalem D. Saluatorem Fontanet Salba de Vallseca Regentes Cancellariam D. Ludouicum Blasco, & Nauarro de Aroyta Regentem Cancellariam, & me pro Conseruatore generali.

In Diuersorum. iiij. fol. xij.

ERRATA GRAVIORA.

Pag: 3. lin. 35. col. 1. Dictatum, Dictaturam. p 5. l. 26. c. 2. suspisuo, suspitio. p. 27. l. 30. c. 1. quarti. requisitio, quarto requisito. p. 28. l. 8. c. 1. querelatum, querelantem. p. 29. l. 32. c. 1. post debet, adde non p. 29. l. 4. c. 2. prædicta, prædia. p. 35. l. 25. c. 1. magnibus, magnis. p. 46. l. 21. c. 1. onna, banna. p. 65. l. 28. c. 2. oculis, ocultis. p. 121. l. 23. c. 2. laudantem, & benedicentem, laudantis, & benedicentis. p. 168. l. 26. c. 1. administratibus Regis, administrationibus Regijs. p. 192. l. 25. c. 2. contemplo, contempto. p. 216. l. 57. c. 2. possunt in tortu, possuit in tortura. p. 260. l. 24. c. 2. bonum, bonorum. p. 283. l. 3. c. 1. adde est. p. 316. l. 1. c. 2. Dictiones, Ditiones. p. 322. l. 6. c. 2. ministratorum, administratorum. p. 323. l. 27. c. 2. conuerterte, conuerteret. p. 326. l. 13. c. 2. locorum, lucrum. p. 327. l. 23. lectorum, lectionũ. p. 339. l. 2. c. 2. adde Epis. Elnen. nunc ciuitatis & Episcopatus Vici electus. p. 347. l. 23. c. 2. bullurarum, bullarũ. p. 361. l. 4. c. 1. excutiones excusationes. p. 365. l. 31. c. 2. rare iurare. p. 368. l. 36. c. 2. adde n. 96. 99. p. 369. l. 5. c. 1. n. adde n. 100. 101. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. p. 370. l. 19. c. 1. si adde etsi & p. 375. l. 7. 25. c. 1. & lin. 1. & 19. c. 2. adde nu. 148. 149. 150. 151. & 152. p. 383. c. 2. l. 19. illum, illud. l. 30. sin sine l. 40. dele autẽ. p. 384. c. 1. l. 48. & ex. p. 384. c. 2. l. 21. absolutoria, absolutoriam. p. 385. c. 1. l. 1. post. n. 87. adde ad & ibidẽ l. 14. intere, interse. l. 20. Visitatorum, Visitatorem. p. 385. c. 2 lin. 32. ontra, contra. p. 386. c. 2. l. vlti. minor, mitior. p. 394. c. 1. l. 14. quod, quid. c. 2. l. 27. quare, quorum. p. 396. c. 1. l. 4. pecunia, pecuniaria. l. 30. maiori, minori, & ibidem fouere, fauore l. 31. condemnatus, condemnandus. p. 401. in Indice n. 4. dele plenius n. 6. adde. l. 39. merito, meritis, & n. 55. in prima lin. adde in. alia si quæ inueneris, Typographi incuriæ adscribas, quia propter meam absentiam non potui commodè ea præuidere.

EXCEL-

EXCELLENTISSIMO ATQVE PRÆCLARISSIMO D.D. FERDINANDO AFAN DE RIBERA ET HENRIQVEZ,

Duci de Alcala, Præfecto maiori Bæticæ Prouinciæ, Marchioni de Tarifa, & Comiti de los Molares, &c. Gubernatori meritissimo Prouinciæ Mediolanensis, ac Supremo Præfecto militiæ Regiæ per Italiam.

GABRIEL BERART IVRISCONSVLTVS. S.

TIMANTHES Antiquitatis columen (Princeps clarissime) delineaturus superbæ molis Gigantem eius pollicem, quē Pygmei vlnis suis metiebantur, depinxit. Et iure optimo: aliter enim in parua tabula tantæ molis magnitudo exprimi non posset. Imitatus Artificem illum speculū appinxi sæcularis visitationis, ac quasi pollicem supremæ potestatis, cui circumstant inferiores, & stipato ministrant satellitio delineaui, expressi, ac fermè ad viuum descripsi. Pertimesco tamen cōmunes vulgi calumnias, Leguleiorum inuidiam, impetum furentis, & effrenatæ multitudinis. Cæterorum cum intueor Pygmeorum agmen ad Gigantis Pollicem tutum ac solutum curis suo operi incumbentium; ad tuum Clypeum tanquam ad præstantissimum Asylum confugere statuo, sub quo facilè maleuolorum hominum tela, aut fulmina retundentur. Quo enim vtilius confugiam, vnde tutiùs mihi possim præsidium comparare? Te enim ornat stirps Regia, et Henriquorū familia Regum sanguine creta. Immortalemque tibi gloriam pariunt Maiorum tuorū piæ largitiones, erecta tēpla, Cænobia, Monasteria. Testem appello Hispalim, quæ Xenodochium intra sua moenia complectitur, quod annuo decem, & octo millium aureorū reditu illi regia quadam munificentia locupletarunt. Appello etiam Bornense Hieronymianæ familiæ Cœnobium tuorum liberalitate erectum, & Carthusianum ad Hispalim conditum vbi Regia tuæ familiæ Mausæola visuntur, clara, loco, regia tuorum ossibus, & sancta; sanctissima autem terra illa Montis Caluarij, supra quā

§ 4 pietate

pietate singulari prope infinita Ducum, ac Principum tuæ familiæ corpora requiescunt. Quid memorem Summorum Pontificum Fauores, Indulta, Priuilegia ob eiusmodi, & similes causas concessa? Sat mihi erit in medium adducere duo illa tanta familia digna, quorum primo Ecclesiæ VERTEX indulget Ducibus ab Alcala, vt non solum ne ipsi, sed nec amici, famuli, aut familiares interdicti aut cessationis a diuinis nodo, seu legibus adstringātur, altero beneficium dispensandi in velationibus, & faciendi sacrum duodecima hora post meridiē beneuolentissime concedit. Taceo nunc, ne fiam longior, Excellentissimi DD. Ioannis de Ribera auunculi tui, Archiepiscopi Valentini, ac Patriarchæ Antiocheni præconia, res gestas, ac virtutum, sanctitatisq. decora prope infinita; cuius auctoritas in coërcendis improbis eximia, cuius grauitas in iuuandis probis, singularis; cuius liberalitas in leuādis inopibus, munificentissima, cuius pietas in Dei cultu erigendo vera sanctitate plena. Ipse Auctor Mauricæ expulsionis, quam cum æterna gloria Philippus Rex III. pyssimus inuictissimus executus est, infinitas prope Maurorū copias ab Hispania deferri iubens in Africæ oras: pœna talibus digna hominibus, supplicium mitiùs, quam quod eorum culpa mereretur. Ipse Collegium intra mœnia vrbis Valētinæ erexit, vbi quid magis admireris, non facile indicabis; nū superba molis pulchritudinem, an eximium Dei cultum, concētum vocum, prædiuitē suppellectilem, Collegarū modestiā, illis tradita instituta, aut deniq. viuas, quas reliquit, imagines sanctitatis? vno verbo, erupit ille tāquā sol inter tuæ familiæ astra fulgētissima, vt toti posteritati nobilitatis suæ emicaret nouum decoramētū. Quid deniq. memorē Maiorum tuorū maxima ornamenta, quibus Regibus Hispaniarum obsecundantes, in bello et in pace claruerunt? Auus enim tuus per quatuordecim annos Prorregis munere functus apud Neapolitanos summū edidit prudentiæ integritatis, ac Christianæ pietatis specimem, cui TE PRINCEPS EXCELLENTISSIME parem in nostro Cathaloniæ Principatu suspiciunt omnes viri cordati, et boni cōmunis amatores vbi omnium acclamatio est, excelentiam in eo gubernādo tantam fuisse, vt

se,vt in fortitudine Themistoclem,in iustitia,et æquitate Aristidem,in sapientia Solonem,in tẽperãtia Xenocratẽ, in rei militaris scientia Cæsarẽ illum orbis terrarũ victorẽ superarit. Et ne quidpiam splendoris tibi deesset, Philippus 4. Rex noster,cuius vitã,imperiũ ac decora æternet Deus O.M.augeat,et fæcundet in æuum, te iure optimo mittit legatione functurũ ad Vrbanũ Põtificẽ M. tum ad obedientiã suo ipsius nomine Principi Ecclesiæ exhibendã, tũ ad agendum cum eo de sedando,cõponendo,ac gubernando ferme toto terrarũ orbe,vt pacẽ tẽporaneã nacti per te Reges, Principes, Regna, Prouinciæ,et Nationes omnes æternam inquirant,et consequantur tranquilitatẽ,Mox deinde vt auspicor nouis honoribus, et muneribus afficieris,vt tota Europa,tota Asia,imo etiã America,tuæ celsitudinis virtutisq. tuæ ac prudentiæ beneficijs & officijs gaudeant & potiantur. Quid? quod cum omnibus ea facilitate vti sis solitus,vt nemo iure possit,seu in aduersa fortuna,seu in trãquillo cursu constitutus tuam in omnes comitatem non admirari. Iure igitur ad tuum Asylum confugio librum hunc in lucem editurus, tum propter hæc et alia prope infinita tuæ laudis præconia;tum quia domi meæ expertus sum ex tua beneficentia plane regia honores plurimos,ac præsidia,inter quæ nõ exiguũ illud est,quod nepotẽ meũ tenerrimum D.D. Ferdinandus fælix Marchio de Tarifa præclarissimus filius tuus primogenitus è sacro fonte susceperit,ornauerit, ac nomine donauerit suo. Quare inter tot ac tam præclara tua in me beneficia,hoc vnum molior,vt tui memor,ac gratus sub tuo præsidio speculator effectus Speculum Visitationis in publicũ emittere non verear, nec pertimescam. Foue ergo Ama , Serua, æterna annueq. votis cresce,vt perennis tuus animi candor tuorum conatus clientum æternet in perpetuum. VALE.

AD

AD ERVDITISSIMVM GABRIELEM Berart, huius libri conditorem. Don Franciscus de la Cueua, & Silua I. C.

IVdicibus formam, rationi dogmata praestas,
Iustitiae lumen, debita iura Reis.

Ingenio, & meritis famae dictamina comples,
Destituit cunctos, iam tibi sola fauet.

LVDOVICI DE CASSANATE I.V.D. PRAECLArissimi, & apud Suprema Tribunalia domini nostri Philippi IIII. Hispaniarum Regis inuictissimi causarum Patroni. In laudem Doctoris Gabrielis Berart, Sacri supremi Regij Aragonum Consilij dignissimi Relatoris, & huius operis Auctoris.

EPIGRAMMA.

IVRIDICOS censor qua sindicet arte ministros,
  Perstringis methodo docte Berarde graui.
Implicitum multis per magna volumina cartis,
  Perspicuum, nitidum, dulceque reddis opus.
Dogmata sacra doces, quae iurgia dura secantes.
  Distribuant alijs, post tribuenda sibi.
Vt simul, & mores proprios componere discant,
  Et sibi commissos carpere iure queant.
Et simul agnoscant gladium censoris acerbum,
  Et ferulam timeant, qua male gesta luant.
Et similes vindex promittens Talio poenas,
  Iudicijs praestet debita fraena suis.
Iustitiam, poenas, mores, iuraquè ministris,
  Rectori, Populis, Iudicibusquè paras.
Hoc opere indulges, cohibes, trahis, instruis, ornas,
  Doctrina, eloquio, moribus, arte, manu.
Ingenium, studium, fructus foetusquè laboris,
  Eximij, ac frugi fertile monstrat opus.
Vt merito grates tibi dans Cathalonia mater,
  Miretur tantum se genuisse virum.

IACOBI

JACOBI CANCERII DOMICELLI, ac I.V.D. et apud suprema Principatus Cathaloniæ Tribunalia Causarum Patroni, breue ad Lectorem.

EPIGRAMMA.

INtactum nostris hucusque excultę Berarde,
Temporibus lætor te reperisse modum,
Quo licet arma foro tribuas, tamen inde medelam,
Atque Magistratus quo tueantur habent.
Res noua, quam nullus quisquam tentauerat auctor.
Et tamen vtilius non habet orbis opus.
Quisquis es in populo, qui publica iura gubernas,
Hunc librum manibus sedulo volue tuis.
Inuenies animo quod sit satis, euge, eme, paruo,
Hic tibi pro multis vnicus Auctor erit,
Iudicibus cunctis, Quæstoribus, atque Togatis,
Vrbibus, & Regnis conuenit istud opus.
Munere pro tanto grates Respublica reddat
Auctori, & tantum tollat ad astra virum,
Hinc tibi gaudebis partum indelebile nomen,
Cætera cum pereant, fama perennis erit.

DON FRANCISCI DE LOS HERREROS IVRIS-consulti, & apud supsema Tribunalia domini nostri Philippi IIII. Hispaniarum Regis potentissimi causarum Patroni, breue ad Lectorem.

EPIGRAMMA.

SI quis amat legum veros perdiscere sensus,
Et iuris fructus carpere si quis amat.
Si quis auet cunctos breuiter pernoscere libros,
Corpore vel vno discere cuncta simul.
Accipiat speculum, quod dat sine mendo Berardus,
Insignis Doctor, quo Duce cuncta patent.
Hoc legat, hoc voluat Iuris, Legumquè peritus,
Crede mihi, Speculum reddet, amice bonum.

NOBILIS

NOBILIS DON FRANCISCI DIAZ I.V.D. Turritani Sacerensis in Sardinia, Carmen in laudem præclarissimi Gabrielis Berart, huius operis Autoris.

SAcri Aragonij dum nos celsique Senatus
Paruimus læti obsequio Legumquè clienta
Tuebamur vnà, grates tibi clare Berarte
Mutuus officiosus amor litabat honores,
Sponte tuis dabit id meritis quis nouerit ipsa?
Quævis ingenij clara inter iura tuentes
Quo digno magis ornari diu stemmate poscunt.
Nec laudanda satis meritis, si præmia complent.
Æquo, vtrasque litum partes dum pectore promis;
Prætorum Regis magna spectante corona.
Vt cuiusque tuuent iura, & iam censita pandant.
Mellifluo vidi ore tuo prolapsaquè verba:
Cunctorum pendere animosplacidiquè silentes
Artis opum memoris, sua dum præconia lustrant,
Vice mea sequor id, dum spirat vita per artus.
Si mea fata ferunt, & lætus littora Sarda
Appetam, & incolumis teneam iam turribus vrbem,
Alma parens sacrata Dijs Sacer inclyta Regni.
Sed vota excedunt laudes, crementaquè sumunt,
Præclarum nomenquè tuum resonare per æuum.
Angustas merito iam dedignata peroras;
Percrebuit fama, & superas volitauit ad auras
Numina sacra ferunt; sed munus ab arce tonantis
Dulci sono clangere ruit, scriptumquè per orbem
Effluit: æthereo dignum vt consistat Olympo.
Ambulat hic recto pede ius: nec claudicat vnquam;
Præscribitquè modum, quo iam visitare licebit;
Quasque dabunt pœnas meritis quæ præmia cogant:
Iudicibus præstant, hæc dogmata docta Berarti
Perlege qui legis ex animo tua perfice vota.

NOBILIS ANTONIVS DE LAREDO COROños Excellentissimi Ducis de Alcala à Secretis, in laudem Autoris.

DIscerptum, Ducis intonsi virtute, Leonem
Fama est melifluos ore dedisse cibos,
Nunc noua cum priscis confert spectacula: Sanson
Berart, suus liber sapiens & Leo est.
Prodest vterque Leo fragans, scientiaquè, fauoquè
Sustulit hic famam, sustulit ille famem.

PAVLI

PAVLI VINCENTII SORS, DOMICELLI AC I.C. & in Regia Salmanticensi Academia Oratoriæ legalis D. Proprimarij, de Speculo Visitationis secularis omnium Magistratuum insignis viri, & I. C. domini Gabrielis Berart Barcin. Ciuis honorati.

CARMEN.

SEptem vrbes certant magno quæ patria Homero,
 Tres genuit doctos Corduba clara viros.
Vnum te solem, quamuis & sydera multa
 Protulerit terris Barcino magna suis.
Pulchra dedit nobis Gabrielem Barcino Berart;
 Dat Berart cunctis commoda magna viris.
Iste dedit Speculum, quo possint cernere cuncti,
 Dogmata Priscorum, discere iussa senum.
O lætum, festumquè diem, qui numine dextro
 Te dedit nostros, docte Berarte, Lares.
Laudo tuum ingenium, quod iam Salmãtica quondam
 Extulit, & mentem non minus illa tuam
Quare vale, & semper sis fœlix, atque beatus,
 Et nomen reddant nobile facta tuum.

GASPARIS BERART I.V.D. BARchinonensis ad Gabrielem Berart huius Speculi Autorem & patruum meum dilectissimum.

SEdulò qui clari spatiosa volumina iuris
 Voluitis, & gremio quos Themis alma fouet
Quique fori causas agitis pactumq. tenetis,
 Et datis indomitis iura colenda viris.
Munia si vobis cupitis commissa replere,
 Vt fiat causis, officioque satis.
Ecce Berart Speculum præbet, quo nosce queatis.
 Quis reprobandus erit? Quisue probandus erit?

CANDIDO

CANDIDO LECTORI
S. D.

QVANTVM hæc visitationis materia (dilectissime Lector) præ cæteris omnibus vtilitate, & Reipublicæ necessaria sit, quantùmque quotidiana, ipsa experientia docet, de qua licet plures clarissimi viri doctissimè scripserint: tamen nullum ex tot doctissimis, quos nostra ætas tulit in nostro Cathaloniæ Principatu (vbi præcipuè quotannis cum residentijs Iudicum, & officialium assiduè pertractatur) hucvsque luculenter, ordinatè, & ad vsum praxis scripsisse ex professo viderim. Quod cùm ego nonnunquam animaduerterem: operæprecium putaui (quamuis me minimũ inter Iurisperitos, huius nostri Sacri Regij Senatus agnoscerẽ) post terga Nobilissimorum messorum, qui de ea varijs in locis scripsère, illorum spicas colligens, materiam hanc, quantum meæ vires sufficerent, compilare, dictaque Doctorum, quæ circa illam passim vagantur (quasi fasciculo quodam) in vnum, tàm adpraxim ipsius Cathaloniæ Principatus, quam alterius cuiuscunque Regni annectere, & reducere; ita, vt iam deinceps, non per vaga scribentium volumina perquirere, ac diuagare necesse sit. Veruntamen cùm ob lugubre, ac funestum acerbæ mortis Gabrielis Berart vnici filij, ac mei coadiutoris in officio Auditoris generalis triremium classis Cathaloniæ (cuius animam ad Regna cœlestia miserante Deo, piè migrasse, magnopere cordi fore confido) tantus me vrgeret mœtor, & angustia, vt animus in diuersas cogitationes distractus sit. Hinc inde tam hac de causa fit, quàm quia ingenium mortale exiguum est. Quod si quid ineptè, vel parum doctè, & accuratè (non dubito) reperies: ne mireris, nec mecum iniquo iure agas, imò humanè, & solita benignitate tua omnia æqui, boni consulas oro. Sume igitur (humanissime Lector) opusculi nostri proficiendi Reipublicę desiderium, & lucubratiunculas istas, quas si hilari fronte, animoque libenti receperis; maiora deinceps, super visitatione Ecclesiastica spectaturus. Si quid verò in his primitijs nostris boni erit: id omne Deo, à quo cuncta bona, tanquam ex vberrimo fonte proficiscuntur, acceptum referas. Si autem aliqua offenderint, quæ ad recti iudicij trutinam appensa minus tibi probanda videbuntur, benignè corrige: siquidem, & tuæ, & Sacrosanctæ in primis Romanæ Ecclesiæ censuræ libens mea omnia scripta subijcio.

VALE.

INDEX

INDEX CAPITVLORVM EORVM OMNIVM, QVÆ IN hoc opere continentur.

INDICEM LOCVPLETIOREM IN ipsius operis extremum rejecimus.

CAP. I. De necessitate, & vtilitate visitationis faciendæ. pag. 1.
Cap. 2. De visitatoribus eligendis, & illorum qualitate. pag. 4.
Cap. 3. De visitatorum iurisdictione, & eorum officio. pag. 12.
Cap. 4. De ordine procedendi, & fulminandi processum in visita, ac de querelis cōtra Magistratus, Iudices, & officiales in ea offerendis. pag. 36.
Cap. 5. De testibus tam contra Magistratus, Iudices, & officiales, quam in illorum defensionibus recipiendis. pag. 58.
Cap. 6. De recusatione Visitatorum. pag. 83.
Cap. 7. De suspensionibus, & carcerationibus Officialium pēdente inquisitione prouisis. pag. 99.
Cap. 8. De grauaminibus, & excessibus omnium Magistratuum & reipublicæ administratorum. pag. 108.
Cap. 9. De Illustrissimo, & Excelentissimo Prorege, & Capitaneo Generali. pag. 109.
Cap. 10. De Admodum Reuerendo, ac per Illustribus Cancellario, & Regente, e gregijsque Regijs Consiliarijs Sacri Regij Senatus. pag. 131.
Cap. 11. De Regio Thesaurario, & Regēte Regiam Thesaurariam. pag. 149.
Cap. 12. De Fisci Aduocatis, alijsque fiscalibus Procuratoribus. pag. 152.
Cap. 13. De Gerente vices Generalis Gubernatoris, eiusq; Assessore. pag. 158.
Cap. 14. De Magistro Rationali, eiusque Locumtenente, & officialibus suis. pag. 168.
Cap. 15. De Baiulo Generali, & Procuratore Regij patrimonij, illorumque Assessoribus, & ministris. pag. 180.
Cap. 16. De Regijs Virgarijs, Baiulis, Alguatzirijs, alijsque Officialibus iurisdictionem exercentibus. pag. 183.
Cap. 17. De Iudicibus, & alijs inferioribus Officialibus, deque illorum

lorum baratarijs, concussionibus, extorsionibus, subornationibus, alijsq; per sordes, & dolum, imperitiam, & negligentiam per eos in eorum officijs commissis. pag. 212.
Cap. 18. De Aduocatis & Procuratoribus pauperum. pag. 238.
Cap. 19. De Prothonotario, scribis Regij Archiui, mandati, & regestri, alijsq; Notarijs, & Curiarum scribis. pag. 247.
Cap. 20. De Commentariensibus seu carceratorum custodibus. pag. 263.
Cap. 21. De Regijs portarijs. pag. 267.
Cap. 22. De Decurionibus, seu Consiliarijs Ciuitatuum & insignium Vniuersitatuum. pag. 270.
Cap. 23. De Erogatione bonorum publicorum Ciuitatuum & Vniuersitatuū, illorumque ratione reddenda. pag. 286.
Cap. 24. De Deputatis & computorum Auditoribus, ipsorumque Assessoribus, Fisci Aduocato, ac alijs officialibus suis. pag. 335.
Cap. 25. De Defensionibus & excusationibus Magistratuū, Iudicum, & aliorum Officialium coram visitatoribus proponendis. pag. 348.
Cap. 26. De Sententijs cum pœnis in eisdem imponendis. pag. 378.
Cap. 27. De Appellationibus interponendis à sententijs cōtra Magistratus, & officiales latis, vbi circa visitationem Ecclesiasticam respectu appellationum aliqua notabilia notantur. pag. 397.
Cap. 28. De Magistratibus, & Officialibus iniustè & falsò querelatis, & qualiter eisdem post finitam residentiam succurrendum sit. pag. 417.
Cap. 29. De Exhortatione ad Magistratus, Iudices, & Officiales, vt à visitationum molestijs liberentur. pag. 427.

CAPVT

CAPVT I.

DE NECESSITATE, ET VTILITATE VISITATIONIS FACIENDAE.

SVMMARIVM.

1 *PRINCIPIVM cuiuscunque rei eiusdemq. pars potissima censetur.*

2 *Finis ab omni agente potissimum intenditur, & ab eo omnis humanorum actuum laus comprobatur.*

3 *Finem nobiliorem esse his, quae sunt ad finem, Philosophus firmauit.*

4 *Iudices durante tempore administrationis regulariter couenire nequeunt super rebus à se male gestis.*

5 *Iudices omnesq. Magistratus rationem suae administrationis reddere tenentur post eorum officicium depositum, quod à sacra Scriptura originem habet, & redditur ratio numer. 6.*

7 *Samuel Propheta, & Iudex Regni Israel post depositum officium visitationis censurae se summisit.*

8 *Visitatio, & residetia de iure Diuino est inuecta: ideò Iudices, et Officiales residentiam egre ferre non debent: quia diuinum praeceptum est.*

9 *Ociosi verbi, ac temporis, & horarum in die Iudicij ratio reddenda est.*

10 *Statuta terrarum circa visitatio-*

nem

nem originẽ habent, à iure Diuino.
11 *Visitationis iudiciũ, rationi, iuri, & æquitati consonum est, & de necessitate, & vtilitate illius non nulla curiose referuntur, & 12.*
13 *Officialium crimina seueritate puniũtur: Plebeorum vero tarditate castigantur.*

1 QVAMVIS in omnibus rebus agendis potissima pars dicatur esse principium: vt habetur in l. 2. ff. de orig. iur. ita vt dimidiũ facti qui bene cępit habet: verũtamen negari non potest, quòd omne agens secundum rationẽ
2 (vt ait Philosophus) agit propter finem, adeò quod omnis humanorum actuum laus, non ex principio, sed ex fine comprobatur; quia vt attestatur,
3 idem Philosophus, finem meliorem esse his, quæ sunt ad finem. Et confert illud Eccle. 7. *Melior est finis, quàm principium*, & Prouerb. 19. *Sis sapiens in nouissimis tuis*, & illud vulgare prouerbium *Omnis laus in fine canitur.* Et comprobatur per Claudianum in l. aut facta, §. euentus, ff. de pæn.

4 Vnde cum regulariter durante tẽpore administrationis Iudices conueniri nequeant super rebus à se male gestis, vt probatur in l. si adulterium cum incestu, §. fin. in fin. iunct. glos. §. reus ff. ad l. Iul. de adul. & in l. senatus consulto. ff. de offic. præsidis, & in l. hos accusare in princi-
5 pio, ff. de accusatio. Ideo merito iure cautum est omnes Iudices, Magistratus cuiuscunque conditionis, & status teneri rationem reddere suæ administrationis post eorum officium depositum, vt probatur in l. vnica, C. vt omnes Iudices, tam ciuiles, quam milit. & in Authen. vt Iudices sine quoquo sufragio, §. necessitatem, & §. interdicimus, versic. Oportebit, col. 2. & in titu. C. & ff. ad l. Iuliam repetund. & mag. conueniend. Paris. de Puteo in tractat. de Syndi. in princip. num. 4. Angel. de Perus. & Bald. in simil. tract. n. 2. & 6. & de iure Municipali probatur per Const. 6. titu, de officio Iudi. tabulæ, versic. ibi: *Inquisitio sos feta contra aquells officials en la fi de la admi-*
6 *nistratio.* Idque ex eo introductũ fuit, nam si bene in officio se habuerint, ritè, & rectè se gesserint, & seruato iuris ordine iuste iudicauerint laudis præmia consequantur, sin autem malè, debitis pænis subijciantur, vt testatur Amodæus Iusti. de Syndicat. nu. 2. Simanc. de Repub. lib. 7. cap. 23. Ideò Magistratus omnes, & cæteri officiales, respiciendo semper finem, quo redditu i sunt rationem, sic viuere, & se gerere debent in exercitio, & administratione suorum officiorum, vt coram Domino dicere valeãt illud Samuelis dictum, de quo Reg. 1. cap.
7 12. vbi cum Samuel Iudex, & Propheta reliquisset regimen Regni Israel huiusmodi visitationis Iudicio se submisit dicens: *Loquimini ad me coram Domino, vtrum bouem, cuiusque tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, & si de manu cuiusquam munera pro iudicando receperim: quia sta-*
8 *tim hæc vobis restituam.* Ex qua sacra authoritate colligitur visitationem, seu residentiam à iure Diuino procedere, ac propterea Iudices, & Officiales residentiam ægre ferre non debẽt, cum diuinũ præceptũ sit, vt quisquis reddat rationem suæ villicationis, vt habetur in Euangelio, Lucæ cap. 16. de quo in cap. qualiter, & quando, el 2. de accusatio. Et ideò apud tribunal æterni Iudicis, qui cũcta cordis penetralia rimatur,

timatur, & videt vt habetur in cap.
cum æterni de sent.& re iud. lib. 6.
etiam pro omni verbo ocioso reddi-
turi sumus rationem in die Iudicij,
cap. quoties 23.quæstio.1. & Matthæi
cap.12.ac etiam temporis,& horarum
ratio est habenda,vt est tex.notab.in
cap.quoties 22.quæst.5. Thom. Acti.
in tracta. de Iud.facorum, quæst.2.in
10 princip.num.30.& 32.Et ab isto iure
Diuino, à quo ortum & principium
habuit ius visitandi latæ fuerunt per
multæ leges Ciuiles,& Canonicæ San
ctiones, vt refert Augustin. Dulcer.
de Synd.in princip.numere 5.& 6.Et
inde in diuersis Prouincijs statuta ter-
rarum,& apud nos plures Constitutio
nes æditæ,vt videre est in volumine
Constitutionum Cathaloniæ per tot.
tit.de Officio Iudicum tabulæ, & ca-
pitulum Curiæ 5. Curiarū anni 1599.
11 Itaq; iure dici potest iustissimum fore
huius visitationis,& residentiæ iudiciū
cum nihil magis,rationi,iuri,& æqui
tati contonum esse possit quam,quod
ille,qui alios corrigit, & castigat cul-
pas suas in primis emendet, pro illis-
que satisfaciat,l. iustas,C.de iure fisci
lib.10. Paris. de Puteo in verbo,Eui-
dentialia,cap.2. Azeued.lib.3. titu. 7.
& post eum Ioseph.Sesse in responso
de Syndicatu.post tract. de inhibitio.
num.4.idq.exemplo Syllæ Romano
rum Ducis comprobari potest,qui pri
mo quoq.anno dictatum deponebat,
& in subditorum potestate se trade-
bat: quo maius specimē humanitatis,
& iustitiæ suæ eisdem præberet,vt est
apud Tarquil.vt reffert Ambro.Cale
pinus in verbo Sylla,vnde DD.de hu
iusmodi iudicio visitationis loquen-
tes, referunt illud totius iustitiæ ner-
uum esse, prout not. Azeued.d.lib. 3.
titul.7.in prin.& colligitur ex respon
so,quod Ptolemæo Egyptiorum Regi
vnus ex septuaginta interpretibus (vt
scribit Arist.in sua historia) de quo
meminit Bouadilla lib.5.cap.1.n.19.
reddidit dicens inquisitiones aduer-
sus Iudices,vt iustitiam administrent,
& neminem lædat,rem esse,quæ val-
de Respublicas,& Monarchias conser
uant: quia eo timore,vt inquit,Cicero
pro sexto Roscio Amerino,audacia
coercetur, & ne iudices suorum ma-
gistratuum imperio superbiant iusti-
tiamque, & vrbanitatem in insolen
tiam,& tyrannidem detorqueant, &
vt sic intelligant pro suis excessibus
puniri. Vnde Eutropius lib. 1. rerum
Romanorum, inquit, Cauti enim,ex
hoc redduntur, & non ignari se non
ita multo post rationem reddituros.
Et Patr.de repub. lib.3. tit.1.dicit ex-
pedit siquidem eum,qui paret spera-
re se imperaturum: cum autem,qui
cum imperio est, cogitare non diu
post futurum vt obsequatur. Qua de
causa dixit Titus Liuius,quod hæc mi
na inquisitionis, vel residentiæ tribu-
ni plebis coercebant, & temperabant
Manlium Consulem in suis magistra-
tibus,suisq.ambitionibus, & seuerita-
12 tibus.Quia sicut expedit bonos præ-
mio affici, ita quoque malos asperè,
& seueriter puniri:nam premium,&
pœna duo sunt pondera optime libra
ta,quæ reipublicæ horologium miro
artificio compositum,& ordinatū te-
nēt.Et secundum Ciceronem ad Bru-
tum,sunt duæ columnæ siue poli,qui
mundum in se sustinent,& ob id So-
lon (vt refert) Demosthenes oratio,
a.contra Aristogitonem in suis legi-
13 bus præceperit in puniendis plæbeis
tarditatem esse adhibendam, in iudi-
cum autē punitione seueritatem,quia
illorum punitio dilationem admittit,
non autē istorum,late de his Bouadi.
lib.5.cap.1. nu.15. cum seq.& noster
Mier.p.1.fol.12.nu.1.& fol.81.num.9.
ex quibus clare demonstratur huius-
modi visitationis iudiciū, pro Reipu-
blicæ,ac pacifico Regni statu illiusq.
conseruatione admodum necessariū,
& vtile esse.

CAPVT II.

DE VISITATORIBVS ELIGENDIS, ET ILLORVM QVALITATE.

SVMMARIVM.

1 VISITATORVM electio, & nominatio pro visitandis regijs officialibus, ad dominum Regem pertinet, tam de iure communi, quam municipali, nu. 2.

3 In Cathalonia pro visitandis officialibus regijs triennalibus eliguntur tres Iudices. Quorum vnus est Miles, vel de genere militari, alius Ciuis, vel Burgensis, & tertius Iurisperitus.

4 Ciuitas Barcinonæ eligit in Iudices tabulæ, tres Milites, tres Ciues, & tres Iurisperitos; ex quibus Dominus Rex eligit vnum ex qualibet terna.

5 Ciuitas habens priuilegium eligendi Ciues, pro visitandis officialibus, suspectos eligere non potest.

6 Deputati Cathaloniæ pro visitandis Deputatis, & Auditoribus computorum triennij præcedentis, nouem Visitatores ad sortem extrahere tenentur.

7 Lex, seu priuilegium, tribuens formam qualiter Visitatores procedere debent, nullus præter eos, de ipsorum actibus cognoscere potest: nisi quatenus esset requisitus.

8 Barones in eorum terris habentes merum, & mixtum imperium, visitatores creare possunt, ac illos creare tenentur, ad suos officiales visitandum.

9 Consuetudo non valet, quod officialis non teneatur stare syndicatui.

10 Officialis debet syndicari, licet officium exerceat gratis.

11 Visitatorum proprium munus est cognoscere de iniustitijs, & grauaminibus officialium, & ipsas iniustitias reparare, & iustitiam facere.

12 Visitatores viri Iuris Vtriusq. Docto res eminentissimi, vndiq. probati,

ac qualificati sunt eligendi aliasq. qualitates habere debent, quæ referuntur n. 13. 14. 15. 16. 17, 18. 19. & 20. vbi plura circa visitatorum electionem curiose, & notatu digna.

QVONIAM antequam magistratus cæteriq. officiales ratione muneris gesti reddant, prius nominantur, & eliguntur visitatores ad eos visitandum,: ideo videndum est, ad quem pertinet illorum electio, & nominatio, & visitatores eli-
1 gendi, cuius qualitatis esse debent. Ad primum dicas, quod visitatorum electio, & nominatio pro visitandis regijs officialibus ad dominum Regem spectat: tam de iure communi, vt per Bald. de Syndicatu nu. 17. & ibidem Angel. in princip. per tex. in §. necessitatem in authen. vt Iudices sine quo quo sufragio. Clarus in §. fin. quæst. 35. versi. præterea quæro, Azeued. in rub. lib. 3. tit. 7. num. 4. recopil. Bellug. in
2 specul. rub. 44. num. 2. Quàm etiam de iure nostro municipali, vt habetur in constitutione 7. tit. de officio Iudicum tabulæ in versiculo ibi, *Nos ne elegescam tres, segons la forma demunt dita,* & si dominus Rex fuerit absens, tunc eius generalis Locumtenens, vel Gubernator Cathaloniæ illos eligunt, & nominant: vt dicit Mier. part. 1. tit. de tabula. cap. 7. coll. 4. num. 75. fol. mihi 81. & probatur etiam per capitulũ curiæ 5. curiarum anni 1599. vbi nominatio visitatoris Regij, ad visitandum Senatores sacri Senatus Cathaloniæ, & alios officiales, & ministros Regios, qui non sunt triennales, pertinet ad dominum Regem, & per eũ eliguntur, & nominantur, & vt plurimum nominantur illi, qui sunt de suo supremo Aragonum concilio ad tradita per Belluga in suo speculo, rub.
3 10. num. 1. & 2. Pro visitandis, vero regijs officialibus triennalibus in hoc Principatu eliguntur, & nominantur tres Iudices, quorum vnus est miles, vel de genere militari, alius Ciuis, vel Burgensis, & tertius Iurisperitus, vt per Mier. part. 1. titulo de Iudice tabulæ cap. 3. num. 2. colla. 4. fol 54. & coll. 5. cap. 3. fol. 109. &. p 2. coll. 6. cap. 9. fol. 23. num. 19. vbi subdit quod dominus Rex eligit & nominat tres Iudices Syndicatores, & quod in ciuita-
4 te Barcinonẽsi ex regio priuilegio domini Cõsiliarij eiusdem Ciuitatis nominant tres milites, tres ciues, tres Iuris peritos ex quibus dominus Rex eligit vnum ex qualibet terna; verum
5 scire oportet, quod vbi ciuitates, vel villæ priuilegium habent, quod possint eligere suos ciues ad visitandum officiales, vtiq. certum est, quod non possunt eligere suspectos, ex eo quia Principis priuilegium nunquam extenditur ad odiosos, vt ex multis pro-
6 bat Paris. de Puteo in tract. de Syndica. verbo, est tamẽ, & verbo, suspisiuo. Quamobrem in magna, & insigni domo Deputationis Generalitatis Cathaloniæ vbi adest tribunal grauissimæ authoritatis, statutum est in vim cap. curiæ 1. nouæ reformationis dictæ Generalitatis curiarũ anni 1599. Quod Visitatores, qui visitare tenentur dominos Deputatos, & Auditores computorum, & alios officiales ipsius generalitatis extrahantur nouem ad sortem ex omnibus personis, quæ insæculatæ sunt in officijs Deputatorum & Auditorum dictæ domus; scilicet tres de brachio Ecclesiastico, tres de brachio Militari, & tres de brachio Regali. De quibus quidem visitatoribus modo prędicto electis, nec de illo-

rum actibus in visitationibus per eos
factis,& faciendis nullus se intromit-
7 tere potest: nam vbi lex municipalis
seu regium priuilegium dat formam,
quod officiales non visitentur, nisi tan
tum per eos, qui ab ipso domino Re-
ge fuerunt electi,& nominati, vel for-
te extracti, tali casu præter illos ad
hoc munus deputatos nullus alius se
intromittere potest, argu. l.1.C. de ap-
pa.& execut.lib.12.nisi quatenus esset
requisitus per tex.in l.Qui restituere,
ff.de rei vend.& in terminis sic not.
Bald.in tract.de Syndicat.num.20.&
noster Mier. p. 2.coll.6.cap.9. num.
18.fol.mihi 23.

8 Barones etiam merum,& mixtum
imperium habentes possunt, imo, &
tenentur in eorum terris, visitatores
eligere, & nominare ad visitandum
suos iudices, & officiales, vt not.Capi
blanc.de Baro.pag.5. num. 96. Mus-
catel.in pract. p. 3. glos. competentes
num.61. Roland.consil.48. num. 31.
vol.2. Bouadil.lib.2. cap.16.num. 50.
9 & lib.5. cap.4.nu.2. vbi subdit, quod
dicti Barones prætextu alicuius con-
suetudinis minimè se excusari pos-
sunt, quod sui officiales non tenean-
tur stare residentiæ seu Syndicatui,
Caualcanus de Brachio regali p.5. n.
18.in 7.notabili.ait.Decretum, quod
officialis non teneatur stare residen-
tiæ, nec Syndicatui: esse contra bonos
mores, & consuetudinem in contra-
rium esse prauam. Sequitur Ioan. Phi
lip. Testay alleg.15.num.79.cum seq.
Auiles in cap.1. de synd.num.6. & 7.
vbi subdit prædicta procedere etiam
si gratis officium administrauerint:
10 Quia adhuc visitari, & syndicari de-
bent. Id ipsum comprobat bene eru-
ditus, & doctissimus vir don Garcia
Mastril in tract.de magistra.lib.6.c.
1.num.37.cum sequentibus.

11 Quo vero ad aliam propositionis
partem, cuius scilicet qualitatis isti Vi
sitatores eligi debeat: Dicas, q. cũ secu
neantur cognoscere de iniustitijs, &
grauaminibus per Magistratus, & of-
ficiales in officio commissis, illasque
iniustitias reparare, & iustitiam face-
re, vt dicit Bellug. in suo speculo rub.
11.num.1. oportet ideò, quod eligan-
tur viri iurisvtriusque Doctores emi-
12 nentissimi, vndiq; probati, ac qualifi-
cati ita Cassad.var. rer. lib.8. cap. 12.
vbi ostendit doctissimos esse oporte-
re, Plat.lib.12.de legibus refert, quod
viri diuini esse debent, & comproba
tur Esdrę cap.1.& Paralip.cap. 17. &
in cap.si ergo 8.quæst.1.

13 Secundò requiritur, quod Visitator
sit persona grauis, idest quadam au-
thoritate,& reuerentia plenus, vt nec
minis nec precibus ab æquitate e-
uellatur. Sed sicut grauia onera non
facile,è loco mouentur: ita visitatores
non facile moueri debent. vt proba-
tur in l.1.§.credidit ff.de offic. præfec.
præto. ibi explorata eorũ fide & gra-
uitate, l. congruit, ff. de offic. præsid.
vbi grauitatem humanitati coniun-
ctam continere debent, cap. stote. in
fin.1.quæst.1.

14 Tertio oportet, quod sint seueri, ri-
gurosi,& zelotes, quæ tamen riguro-
sitas siue seueritas, siue zelus in excan
descentiam non cadant: vt in l.obser-
uandum ff.de offic.præsid. ibi; *sed, &*
in cognoscendo neque excandescere aduer-
sus eos, quos malos putat, nec precibus cala-
mitosorum illacrymari oportet. Exerceri
enim debent cum quodam tempera-
mento iuxta Martiani responsum in
l.respiciendum ff.de pœnis ibi. *Respi-*
ciendum est iudicanti, ne quid durius, aut re
missus constituatur, quàm causa deposcit.
Nec enim seueritatis aut clemētię glo
ria affectāda erit. Plane in leuioribus
causis proniores ad lenitatem iudices
esse debent, in grauioribus pœnis se-
ueritatem legum cum aliquo tempe-
ramento benignitatis subsequi. Hinc
ortum fuit illud vulgare adagium.
Nequid nimis, de quo Auctor Adag.96.
cent.

cent.6. Quia vt inquit Iurisconsultus in l.si quid venditor ff.de edelit.edict. amarè exigitur, quòd nimis exactè exigitur,& facit illud.Ciceron.1. officio.cap.14.Summum ius summa iniuria, & comprobatur Ecclesi. 7. vbi nō nimis iustum oportet Iudicem esse, quod repetitur ab Augustino in cap. non potest 23. quæst. 4. vers.ibi *Noli esse nimis iustus*, ideòque dicitur, quod veræ iustitiæ symbolum est. DIMIDIVM PLVS TOTO vt ex Hesiodo. & Platone tradit idem Auctor Adag.96.centur. 9. & confert quod tradit Horatius lib. 1.sermo.

Est modus in rebus, sunt certi deniq. fines:
Quos vltra, citraq. nequit consistere rectum.

Et Martialis.

Illud quod medium est atq. inter vtrumque probatur:
Nec volo quod cruciat, nec volo quod sitiat.

Et iterum.

Inter vtrumq. vola medio tutissimus ibis.

15 Tertio requiritur, quod Visitatores sint insontes, idest, non infamati, nec inquisiti seu condemnati de aliquo publico crimine seu turpitudine aliqua notati,vt in l.2.ff de offi. assesso.& in l.neq; C. de dignitat. lib. 12. quia vt inquit Salustius in bello Iugurtino.omni vitio carere debet, qui in alterū ius dicere paratus est,& ideo in l. 12. tabul.vt reffert Tullius lib.3. de legibus scriptū erat,vt qui iura reddebant essent sicut speculū sine macula. Hinc dixit Redin.deMagest.Princip. verbo,sed etiā per legitimos tramites n.203.& seq.quod censor morū, & vitæ alterius nō homo, sed Angelus esse debuerit si fieri posset quem sequitur Bouadilla.lib.5.cap. 1. num. 45. & confert illud Christi verbum de quo per Ioann.cap.8.vbi cum iudices interrogassent dominū ei dicentes.Magister in lege mandauit nobis Moyses huiusmodi lapidare;respōdit illis, qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidē mittat. Ideòq; legitur in c.iudicet 3.q. 7.iudicet ille de alterius errore,qui non habet in se ipso,quod condemnet, & qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda ne cum de alio iudicet in se ferat sententiam:Quare Visitatores prius se iustificare debent,& in se iustitiam facere: quia,vt inquit Ioan. Gerson. de imit. Christi lib.2.cap.3. habe primum zelum super temetipsum,& tunc zelare poteris etiam iustè proximum tuum. Quia alioquin forsan subditi obijcere potuerint eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui, Matth. 7. & Lucæ 6. Quibus concinunt versus Poetæ.

Tollere festucam si vis de fratris ocello:
Quæ tua conturbat lumina tolle trabem.

Ob quod Phalaris in Epistola ad Cleostratum inquit, Qui alios castigare

gare vult omni eum crimine liberum esse oportet, cui assimilatur. Illud alterius Poetæ non contemnendum.

Castigans alios, te castiga prius ipsum
vt castigatus, sis castigare paratus.

Ad ideo nisi prius præcedat iustificatio ista quomodo Visitatores poterũt aliorum vitam corrigere si se ipsos non corrigunt? l. si vxor. §. iudex, ff. de adult. Quomodo autem prædicabunt non furandum, si ipsi furantur: vt dicit Apost. ad Rom. 2. Ideò scriptum est, quòd ordo correctionis incipiat à se ipso. cap. porro in fin. 9. q. 6. Et ob id non potest Visitator aliorum corrigere mores, quin prius corriget suos cap. nocere 48. dist. Quærant ergo visitatores, qui legem syndicatui dedere se ipsos dijudicare: vt legem ipsam obseruẽt, vt quodquisque iuris in alium statuitur ipsi eodem iure vtantur l. 1. ff. quodquisq. iuris.

16 Quartò oportet Deum timere Visitatores, hoc est, iustitiæ illius zelantes, & amatores esse timore quodam reuerentiali præcepta eius custodiẽtes, ac bonæ conscientiæ: hoc enim posito in principio omnia prospere succedent. Inquit enim Propheta initiũ sapientiæ est timor domini, & Salomon ait. Qui timet Deum, vt eius voluntatem in recto iudicio, faciat omnes homines mundi contemnet, quod in iustitia administranda per necessarium est, quia vt inquit Apost. obedire oportet Deo magis, quam hominibus, & in timore domini fiducia fortitudinis est Prouerb. 14. & vt Greg. mor. lib. 6. cap. 23. scribit Ancora cordis, est pondus timoris. Qui enim timet Deum omnia bene aget, & Deũ timens Dei sapientiæ plenus est. Nam vt idem Gregor. lib. 19. cap. 17. inquit: Timor domini ipsa est sapientia, & D. Bernard. in sermon. inquit. sicut saturitas, vel desidia causa, & mater est omniũ delictorũ sic timor domini radix, & custos est omnium bonorum. Et Isido. in synodo vbi timor nõ est dissolutio vitæ est, & beatus homo cui donatum est habere timorẽ Dei. Inde Salomon Prouerb. 28. de isto timore loquens Beatus homo (inquit) Qui semper est pauidus, & qui timet Deum faciet bona inquit Ecclesiast. cap. 15. & Lactant. epit. primum iustitiæ officium esse scribit Deum cognoscere, vt parentem, metuere vt dominum, diligere vt patrem. Et licet timor inter animi passiones pro vilissima reputetur; nã degeneres animos timor arguit: tamen timère Deũ laudabile proficuum, & gloriosum est. Quare maximopere oportet, quòd Visitatores, qui eliguntur ad visitandum sint Deũ timentes, vt dicit Ferus in acta c. 5. ibi, non satis est vt docti sint, nisi & Deum timeant. Vnde diuus Chrysostomus in sermone Ioannis Baptistæ inquit, ibi. Facile deuiat à iustitia, qui in causis non Deum: sed homines pertimescit. Hinc dixit idẽ Ferus in acta. cap. 4. in periculosissimo statu sunt Iudices tot enim arietibus impetuntur vt nisi gratia, & timore Dei suffulti sint impossibile sit, vt non aliquando à iustitia deflectãt: aliquando enim amore, aliquando cupiditate, aliquando ira conuincuntur, vt à iustitiæ recta via deuient. Gratia igitur & Dei timor illis sunt maximè necessaria. Vnde Propheta in Psal. 2. Inquit, *Erudimini, qui iudicatis terram seruite Deo in timore.*

17 Quintò requiritur etiam quod Visitatores eligantur viri boni; Quia epitetum congruentius est vir bonus, l. vir bonus ff. iud. solui, & bonum omnino esse iudicem necesse est. Quamuis dixerit Saluator noster. Quid me vocas bonum, nemo bonus nisi solus Deus, & Plato in protagora bonum esse (ait) difficile, perseuerare in bonitate impossibile. Inde Virgil. in epigramma.

Vir

Vir bonus, & sapiens qualem vix reperit vnum;
Milibus,è multis hominum consultus Apollo.
Iudex ipse sui,&c.

Veruntamen intelligitur hæc iudicis bonitas, non de vniformi bonitate, quæ soli Deo spectat,sed de ea,quæ iudicantis munera propria est, de qua in l.congruit ff. de officio. præsid. Et ideò dicebat Paulus manete in ea vocatione,in qua vocati estis,idest, eam vocationem ad quam Deus duxerit perfectè,constanter,& cum omni bonitate exercere. Et vt nihil peius est malo iudice:ita bono iudice nihil melius.Quare etsi aliquod aliud in moribus leuius crimen patratur, quod prope humanum est,dummodo in Iudicando ab ea recta intentione, & iustitia,quæ iudicem decet, non recedat,bonus Iudex erit:vt in simili pulcherrime dixit Caius in l.si quid venditor.§.fi.ff.de edilit.edict.quia vt inquit Homerus in iliade.

Non omnia Dij tribuunt mortalibus æquè.

Et moralis Cato.

Nemo sine crimine viuit.

Et apud Horatium.

Nam vitijs nemo sine nascitur,
Optimus ille qui minimis vrgetur.

Sexto fortis etiã debet esse Visitator ita vt nulla passione, aut affectu moueatur,vt habetur leuit. capit.19. *Non facies, quod iniquum est, neq; iniustè iudicabis, non consideres personam pauperis, nec honores, vultũ potẽtis,iustè iudica proximo tuo;* Ita vt neq.prece,neq.precio à iusto separetur,nullaq.sit personarũ acceptatio,sed vt inquit Iupiter apud Virgil.

Tuos Rutulusué fluat,nullo discrimine habebo.

Quod adeo obseruandum est,vt etiã Principi iniustè imperanti parêre Visitator non debeat cum præsumatur id facere per importunitatem,& non ex certa scientia,vt eleganter scribit, Bodi.lib.3.de repub.cap.4.

Septimo summè oportet in Visita-
18 toribus adesse veritatem iuxta illud, Exodi.18. ibi; *In quibus sit veritas.* quia veridici Deo assimilãtur,quia est via, veritas & vita,& eam qui contemnit Deum prodere videtur cap.abijt. 1.q. 2.& veritatem diligit Deus præsertim in ore iudicum, quia iustitia non ambulat sine veritate. Vnde Dauid. *Iustitia, & veritas obuiauerunt sibi, Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.* In pectore enim Magistratus vtriusq.fori manifesta debet esse cognitio veritatis cap. quia Ecclesiasticis,distin. 36.Vnde visitatores timere non debẽt illud,quod est in prouerbio. *Obsequium amicos, Veritas odium parit.* Quia semper veritas

ritatem dicere tenentur etiam Principi si ita expediat, & dicere vt apud Prophetam. *Loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regum, & non confundebar.*

19 Octauo requiritur etiam eligere Visitatorem pium, & clemẽtem, quia vt inquit Ferus in acta. ibi, *Nihil vtilius Reipublicæ, quàm prudentes, & pios habere consiliarios: Quia* pius homo etsi vnus aliquando totum populum à perditione conseruat, ac demum si pius est compassionem habebit miserorũ cap. vera iustitia 46. distin. quia imitari tenetur summum bonum cum omnis Christi actio nostra sit instructio cap. significasti. de electio. cap. exemplum 12. quæst. 2. & facit illud Matthiæ 11. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Vnde illud Claudiani versiculus.

Sis pius in primis: nam cum vincamur in omni
munere sola Deos æquat clementia nobis.

Et Paul. ad Apostol. ad Titum. 1. docuit, quod assidui esse debemus in pietatibus, *Misericordia, et veritas.* dicitur Prouerbiorum 20. *Custodiũt Reges, & roboratur clementia thronus illius*, & clementiæ obseruatio propriè est illorum, qui sunt in Magistratu constituti docuit Laurentius Grimalius de optimo senatore lib. 2. Veruntamen non ob eam pius Visitator discedere debet omnino à punitione improborum iudicum, & officialium iuxta illud, Senecæ dictum. Iustum est misereri non improborũ hominum; sed eorum, qui merito infelices sunt: quia vt inquit tex. in l. si apparitor in fi. C. de cohortalibus lib. 12. ibi. *Veniam cum talibus nõ permittimus nec indulgentijs crimina subleuamus.* Vnde sanctus Bernardus dixit ita videtur bene latro suspensus in laqueo: sicut Rex iustus in solio. Refert Bouad. lib. 2. num. 56. & cõfert tex. in cap. disciplina 45. distin. ibi. *Miscenda est ergo lenitas cum mansuetudine, faciendumq. quoddam ex vtroque temperamentum: vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neq. nimia benignitate soluantur, sit itaq. amor: sed non emoliens, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed nõ immoderaté seuiens: sit pietas, sed non plusquam opporteat parcens.*

Nono maximopere necessarium est, quod Visitatores sint sapientes iuxta illud Ecclesiast. 10. *Iudex sapiens iudicabit populum suum, & Principatus sensati stabilis erit.* Habeatque duplicem salem, scilicet scientiæ, & conscientiæ, ne sine scientia sint insipidi, sine conscientia diaboli: vt dicit Bald. in l. 2. num. 15. de seut. experic. recitand. Boer. decis. 153. numer. 1. Roland. consil. 12. num. 4. & 5. volum. 3. vnde Salomon, *Da seruo tuo cor docile, vt sciat discernere inter bonum, & malum,* & facit illud Matthiæ 15. *Rex insipiens perdet populum suum.*

20 Vltima qualitas, quæ in Visitatoribus desideratur est, vt cæteris paribus nobiliores eligantur ex traditis per Tiraquel. de nobilit. cap. 20. num. 1. Bonus de Curtili in simili tract. de nobilit. priuil. 10. vbi subdit, quod interest Reipublicæ gubernari per nobiles, & non per plebeos: sequitur Boer. decis. 272. num. 3. cum seq. Molin. de primog. lib. 2. cap. 5. num. 66.

Otal.

Otal.de nobilit.cap.4.2.par. num. 2. Et comprobatur etiam ex sacris literis,& primum Deutor.capit. 1. ibi. *Tuli de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, & constitui eos Principes, Tribunos, & Centurionos.* Et Machabæorum lib.1.cap.3.legitur Regem Antiochum elegisse Lysiam hominem nobilem super negotia regia. Et vt nutriret Antiochum filium suum donec rediret,& Lucæ 19. dicitur homo quidam nobilis abijt in regionem loginquam accipere sibi regnum. Ac in domino Iesu constat summopere diligisse,& existimasse nobilitatem cum à sanguine nobili suam sumpserit sacrosanctam humanitatē iuxta illud Matthæi 1.vbi ponitur Geanologia Iesu Christi ex multitudine Reguum semine Abrahæ nobilissimo descendere de quo latè Ant. Florent. in sua summa, p. vlt. titul. 15.§. 3.Ac etiam constat,quod ex discipulis quos secum elegit si bene inspiciatur septem ex illis erant Nobiles,scilicet sanctus Paulus, sanctus Bartholomæus, sanctus Thaddæus,sanctus Iacobus maior,sanctus Iacobus minor, sanctus Iohannes, & sanctus Simeon: vt referunt Montolon in promptuario in verbo, nobilis. littera D.in fi. Cassaneus in Cathalo. glor. mundi. 8. p. considera. 28. versicul. mihi tamen, Ex quibus clarè comprobatur, quod Nobiles fuerunt apud Deum in magna existimatione, ac ideo nihil mirum si in electionibus Magistratuum omnibus præferendi sint. Quia vt ait Plat.in lib.1.Alcibiadis,Meliores esse naturas ex nobili genere, quam ignobili:stimulat enim nobiles verecundia plusquam ignobiles, ac demum sunt quoque magnanimi, & viri constantes iuxta illud March. 4. *Venit Ioseph Abarimatia Nobilis Decurio, & audacter introiuit ad Pilatum & petij corpus Iesu.* Fortitudo & magnanimitas sociæ sunt nobilitatis dicit Lucas de Pena. in l. vnica, C.de The.lib. 10.vnde Bald.in capit. per inquisitionē paulo ante fi. n. 5.de electio. dixit, q. sicut pulchra sponsa requirit pulchrum sponsum:ita publici honores requirunt honorabiles personas. Et proinde nedū Romani, verū, & quā plurimæ aliæ nationes: vt Longombardi, Germani, Indij, Persæ,ac demum Veneti ad dignitates, & Magistratus solummodo admittūt Nobiles,vt testatur Tiraquel. de nobilit.capit.20.numer.5.Didor. Sicul. lib.3. apud Indos, Fulgos. consil. 62. Iustin. lib.12. Et in nostro sacro Regio Cathaloniæ Senatu id maximopere obseruatur:nam omnes Senatores illius,qui hoc anno 1624.in Senatu reperiuntur sunt Nobiles, Milites, & Ciues Honorati, qui inter milites connumerantur, & pro veris militibus habentur. Alia quam plurima de hac nobili electione dicere potuerimus,& recensere illa decem,quæ sunt cōsideranda in eligendo aliquem ad Magistratum, de quibus per Cassan. in catalog. Glor. mund.p.1.considera. 44. verum hæc dicta sufficiant, cum hac animaduersione ; quod etsi Nobiles ad publica officia, dignitates, & munera omnibus præferantur, nō ideò se extollant nec superbiant imò perpetuò : & cordi memoriæ commendent illud Bernardi dictum lib. meditatio. dum ait. *Homo nihil aliud est, quam saccus stercorum, & cibus vermium, post hominem vermis, post vermen fætor, & horror.* Et quod legitur Ecclesiast. 14. *cum enim morietur homo hæreditabis serpentes, & bestias, & vermes,* & sic dicant illud ; quod habetur in libro de Contemptu mundi, ibi.

Quid

Quid valet hic mundus, Quid gloria, quiduè triumphus, post miserum funus, puluis, & umbra sumus. Et propterea Visitator etsi Nobilis sit ex sola sua nobilitate gloriari non debet, iuxta illud Tespidis de quo Anto. Monach. lib. 2. Melissæ serm. 79. vbi dicit ob nobilitatem nemo glorietur lutum enim habemus omnes generis principium, & qui in purpura, & bysso nutriuntur, & qui in paupertatis abysso nutriuntur; quia iure naturæ inspecto omnes æquales sumus, vt refert Spochlis apud Strohobeum sermon. 84. ibi: *In hominũ genere vna produxit ex patre, & matre lux nos omnes, neq. præstantior alius alio natus est.* Vnde vt super ista Visitatorum qualitate concludamus dicendum est, quod in recto, & iusto Visitatore potissimum concurrere debẽt sex requisita: scilicet Peritia, Bonitas, Constantia, Eloquentia, Diligentia, & Prudẽtia. Vt animaduertit Auiles in cap. prætor. cap. 1. num. 25. & omnium optime bene eruditus D. Garcia Mastrill. in tract. de Qualitatibus necessarijs ad optimum Magistratuũ capit. 1. vsque ad capit. 12. per totum lib. 2.

CAPVT III.

DE VISITATORVM IVRISDICTIONE, ET EORVM OFFICIO.

SVMMARIVM.

1 *IVRISDICTIO Visitatorum de antiquo, & veteri more apud Romanos solummodo ad inquirendum, & Principi referendum de bene, & male gestis Officialium se extendebat.*

2 *Visitatores hodie habent amplissimam potestatem, & iurisdictionem cum mero, & mixto, imperio & sic Officiales in personam condemnare possunt num. 3.*

Visitator

4 *Visitator Generalis eo modo, via, & forma publica, vel secreta, quæ sibi melius expedire videbitur procedere potest, adeo, quod nullis iudiciorũ solẽnitatibus astrĩgitur.*

5 *Visitatores sunt iudices ordinarij, & non delegati, & redditur ratio, quæ pluribus exemplis confirmatur n.6.& 7.*

8 *Iurisdictio in dubio censetur concessa magis ordinaria quam delegata.*

9 *Visitatores Regij Officiales nuncupantur.*

10 *Effectus, qui resultant, vt Visitatores sint ordinarij Iudices, & non delegati referuntur.*

11 *Visitatores nunquid securitatem, seu guidaticum concedere possint testibus coram ipsis deponentibus late discutitur, & autor opinionem affirmatiuam tenet, licet contrarium fuerit iudicatum in casu speciali visitæ n. 12.& 13.*

14 *Visitatores, an testes citare possint coram ipsis ad deponendum, & nõ comparentes cogere?*

15 *Iudices tabulæ in Cathalonia in eorum officio, & illius exercitio per literas regias impediri nequeunt, & redditur ratio n. 17.*

16 *Causæ officialiũ visitandorũ vertẽtes corã iudicibus tabulæ nõ possunt euocari ad regiam Audientiam prætextu miserabilitatis Officialis visitati, sed bene ad supplicationem querelantis.*

18 *Causæ Officialiũ triẽnaliũ debet per Iudices tabulæ infra quatuor mẽses instrui, iustificari, & sententiari sub pœna amissionis salarij.*

19 *Iudices tabulæ ex quo iudicant, vt vniuersi non potest vnus sine altero iudicare, & vt in dicta pœna amissionis salarij mulctari possint requiritur, quod omnes tres ter interpellentur.*

20 *Salarium Iudicum tabulæ quantum, & per quos deponendum, & soluendum sit, vide remissiue.*

21 *Visitatores nunquid aduersus Officialiũ defunctorum heredes in visita procedere valeant, pro furtis, barataríjs per illos in eorum officijs dum viuebant commissis, & resoluitur affirmatiuè cum modificatione nu. 22.*

23 *Visitatores an cognoscere possint de delictis officialiũ nõ pertinẽtibus ad ipsum officiũ resoluitur quoq; cum distinctione.*

24 *Administratio, Officialibus delinquantibus in officio, quando sit interdicenda.*

25 *Officio priuandus, si non venit quis non debet ei administratio interdici, quod declara, vt n.26. et 27.*

28 *Officiales annales, & tẽporales licet regulariter nõ soleãt visitari, nec syndicari: nisi finito eorũ officio, tñ cõstito de enormitate excessũ ad partis instãtiã durãte officio possũt syndicari, & suspẽdi, quia tali casu Officialibus perpetuis assimilantur.*

29 *Consuetudo, & stylus Cathaloniæ non admittit, quod Regij Offi-*

ciales perpetui durante syndicatu ab administratione officij suspendi possint. secundum opinionē Egregij, ac acutissimi Senatoris Ioannis Gallego.

30 Officiales triennales in Cathalonia in fine cuiuslibet triennij sunt suspensi ipso iure ab administratione officij durante processu Syndicatus.

31 Viccarius Regius, qui minus anno officium triennale iurisdictionis habuerit, an possit in eodem officio refirmari pro sequenti triennio absq; syndicatione.

32 Mieres, & Cancer partem negatiuam tenent, & rationem reddunt.

33 Senatus autem partē affirmatiuā tenuit, & secundū eam iunctis tribus aulis iudicauit.

34 Visitatores seculares num visitari, & puniri possunt Clericum officium regium habentem vbi in ipso officio deliquerit.

35 Clericus ratione artis, vel officij potest coram iudice layco conueniri, & referuntur centum, & triginta vnum casus, in quibus Iudex secularis de causa clerici cognoscere, & iudicare potest num. 36.

37 Iudex laycus est incapax Iurisdictionis Ecclesiastici.

38 Clericus neq. pacto neq. etiam iuramento interposito iurisdictionem Iudicis layci prorogare potest.

39 Consuetudo, quod clerici laycis subijciantur, non valet, etsi immemorialis sit.

40 Visitatores seculares non possunt ex defectu iurisdictionis punire clericum in officio seculari delinquentem pœna corporali, vt numero 41. Bene tamen possunt officio priuare, & pecuniariter mulctare, vt numero 42. & 43.

44 Clericus seculariter punitus, adhuc suo iudici Ecclesiastico remittitur quando pœna corporali venit puniendus.

45 Clericus licet ratione artis, & officij subditus existat Iudici seculari, non tamen illi est subditus, ratione suæ personæ, quam non potest Iudex secularis detinere, vt fuit per dominum Cancellarium ita decissum.

46 Commendatores S. Ioannis Hierosolymitani sunt religiosi, & personæ Ecclesiasticæ, & similiter Cōmendatores Alcantaræ, & Calatrauæ, & vt tales priuilegio fori gaudent, quo ad eorum personas vt fuit declaratum per eundem dominum Cancellariū.

47 Commendatores sancti Ioannis, Alcantaræ, & Calatrauæ in officijs secularibus delinquentes eisdem dumtaxat pœnis per Visitatores puniri possunt, quibus, & clerici puniuntur, & non in alijs.

48 Commendatores prædictorū ordinū vbi pœna corporali pro ipsorum culpis

culpis, & delictis plectendi sunt Prioribus, & Magistris suis remitti debent.

49 *Officia secularia Cōmēdatoribus Religionū S. Ioannis Hierosolymitani, Alcātarae, et Calatrauae, cōmitti, nec commendari debent, cū tanquā religiosi: exēpti sint, ab omni secularium iurisdictione.*

50 *Visitatores Regij saeculares, an possint, punire Familiarē sancti Officij, pro culpa, & delictis in officio regio commissis, cum distinctione resoluitur ut n. 51.*

52 *Visitatores saeculares punire possunt, & iurisdictionem competentem habent, ad puniendum Decuriones, Consiliarios, Iuratos, & alios Reipublicae administratores in eorum Officijs delinquentes.*

53 *Visitatores generales possunt, de omnibus, & quibuscunq. delictis, tam ad instantiam fisci, quam partis omnes Officiales visitare.*

54 *Visitatores ubi plures fuerint creati ad visitandum, & Syndicandum Officiales, & unus ex illis noluerit interuenire cum alijs in causa diffinienda possunt alij procedere in visita.*

55 *Visitatores si plures sint constituti ad Syndicandum, potest bannum Syndicatus promulgari de mandato unius Visitatoris tantum.*

56 *Visitatores in visita procedere possunt ex Officio inquirendo, & de facto supplendo etiam si non petatur à parte.*

57 *Actionum Ciuilium, & Criminalium cumulatio permittitur in iudicio Visitationis.*

58 *Visitatores contra Officiales Syndicandos procedere possunt in diebus feriatis.*

59 *Visitator parte concordata, & remittente, potest de iure communi accusationem prosequi, & de ratione num. 60.*

61 *Visitatores non debent praebere aures ad falsas querelas, & malitiose machinatas, nec vanas populares voces contra ministros Regios attendere nu. 62.*

63 *Visitatores non debent recipere memorialia secreto absq. subscriptione aduersus magistratus, & iudices oblata: nec illorum praetextu contra illos procedere.*

64 *Libellos contra Magistratus clanculo proijcientes, deteriores sunt, quam illi, qui substantias, & praedia diripiunt.*

65 *In Cathalonia contrarium docet praectica ubi memoralia secreto recipiuntur, quae licet dura videatur tamen Visitatoris prudentia temperatur nu. 66.*

67 *Visitator multum debet attendere ad inclinationē naturalem nationis, & gentium ubi visitam, & censuram facit.*

68 *Visitator etiam plurimum attendere debet ad qualitatem Magistratuum, & Officialium visitandorū, & enumeratur Magistratus, & Officiales, qui in Cathalonia*

sunt obnoxij huic censuræ visitationis.

69 *Querelæ, leues, friuolæ, & scrupulosæ aduersus Magistratus, & Officiales non sunt admittendæ per Visitatores, quia inde plura incommoda sequuntur, & ratio congruentiæ redditur nu. 70 & 71.*

72 *Visitatores solum de dolo, fraude, & corruptione, quæ culpam latam secum continent, de baratarijs concussionibus illicitis extorsionibus & alijs, quæ ibi designantur cōtra Officiales visitādos inquirere, cognoscere, & iudicare debent.*

73 *Visitatores in Cathalonia super quinq. præcipue capitulis inquirere, & iudicare tenentur.*

74 *Iudices tabulæ sacramentum, & homagium præstare debent, de inquirendo contra notarios salaria vltra taxam recipientes.*

75 *Visitator de qualitatibus, moribus, & vita officialium visitandorum se informare debet, & redditur ratio num. 76.*

77 *Visitator tenetur concedere terminū officialibus visitandis ad se defendendum, illumq. sæpius prorogare si ita conuenire videatur, aliàs diceretur denegare defentionem, quod declara vt n. 78.*

79 *Visitans Prouinciam expensis Regis superiorisuè, vel partis petētis, & non officialium visitandorū fieri debet, declara vt n. 80. & 81.*

82 *Visitatio Officialium Excellent. Proregi videtur cōmittenda ex rationibus, quæ referuntur ibi, & n. 83.*

84 *Officialis quādo ex officio præsumatur ditatus, vel non quiduè in hoc casu, prudens Visitator animaduertere debet.*

85 *Visitatores an recipere, & exigere possint partem pænarum pecuniarum in quibus Officiales in visita fuerunt comdemnati.*

86 *Visitatores dolo malo visitantes: per superiorē puniuntur, cui rationem visitationis reddere tenentur.*

---

1 QVIA in præcedētibus dictum fuit de necessitate, & vtilitate iudicij visitationis, nec nō de electione Visitatorum congrue nunc sequitur, vt de illorum iurisdictione, & officio aliqua explicemus. Iurisdictio itaq. istorum Visitatorum sæcularium antiquitus apud Romanos tantū erat limitata ad inquirendū, & Principi referendum de excessibus, & delictis ac bene gestis officialium, vt refert Cornel. Tacit. lib. 15. Annal. ibi, *Olim quidem non modo Prætor, ac Consul, sed Priuati etiam mittebātur, qui Prouincias visitarent, & quid de cuiusq. obsequio videretur referrent;*
2 Post modū autē huiusmodi Visitatores amplissimam habuerunt auctoritatem, potestatem, & iurisdictionem, cum eis concessa fuerit omnis iurisdictio cum mero, & mixto imperio vt habetur in auth.

auth. vt iudices sinequoque suffragio §. necessitatem l. vnica, vt omnes Iudices tam Ciuil. quam Milit. Bald. in l. Obseruare § proficisci quæst. 1. ff. de officio pro Consul. Paris. in verbo, Iudices numer. 9. in tracta. de Syndicat. Mennoch. de præsump. libro 2. præsump. 16. num. 37. Auiles. in capit. 3. verbo syndi. num. 21. Borrell ad Bellug. in specul. rub. 44. littera E. Hieronym. Portoles ad Molin. §. inquisitio. numero 13. noster Mier. titulo de tabula capitul. 7. numero 55. p. 1. coll. 4. vbi subdit. Quod ex quo
3 isti Iudices Visitatores habent merum, & mixtum imperium possunt condemnare offfciales in pœnam corporalem sequitur Bouadilla, lib. 5. capit. 1. numero 102. sub litera D. Qui alios citat, late de ipsorum potestate, & iurisdictione, tradit Mastril. in tractat. de Magistrat. libro 6. capit. 2. numero 3. 4. vsque ad numero 13. vbi quod
4 Visitatoribus conceditur amplissima potestas ad visitandum officiales, eo modo, via, & forma publica, vel secreta, quæ ipsis melius expedire videtur: adeo quod nullis iudiciorum solemnitatibus astringuntur, vt ibi per eum latius est videre.

5 Sed videndum est an istorum Visitatorum iurisdictio sit ordinaria, vel delegata, & consequenter: num ipsi sint Iudices ordinarij, vel delegati, & omissis opinionum conflictibus resolutiue teneo. Quod licet Bartul. in leg. fin. C. vbi & apud quem, & Ias. in l. more numero 50. ff. de iurisdict. omni. Iud. teneant, quod cum Visitatores non habeant iurisdictionem coherentem territorio: sed solum sit eis commissa cognitio certarum causarum, quòd ideo non videntur habere, ordinariam iurisdictionem: sed delegatam. Nihilominus contrarium tenendum est, si quidem non puto verum, quod sint iudices delegati: nec etiam, quod eisdem committatur cognitio certarum causarum, vt dicunt, Bart. & Ias. in locis præallegatis, imò teneo indubitanter, quod cum eis committatur iurisdictio vniuersalis de quibuscunque causis contra oficialem syndicandum dicuntur Iudices ordinarij, & non delegati, quia vt dicit idem Bartul. in leg. more numero 8. ff. de iurisdict. omnium. Iudic. & in l. Ambitiosa numero 34. circa finem de Decret. ab ordin. faciend. latè March. Anton.
6 Blanc. in tractat. de compromis. numero 4. quotiesquunque iurisdictio conceditur inter certas personas vniuersaliter dicitur concessa ordinaria non delegata per text. in leg. 1. §. cum vrbem ff. de officio præsid. dict. l. fin. vbi & apud quem exemplum est secund. Bart. in dict. l. Ambitio-
7 tiosa in fin. & in authentica C. ne filius pro patre, vbi doctoribus concessa est iurisdictio ordinaria inter scholares. Item exexplum est secundum Blanc. in loco præallegato in Arbitris electis vigore statuti inter coniunctos, qui cum habeant iurisdictionem vniuersaliter interomnes illos propinquos, qui in eos consentiunt: dicuntur etiam ordinarij, non delegati per predicta, & ea quæ not. Bartu, Alexand. & alij in l. & quia ff. de iurisdict. omni. Iudic. Abb. & Deci. in capit. relatum de Officio deleg. vbi, quod quando iurisdictio datur simpliciter ad vniuersitatem causarum, absque verbo delegamus dicitur translata ordinaria, non delega-
8 ta, tanto magis, quia in dubio semper dicitur concedi ordinaria iurisdictio, potius quam delegata vt nota. Card. in capit. Quoniam Abbas. quæstion. 13. de officio delegat. Afflict. in constitutione Nam auctoritatem la prim. in secundo notabili in fine. Hijs accedit, quod quando lex simpliciter constituit aliquem iudicem, & dubitatur, quam iurisdictionis speciem

 tribuerit

tribuerit, an scilicet solam ordinariam, vel solam delegatam, præsumi concessam, ordinariam scripserunt glos. in dict. l. & quia ff. de iurisd. omni. Iud. in l. vnica in glos. vlti. C. ne liceat potentio. claré Specul. in titulo de inquisitore §. impugnatur num. 25. Abb. in capit. exhibita colum. 3. versicul. Dubio de iudicijs. Castren. in l. à Iudice colu. vlt. & ibidem Ias. in fin. C. de iudi. Alex. in d. l. more. num. 13. ff. de iurisdict. omni. iudici. Alciat. in tracta. de præsumpt. reg. 3. præsumptio. 36. num. 2. Vnde Menoch. de præsumpum. libr. 2. præs. 16. num. 37. inquit, quod isti Visitatores ordinarij sunt, pariterque ordinarij, & Regij officiales nuncupantur per Crauet. Ritu. 295. n. 25. Mier. p. 1. coll. 4. fol. 55. num. 29.

Effectus qui ex hac re resultant sunt, quod istorum Visitatorum iurisdictio, non extinguitur, nec expirat mortuo Rege, à quo sunt electi, & nominati, quinimo non obstante morte Regis possunt in visitatione procedere ad notat. per Olib. in vsatico alium namque capit. 4. nu. 37. de Iure fisci. Item sententiæ per dictos Visitatores latæ in causis minoribus centum librarum, in hoc Principatu executioni mandari possunt præstita cautione, non obstáte appellatione iuxt. cóst. 12. titul. de exequ. de sententias, quę in Iudicibus ordinarijs loquitur.

11 Rursus ex quo isti Visitatores sunt Iudices ordinarij, ideo concedere possunt securitatem, seu guidaticum testibus, qui deponere debent in causis coram eis gestis, cum id cuilibet Iudici ordinario permissum sit, pro vt referunt multi allegati per Portholes in §. accusatio. num. 144. Ioseph. de Sese in tractat. de inhibit. capit. 1. §. 5. num. 65. 67. & 68 vbi subdit iustissimum esse, prædictam securitatem, & saluum conductum concedere testibus citatis ad perhibendú testimonium, ne scilicet huiusmodi testes, timore capturæ contra eos imminentis, propter delictum per eos commissum a perhibendo veritatis testimonio se subtrahant, & ne proinde veritas negotiorum pereat, & ne etiam ex probationum defectu crimina remaneant impunita, quod etiam reipublicæ interest. l. congruit, ff. de officio præsid. ideo operatur ipsamet publica vtilitas, quæ in simili guidatico cósistit, vt non possint testes interim durante guidatico capi per aliquem Iudicem ratione cuiusuis delicti per testes cómissi licet graue, & enorme sit.

12 Verum quamuis hæc opinio mihi admodum placeat, nihilominus in Cathalonia non fuit obseruata in casu guidatici per Regium Visitatoré officialium regiorum huius Principatus concessi Petro Masso de Pareis testificato, & guidato ad perhibendum testimonium cum non obstante guidatico ei cócesso fuerit dictus Masso captus de mandato Excellétissimi Ducis de Monteleó túc Locútenentis suæ Magestatis & tandé ad morté cóndenatus per Regiú Senatú Cathalon. & senténtia contra illum executa, & ideo id visum fuit quia dictus Masso propter delicta per eum cómissa non poterit guidari prohibente cóstitutione Com infligát, titulo Quát sia licit, o no venjarse. in primo vol. const. vt bene & erudite latius refert doctissimus Petrus Fontanel. in tract. de pact. nuptia. clausula. 4. glo. 15. n. 154.

13 Cæterum quidquid super prædictis declaratum fuerit, nihilominus Nobilis Ludouicus à Peguera integerrimus Senator huius Principatus in decisió. 39. lib. 1. suarum decisionum refert quam plures casus, & decisiones in quibus semper iudicatum fuit, guidaticú seruandú esse nó obstáte constitutione illud prohibente, & iustissime. quidé, non enim æquum est

est vt qui cum iudice contrahit, eius authoritate circunscribatur l.r.in fin. C.de his,qui veniam ætatis impetra. & proinde Alber. in l. obseruandum in fin. ff. de offic. præsi. eleganter ait Delinquenti securitatem promittere, ac deinde eum punire, proditionem esse. Vnde nihil est, quòd lumine clariori præfulgeat in iudice,quam recta fides l. interclaras C. de summ.Trin. & fide cath. cui maxime conuenit illud verbum. *Semel locutus est Deus,* & iterum *Quod scripsi scripsi,* quia vt inquit Psalmista. *Quæ procedunt à labijs meis non faciam irrita.* Et in Euangelio hæc scripta sunt. *Cælũ, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt,* Ideòq; cum Iudices Deum imitari debeant, vt in §. arripiat in authent. vt omnes obed. iud. Meritò igitur fidem, & securitatem promissam seruare tenentur, & vbi fides,& securitas dari non poterat obstante lege prohibente desguidari debet delinquens,& minime punlri,pro vt sic tenet idem,Peg. d.decis.39.nu.9.& 10. referens ita fuisse pluries iudicatum per Senatum cui opinioni vti iustæ æquæ, & rationi consonæ libentisime assentio.

14 Præterea cùm de iurisdictione Visitatorum tractemus: non erit nostri instituti alienum scire: nunquid Visitatores poterunt citare testes, & eis præcipere, quòd compareant coram ipsis ad deponendum, & non comparentes cogere? Breuiter dico, quod sicuti arbitri electi vigore statuti possunt compellere testes ad perhibendũ testimonium, & illos cogere imò etiam, & falsum coram eis deponentes punire. secũdũ Goffre. Host.& Felin. in cap. suspiscionis de offic. delega. Angel.in l.si vacantia.C.de bonis vacant.lib.10.Marc.Anton.Blanc. in tract.de compromis. quęst.8. num.13. ea ratione; quia iurisdictionem habent vigore statuti, eodem modo cũ Visitatores præcipuè in hoc Principatu iurisdictionem ordinariam habeãt vigore cõstitutionis, & ordinarij sint vt supra diximus, ideo dicendum est posse omnia ista facere maximè: quia clarum est de iure, quod cui concessa est iurisdictio ea omnia concessa esse videntur sine quibus iurisdictio expediri non potest.l. 2. ff. de iurisd. omni.iudi.l.ad rem mobilem l. ad legatum ff. de procurat. Veruntamen in his,vt tutius procedatur spectanda est consuetudo vnius cuiusq. Ciuitatis per ea,quæ dicunt Angel. & Blan. in locis præallegatis: quia vbi Visitatores non consueuerunt cogere, vel punire testes sed solum citare sub pœna, & non comparentes pœnam exigere per iudicem ordinarium, tali casu id seruandum erit nam regula d. l. 2.ff.de iurisd.omni.iud.multas limitationes habet,vt patet ex Ias. ibi Deci. & Felin. in cap. præterea de offic. de leg.idem Ias. in l. planè ff.de lega.1. & Deci.consil.77. Et hinc dixit Ioseph. Cumia.in sua praxi.de syndic. cap.6. num.16. quod si testis noluerit aliquo modo deponere, & spreuerit Visitatoris mandatum poterit Visitator informare suam Excellentiam & secundum illius ordinationem procedere.

15 Scire autem debes, quod istorum Syndicatorum seu Visitatorum iurisdictio,in Cathalonia adeo illis amplissimè concessa est, quod nullatenus impediri possunt in excercitio suorum officiorum per dominum Regem, nec per suos officiales: vt habetur in const.7.titul. de iudicib. tabul. vers.ibi: *E que nos,o procurador nostre, o algu altre official nostre, no embarguem,en tot,o en partida, ne à nos reseruem la dita inquisitio, o conexensa, o pronuntiatio de aquella.* Vnde

Vnde dixit Mier.p.2. cap.9. num.35. & 36.fol.mihi 14.quod causæ residen tiatum, vertentes coram iudicibus tabulæ non possunt euocari ad Regiam Audientiam etiam prætextu miserabilitatis ipsius officialis, sed bene ad supplicationem quærelantis, subdens se ita vidisse in facto, declaclarari,& practicari ,& ad id confert cõst.19.eiusdem tituli in princip. ibi. *Los Iutges de Taula no sian tinguts en alguna cosa obeyr, a lletras de nostra Cort exidas, o exidoras.*

17 Et ibi hoc not.Mier.in d.cap.9.num. 35.vbi de prædictis rationem reddit. Vide eundem Mier.circa prædicta.p. 1.cap.7.num.48.cum 4.seq.fol.83.

18 Verum licet isti Visitatores amplissimam habeant iurisdictionem, quasi priuatiuam ad dominum Regẽ in vsm dictatum constitutionum, verum illam habent limitatam à lege iudicandi ad tempus, & non ab homine,vt dicit Paris.de Pute. de synd. verbo dicit constitutio.num.7. idque probatur etiam de iure nostro municipali per dict.const.7.& 19.d. tit. de offic.Iud. tabul. vbi dictis Syndicatoribus præfigitur tempus quatuor mẽsium,primus scilicet mensis assignatur ad proponendum querelas contra Officiales, secundus mensis ad iustificandum,& probandum dictas querelas, tertius mensis præfigitur officiali ad se defendendum,& vltimus mensis iudicibus ad sententiandum, & vbi fuerint, negligentes in sententiando tenentur salarium depositum restituere, & tantundem de bonis proprijs soluere,vt habetur in const.12. curia-

19 rum anni.1599. verum vt in pœnam dictæ constitutionis incidant requiritur, quod ex quo iudicant vt vniuersi,vt in d.const.7. & sic vnus sine altero iudicare non potest cum omnes tres,vice vnius habeantur,l.magistratus ff. ad municipal. Oportet omnes tres,ter interpellari ita eleganter probat noster clarissimus, ac integerrimus Iacob.Cancer.p.3.var.resol.cap. 12.a n.244. vsq. 271. subdens etiam sub.num.268.cum duob. sequent. ex multis, quos allegat, quod nec etiam vnus, sine altero potest processum in

20 struere.Et si scire desideras quantum sit salarium dictorum Iudicum Tabulæ,per quos sit deponendum, & soluendum, & qualiter vide Mier. p.1. cap.29.num.1.col.6.fol.144.

21 Sed dubium est nunquid isti Visitatores iurisdictionem habeant aduersus hæredes iudicũ, & officialiũ defunctorũ pro delictis per dictos officiales,& iudices defunctos,dum viuebãt in officijs suis commissis:cui dubio videtur negatiue respõdẽdũ ex eo,quia istorum Visitatorum iurisdictio solũ illis competit aduersus ipsosmet officiales delinquentes ad tex. in l. iustas C. de iure fisci lib. 10. l. vnica. C. vt omnes Iudices.tam ciuil.quam milit. auth.sed nouo iure C.de pen.iud.qui mal.iud.cum simil. Verum pars affirmatiua est verior,idq.ex eo procedit, etenim in odium improborum iudicum,& officialium,est speciale, quod illorum hæredes conueniri possint coram ipsis Visitatoribus,per quos condemnari valeat pro furtis, baratarijs, & illicitis extorsionibus per dictos Iudices, & officiales defunctos commissis.iux. tex.in l. datur & ibi gl.& l. Iulia.ff.ad leg.Iul.repet.& gl. in d.auth. sed nouo iure vbi Bal.C.de pen. iud. qui mal.iud. vbi inquit memoriæ tenendum Petr. de Rauen. singul. 256. Mascard.de probat.1.tomo verbo Baratarsia,conclus.166.num.4. vbi dicit quod in hoc casu delictum patris nocet filio. Veruntamen prædicta pro-

22 cedunt dummodo hæredes conueniãtur infra terminum præconij promulgati ad proponendum querelas,& casuquo præconium non publicetur intra annum,vt in l.2. & vlt.ff.ad l. Iul. repet.

repet.& tunc solum tenentur vsq; ad vires hæreditarias, & hoc siue confecerit inuentarium siue non,& quamuis lis cum defuncto contestata non fuerit secundum Aret. in rub. ff. de adqui.hæred.quem refert, & sequitur Ruin.cons.20.circa fi.lib. 4.Negu.de pigno.fol.50.num.124.in fin.Boss. in tit. de pœnis num.39.Pute.in eod.tractat.de syndicat.in verbo hæres, & in verbo,mulcta.in prin. Ant. de Fano. de pignor.2.part.memb.4.num. 124. in fin.vbi dicit communem opinionem Auend.in resp.3. per tot. Auiles in cap. 4.prætor.glos. Entregare,nu. 12.& in cap.1.Syndic.glos. 1.num.16. Vilalobos in ærario communium opinionum verbo Hæres. num.2. in fin. Praz.in praxi.1. tom.8. part.in prohem.num.19. Tiber. Decian.2. tom. delict.lib.8.cap.38.num.57.

23 Rursus dubitari cōtingit nunquid isti Visitatores habeant iurisdictionē, & cognoscere valent de delictis officialium, non pertinentibus ad ipsum officium.Respondeo, quod quicquid sit de iure,consuetudo obseruat, vt de omnibus cognoscant, modo cōmissa fuerint durante officio. Cæterum de his,quæ ante, vel post officium commissa sunt, non pertinet ad eos cognitio,sed ad ordinarium, & ita in practica seruari attestatur Amad. de syndi. num.171.quem refert, & sequitur Iuli. Clar. lib. 5.§.fin. quæstion.35. numer. 22.

24 Deinde quæritur : an quando Officiales syndicari debent eis interdicēdā sit administratio per Visitatores,& sic illos suspendere ab exercicio,& administratione officij.Huic dubio cum distinctione respondetur, nempe non posse Officiales absolute per Visitatores durante inquisitione, ab officio re-

25 moueri,nec suspendi: nisi quando precedente inquisitione, vel accusatione esset capta informatio, per quam apparerent aliqua substantialia delicta probata contra ipsos, ex quibus legitimato processu possent officio priuari: ita eleganter resoluit Vincent. de Franc. decis.8.part.2.per tot. Ioseph. Cumian.in praxi.syndic.cap. 17. nu. 9.& alios refert Bajard. ad clarum q. 73.num.41.Et optima quidem ratione id statutum videtur , etenim præterquam, quod in materia remotionis ab officio,est stricte procedendum cum remotio dedecus sit.l. testamen-

26 to Centurio , & ibi glos. ff.de monu. testa.ex alio iniquum esset, suspendere officialem ab administratione sui officij,pendente accusatione vbi certū esset,non esse priuandum officio in casu sententiæ proferendæ arg.tex. in l. hæc stipulatio .§. diuus. ff. vt legat. nom. caueatur . Quo disponitur iniquum esse superuacua cautione hæredes onerari , quoties res euidens est, nullo modo fideicommissum deberi, ac proinde animaduertendum cēsui, non debere Visitatores ex sola accusatione seu querela,etiā,quod ea probata, quis veniret priuandus suspendere interim Officiales ab administra-

27 tione : nisi (vt dixi) ex informatione capta, aliquid substantiale probatum fuerit,cum indulgendum non sit malitijs aduocatorum dum in facti narratione querelarum extollunt , grauiora crimina contra illos ad not.per Bar.in l.quod si forte §. sunt quidam ff. de solutio. quia Visitatores hoc nō debent permittere: imo debent inspicere,qua mente hoc petatur , vt pulchre considerat Angel. in l. cum non facile,ff. si cui plusquam per l. falcid. Ac ideo facile credere non debent, quod narrata in querelis sunt vera sine informatione, ne incurrant in eo, quod legitur Eccle.19. *Qui cito credit leuis corde vocabitur*,& Ioā.c. 4. *Nolite omni spiritu credere, sed probare spiritus si ex Deo sint* , & sic bene in his informati iuste,& recte

proce-

procederent, quæ nedum in Officiali perpetuo prædicta obseruare tenentur, verum & in temporali secundum Paris. de Pute. in tract. de Syndicat. in verbo, Acusatus colu. 1. Bald. in titul. de pace constantiæ in verbo credentia in finalibus verbis. Ioann. Gutierrez in pract. qq. in q. 39. num. 4. vers.
28 ille vero, lib. 1. & huius conclusionis ratio traditur a Ioseph. Cumian. in d. cap. 17. numer. 9. & 10. dicens, quod constito de enormitate excessum Officialium, non minus Officiales perpetui, quam annales, & temporales sunt suspendendi ab administratione Officij, eo quia tali casu officiales temporales, perpetuis assimilantur, licèt regulariter non soleant syndicari nisi finito eorum Officio.

29 Cœterum in hoc Principatu Cathaloniæ, tales suspensiones ab Officio pendente accusatione, in Officialibus Regijs perpetuis, fieri non posse, nec debere, tanquam repugnantes cõstitutionibus dicti Principatus probat, elegantissimis fundamentis, & rationibus. Clarissimus Senator, ac omnium doctrinatum studiosus, Ioannes Gallego in suo responso de syndicat.
30 cap. 7. per tot. Quod secus obseruatur in Officialibus triennalibus, qui secundum const. 1. 2. & 6. sub titul. de offic. iud. tabulæ; finito eorum officio, quod finiri solet de triennio in triennium, in fine cuiuslibet triennij in die scilicet carnis priuij, sunt suspensi ab officio durante inquisitione, vt not. Mier. part. 1. capit. 22. coll. 2. num. 7. coll. 2. fol. mihi 12. vbi loquendo de Officialibus triennalibus dicit, quod dicti Officiales contra quos inquiritur pendente inquisitione sunt suspẽsi, & nõ possunt redire in officio donec Inquisitio fuerit terminata, & ipsi per sententiam fuerint absoluti, vt ibi per eum latius est videre.

Sed hic incidenter quæro de qua-
31 dam practicabili quæstione, quæ sæpe numero in facto contingit in hoc Principatu. Nũquid Prætor, seu Vicarius Regius triennalis, qui exercuerit iurisdictionem minus anno, ex triennio præcedenti, potuerit Officium suum continuare in triennium sequentem, absque eo, quod teneatur prius purgare tabulam, pro eo tempore minus anno, quod antea rexerit. Cui dubio negatiue respondit Mier. part. 2. column. 6. cap. vt officia temporalia non continuentur, num. 19.
32 & 24. fol. mihi 13. & in cap. 14. coll. 10. num. 25. fol. mihi 32. reddens rationem, quod inquisitiones vnius triẽnij, non possunt aliquatenus ad sequens triennium prorogari, concludens, ex eo, Viccarium prædictum omnino teneri, & obligatum fore ad tenendum tabulam tempore, quo ab alijs tenetur, adeò quòd non poterit eam differre in qua obtinere debet absolutionem de illo præcedenti triẽnio minus anno, quod rexerit, vt continuare valeat suum Officium in triẽnium sequentem, & adeò prædicta contendit esse vera, & rationi consona, quia dixit in eadem 2. par. cap. 19. num. 2. coll. 9. fol. mihi. 103. quod dispensare in prædictis nullatenus potest, & quamuis ipse sæpius viderit de facto in his dispensatum, & contrafactum, verum ideo credit hoc esse publicum, & maximum peccatum, & periurium multorum, & quod ita nimirum si Deus vult destruere hanc patriam. Secundum quam sententiam & illam sequendo consuluit bene eruditus Iacob. Cancer. part. 3. var. resolr. cap. 12. a num. 154. vsq. 170. vbi in fine refert se in praxi ita seruari vidisse, & consuluisse.

33 Veruntamen licet huic opinioni, istorum grauissimorum Doctorum, quorum magna est authoritas in hoc Principatu, adhærere visum fuerit, per eruditos, ac celebres I.V.D. Franciscum Gamis minorem dictum, & Anto-

Antonium Vinyola Ciuem honoratum Barcinonæ nunc Iudicem Regiæ Curiæ, qui vnà mecum, vti coniudice delegato pro Gaspare Berart nepote ex fratre,tanquam Iudices tabulæ seu Syndicatores Cioitatis, & Viccariæ Barcinonæ,in mense Septẽbris de anno 1623.occurrit nobis visitare dñ Hieronymũ de Peguera tunc Regentem Viccariam dictæ Ciuitatis,contra quem fuerunt præsentatæ aliquæ querelæ, & eo quia rexit tres menses de triennio proximè lapso, & consequenter minus anno intendentes ob eam causam, iustitiæ semper mediante,durante inquisitione dictarum querelarum illum remouere, & suspendere ab officio ad effectum, vt tabulam teneret, & querelis contra ipsum propositis responderet. Nihilominus cum verbo certiorati fuerimus per Excellentissimum dominum dñ Ioannem de Sentis Episcopum Barcinonæ,tunc Locumtenentem,& Capitaneum Generalem dicti Principatus, virum equidem præclaræ eruditionis, atq; doctrinæ. † Et postmodũ in scriptis in forma probandi fuisse in simili facto iunctis tribus aulis Regiæ Audiẽtiæ conclusum, & deliberatum non teneri Viccarios Regios, qui minus anno rexerint de triennio proximè lapso, tabulam tenere, nec stare Syndicatui, sed querelas remittendas esse ad Iudices tabulæ triennij sequentis de qua certioratione in scriptis factã constat in libris seu regestris dictæ tabulæ, vbi illum inseri iussimus. Ideò propter dictam deliberationem, & conclusionem Regiam, cui obedire,& omni conatu obseruare tenebamur ab intento proposito decreuimus abstinere remittendo querelantes ad futuros Iudices tabulæ triennij proximè venturi, quibus his si quod eis competeret in illo futuro iudicio saluum,& illæsum remaneret, pro vt hæc omnia videre poteris in Regestris dictæ tabulæ cuius scriba seu Notarius erat Paulus Rubinat Barcinonæ populatus.

34 Sed dubium egregium, nec à nostro instituto alienum se offert,vtrum Visitatores laici iurisdictionem habeant ad puniendum clericum officium Regium habentem, vbi in ipso officio delinquerit. Et videtur dicendum quod sic:etenim ex quo clericus de manu Principis sæcularis,officium seculare suscepit ex eo videtur per Visitatorum à Principe electum posse visitari, & de delictis in officio commissis puniri, cùm clerici officia publica exercentes clericalibus priuilegijs non gaudeant. Aufrer. de potest. super Eccle.reg.1.num.17. Et ideo dicitur quod quando clericus tutelam affectauit cum legitime posset illam renuere omnino fori priuilegiũ perdit,& quodammodo ab Ecclesiæ gremio deijcitur vt in auth. de Sanctissimis Episcopis.§. Deo amabilis coll. 9. hanc sententiam probat text. in capit. Episcopus, 88. distinction. ibi: *Episcopus,aut,Sacerdos aut, Diaconus nequaquam sæculares curas assumant, sin aliter deijciantur.* Præcipuè prædicta locum haberent si in talibus administrationibus dolo versatos fuisse reperiantur, quia hoc casu nullatenus ab Ecclesia, illis foret subueniendum, vt in capit.2. ne clerici, vel monachi, ibi. *Quod si postmodùm facere præsumpserint, & occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam deprehendantur in fraudem. Indignum est ab Ecclesia subueniri per quos constat in Ecclesia scãdalũ generari.* Hinc etiam dicitur,quod clerici aduersus canonũ statuta mercimonijs, siue sæcularibus administrationibus se se immiscentes, quod attinet ad

talem

talem negociationem pro sæcularibus iudicantur, vt in l.2.C.de Epis.& Clericis. Et quo ad similem negociationem non secus, ac alij seculares reputantur, neq; priuilegio, neq; immunitate Clericorum potiuntur, vt in clementi. si. de censib. vbi Cardi. num. 2. Alber. in l. vniuersi. C. de vectig. Geminia. in cap. quamquam de censibus. Petrus de Antibol. in tractat. de muner. part.6. num.21. & 45. & confert apud nos decisio domini Cancellarij de qua meminit Michael Ferrer.3.part.obserua.cap.220.& Afflict.
35 in decis.24.num.3.& ibi Vrsil. vbi dicitur, quod Clericus ratione artis, vel officij potest, coram Iudice layco conueniri: sequitur Beneuenutus Straca. in tractatu de mercatura.3.part.num. 9. plura in confirmationē huius sententiæ cumulat Bouadill. libr.2.capit.18.
36 vbi centum, ac triginta vnum casum aggregauit in quibus Iudex sæcularis de causa clerici cognoscere, & iudicare potest.

37 Verum prędictis non obstantibus contrariam sententiam in præsenti tenendam esse arbitror, siquidem receptissima est illa iuris sententia, qua disponitur, quod Iudex sæcularis respectu Clericorum est, nedum incompetens: verum etiam incapax, vt habetur in cap.1.& per tot.11.quæstio.1. cap. quæ in Ecclesiarum, & cap. San-
38 ctæ Mariæ de constit. Couarru. pract. qq.c.31.nu.1.& 2. In tantum, quod nec pacto, neq; etiam iuramento interposito iurisdictionem Iudicis layci prorogare possunt: vt in cap. significasti, & in cap. si diligenti de foro compet.
39 Adeo quod nec consuetudo effici potest, quod clerici subijciātur Iudicibus laycis, sicuti per multas rationes concludit Rota decis.10. per tot. nec immemorialis consuetudo valeret, tenet Crauet. consil.82.num. 7. nam vt dicunt Hosti. in c. 2. de maior.& obed. ex quo clerici corpus, & animam ad Dei seruitium trāsferuntur, facti sunt res spirituales dignum est, quod non
40 subijciantur laycorum iudicio. Qua de causa ex defectu potestatis, & iurisdictionis Visitatorum Iudicum sæcularium, non poterunt, punire Clericum Regium Officialem in officio delinquentem, pro vt sic in terminis resoluit Iulius Clarus in pract.§. fin. quęst.36.num.25. Aufre. in clement.1. num. 25. de offic. ordinarij. Vbi hanc esse communem opinionem attestatur, quem refert Couarru. in pract. qq. cap.33. post num. 6. quorum Doctorū
41 sententia, est intelligenda tantū, quo ad coertionem personæ ipsius Clerici, cum in personis Ecclesiasticis etiam in officio sæculari delinquentibus Iudices sæculares nullam habeant iurisdictionem saltim contentiosam cum scriptum sit. *Nolite tangere Christos meos*. Et ideo scriptum est quod ditioni Regum non subsunt, sed solius Ecclesiæ iux. tex. in cap. 2. de foro.comp. & in authent. statuimus C. de Episco.& Cleri. Farin. quæst.8. tit. de inquisitione num.98. inquit quod si Clericus ad aliquod officium seculare fuerit admissus per Principem, & in eo officio deliquerit nō poterit de iure loquendo à Iudice sæculari puni-
42 ri. Bene tamen poterunt Iudices Visitatores sæculares Clericum in officio delinqnentem, & malè in Regis, & Reipublicæ offensam versantem officio priuare, ac indignum, & inhabilem ad tenendum officium sæculare in regno declarare, non per modum contentiosæ potestatis: sed œconomicæ, & politicæ coertionis l. 1. C. de emenda. propinquorum cap. si quis alterius iuncta glos. 7. quæst. 1. notat. eleganter Guillerm. Bened. in capit. Raynuntius in verbo, & vxorem 2. decis. num.155. & seq. vsq. num.165. de testam. vbi quod hæc est politica, & œconomica coertio qualis est patris in

In filio etiam Clerico, & domini, in seruos, Cassan.in consuet Burg.rubr. 1.§.5.num.71.versic.Redeundo.Pute. de syndicat.verbo,Clericus cap.1.fol. 158.Placa. de delict. cap.19.num.23. Redin. de Magest. Princip.§. sed etiã per legitimos tramites num. 183. Tiber.Decian.in tractat.crimi.1. to. lib. 4.cap.9.Bouadil.lib.2. cap. 18. num.
43 99.vbi quod in practica seruatur punire Clericos pœna priuationis officij,& eos pecuniariter mulctare pro delictis, & excessibus in officio per eos commissis. Et pro hac obseruantia faciunt tradita per Conrad. in curial.breuiar.tit. de Inquisi.n.8.fall.16. & 17.Mexia de Pane.conclus.5. n. 28. Ioan.Garcia de Nobilitate glo.9.n.33. Cenedus in collect.ad decretum cap.
44 37.n.16.Cæterum vbi delictū vltra officij sæcularis priuationem, grauiorẽ requirerent corporalem vltionem, Clericus ditione politica punitus, seu officio seculari priuatus, quo ad pœnã fori contentiosi corporalem ei imponendam esset, iudici suo Ecclesiastico remittendus,pro vt in simili dicitur in l. placet in fine. C. de sacrosanctis Eccles. facit c. de his de accusatio. vbi pœna fori pœnitentialis non excludit pœnã fori cõtentiosi,probat in propo sito latè Guiller.Bened.in d.cap.Raynunt.in verbo, & vxorẽ nomine Adelasiam decis.2.num.160.
45 Ex quibus non obstant, quæ in oppositum suprà deducta fuere:quia illa procedunt,in casu speciali negociatio nis, & respectu bonorum tantum patrimonialium ipsorum Clericorum: Quo in casu Clerici Iudicibus sæcularibus sunt subditi,vt not.Pett.à Mõ te.in sua monarchia consiliorum, q. 24.num.2.rationem huius conclusio nis ponit eleganter glos. in l. munerũ §.patrimoniorum verbo,Pontifex,ff. de muner.& honor. hanc sententiam tenet Innoc. in cap. postulasti.de foro compet. Verum respectu coertionis personæ, & in carceribus detentione nullo modo sæcularis iurisdictio in Clericos se extendit, vt inquit Vasq. de successio,creatio. lib.1.§. 10. num. 651. late Surd. consil.301.num.13. 34. 35. & 46. Michael Ferrer p. 3. obser. cap.220.vbi inquit, quod licet Clericus ratione negociationis conueniri possit,coram iudice sæculari: verum respectu detentionis personę, fuit decissum ad Iudicem Ecclesiasticum pertinere. Vnde ex prædictis clare liquet, Visitatorem laycum nullatenus Clericum in officio Regio delinquentẽ pœna aliqua corporali puniri posse: Sed tantũ pœna priuationis officij, & seu illius suspentionis ad tempus, quæ nota quia forte nullibi ita latè, & diffuse scripta reperies.
46 Et quia Commendatores sancti Ioãnis Hierosolymitani sunt Religiosi,& personæ Ecclesiasticæ, nec non, & Commendatores Alcantaræ,& Calatrauæ,cum tria substantialia voueriint vota scilicet Castitatis, Paupertatis,& Obedientiæ,vt in statutis hospital. Hierosolymit. cap.1. & plenè prosequitur Azpilcuet. cons.3.lib.3.de cõuers.coniug.Greg.Lopez in l. 1. vers. Senyal de orden,tit.7.p.1.& in Cathalonia quo ad eorũ personas pro Ecclesiasticis Iudicantur iuxta declarationẽ domini Cancellarij factam in anno 1603.de qua testatur Iacobus Cancer. part.3.cap. 14. num. 68. Ideo quoties
47 euenerit casus,quod isti Commendatores fuerint Deputati Cathaloniæ,& seu Gubernatores iurisdictionem Regiam exercentes, vel Capitanei, & in eorum officijs delinquerint est vtique certum, quod dumtaxat puniri possunt per Visitatores sæculares in eisdem pœnis, quibus Clerici puniri possent, & non in alijs cum tanquam personæ Ecclesiasticæ,gaudeãt, & gaudere debeant beneficio im-

C munita-

munitatis, & exemptionis Ecclesiæ sicut Clerici, cum de æquiparatis ad similia idem sit iuditium cap. inter cæteras de rescript. cap. 2. de transl. Episcop. cap. in causis de re iudic. capit. 2. ibi, ad instar, de sponsal. cum simil.

48 Et propterea vbi pœna corporis afflictiua aduersus eos esset imponenda pro delictis in ipsorum officijs commissis vtique remittendi sunt, Prioribus, & Magistris suis secundum Bouad. lib. 2. cap. 18. num. 232. & cap. 19. num. 12. 13. 14. & 15. Didacum Perez in l. 1. tit. 1. lib. 4. ordinament. fol. 1319. Cassan. in Cathal. Gloriæ mundi 9. part. considerat. 4. post Ioann. Monach. in capit. ex eo de electio. in fine, & DD. in cap. 2. de foro competent i. & ibi Felin. num. 10. Barba. nu. 72. Azeued. in l. 14. tit. 5. lib. 3. recopilat. num. 1. & 4. Decian. in tractat. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 36. fol. 157.

49 Ac ideo ipsi vti Religiosi, & ab omini sæcularium iurisdictione exempti, prohibentur, ex eo ad officia sæcularia eligi, vt refert Vincent. de Franch. decis. 479. num. 2. & 3. subdens ita fuisse iudicatum, sequitur Caual. resolut. criminal. casu 64. per tot. Mastril. in tractat. de magistratib. cap. 7. num. 35. & 36. & decis. 149. num. 18.

50 Sed obiter circa prædicta dubitandum venit, an familiaris sancti Officij Regius Officialis poterit per Regium Visitatorem puniri, de delictis, & culpis, in officio Regio commissis. Huius dubij resolutio dependet ex his, quæ tradunt Vincentius de Franchis decis. 479. part. 2. Anton. Gomez tomo 3. variarum resolutio. cap. 10. ad finem, & post eos, Iacobus Cancer. part. 2. cap. 2. num. 309. Quibus in locis habetur, quod exemptus à iurisdictione illius, à quo creatus fuit Officialis non potest, ab eodem puniri, etsi in officio deliquerit. Vnde cum familiaris sancti Officij sit exeptus à iurisdictione Regia cum subsit foro, & iurisdictioni dominorum Inquisitorum; vt patet cum instrumento concordiæ firmato in Curijs Barcinonæ Curiarum anni 1520. in secundo volum. constitutionum sub titul. de la sancta Inquisitio. Ex eo inde videtur puniri non posse per dictum Regium Visitatorem à cuius iurisdictione exemptus reperitur.

51 Verum in hoc puncto sic distinguendum censeo, aut Regius Visitator intendit punire Officialem familiarem sancti Officij pecuniariter, aut corporaliter, primo casu crederem posse illum punire pecuniaria pena, nec non etiam officio priuare: nam sicut Visitator potest Clericum Regium officium habentem pro culpis in officio commissis pæna pecuniaria, & officij priuatione puniri, vt supra diximus nu. 42. eodem modo, & multo magis poterit ipsum Familiarem in hanc pænam condemnare, & punire ad tradita per Paul. Castren. in l. si quis curialis C. de Episcop. & Cleri. Anton. Gomez. d. cap. 10. ad fi. Escobar de ratiocinijs cap. 6. num. 10. vbi loquitur in familiare sancti Officij, & in terminis probat Cancer d. part. 2. cap. 2. num. 309. Secundo autem casu non poterit eundem familiarem sancti Officij pæna corporali punire, quia vbi agitur de punitione personali, non erit Visitator Iudex competens ipsius familiaris: sed tantum domini Inquisitores, quorum Iurisdictionis suppositus est quibus ad exemplum Clericorum remittendus erit, ad tradita supra num. 44.

52 Denique Visitatores sæculares, iurisdictionem habent, ad visitandũ, & puniendũ Decuriones, seu Cõsiliarios Iuratos, Patiarios, ceterosq; administratores, Ædiles, & alios Officiales Vniuersitatuum, Ciuitatuum, Villarum,

& locorum, & eos compellendum, ad dandum, & reddendum bonum, & legale compotum rerum publicarum, & reliquum restituendum, aduersus illosque procedendum super occupatione, & surreptione bonorum pecuniarum, & rerum Vniuersitatis not. Ioseph. Cumian. de Syndicat. cap. 8. num. 26. Bouadil. lib. 3. cap. 3. num. 35. & lib. 5. cap. 4. num. 1. qui alios referunt.

53 Possunt etiam Visitatores generales cognoscere de omnib⁹, & quibuscunque delictis, tam ad instantiam Fisci, quam partis, per Officiales visitandos commissis, vt probat Mastril. in tractat. de magistratib. lib. 6. cap. 8. num. 1. vbi refert ita fuisse seruatum.

54 Sed numquid quando sunt plures Visitatores, & vnus nollet interesse cum alijs in causis visitæ diffiniendis possint alij procedere, & videtur quod sic ex doctrina Bald. in l. 1. q. 4. num. 3. & 4. C. de offic. consul. pulchrè Belluga in suo speculo rubr. 44. num. 2. versic. & si dicamus Paris. de Pute. de Syndicat. verbo, Iudices ad syndicandum num. 12. fol. mihi. 20. vbi, quod faciunt tres, quarti requisitio valet, subdens etiam quod si vnus ex quatuor nollet acceptare officium, interim iurisdictio remanet in acceptantibus sicut maior pars l. imperatores §. Magistratus ff. de appellat. Idemque secundum eum, si tres inceperunt, & vnus ex tribus postea abesset, quartus posset supplere vicem illius absentis: sicut etiam posset de mandato vnius tantum ex supradictis Iudicibus promulgare bannum syndicatus ad porrigendas querelas ad notat. per DD. in l. si duo ff. de re iudic. & in cap. prudentiam de officio delegat. Paris. de Pute. in loco proxime citato, num. 10. & 11. dum ait, quod bannum est interlocutoria quædam seu comminatio. secundum Bald. in l. item nulla communita C. de Episcop. & Cleri. & in l. 1. ff. de hæred. instit. & in l. certa ratione ff. quand. prouocare non est

55 necesse. Auiles in cap. 3. Iud. syndicat. num. 8. Et ob id quilibet Visitator potest emitti facere hoc bannum tradunt Bart. in l. si vnus ex pluribus alias incipit Pomponius ff. de re iudic. Bald. in l. 2. ff. de authent. præst. & Ias. in l. si vni in fin. ff. de re iud. quos refert, & sequitur Mastril. de magistra. lib. 6. cap. 1. num. 32. 33. & 35.

56 Præterea sciendum est, quod in hoc syndicatus, seu visitationis iuditio Visitatores ratione officij in exercitio suæ iurisdictionis procedunt, & procedere possunt ex officio inquirendo, & de facto supplendo etiam si non petatur à parte, vt not. Mier. part. prima coll. 2. cap. 22. num. 3. fol. mihi. 12. ac ideo in querelis offerendis permittere debent cumulationem actio-

57 num Ciuilium, & Criminalium: nam ex quo proceditur extraordinariè, & tempore breuissimo non curatur de apicibus iuris, nec subtilitatibus, sed tantum bona fide, & sola veritate inspecta. vt not. Bald. in rubric. C. de penult. iud. mal. iudi. & optime tradit Homod. de syndicat. num. 216. Azeued. in l. 12. num. 4. titul. 7. lib. 3. recopilat. Bouadill. lib. 5. cap. 1. num. 238. vnde dixit Mier. part. 1. cap. 3. nu. 5. fol. mihi. 54. Quod in hoc iuditio proceditur sine figura iuditij, & hac

58 de causa, nec non propter instantiæ breuitatem procedere possunt dicti Visitatores contra Officiales syndicandos in diebus feriatis, secundum Pute. de syndicat. verbo feriæ, num. 128. Amode in eod. tractat. num. 182. Bellug. in suo specul. rubr. 35. § post militares n. 12. & Mier. p. 2. c. 9. n. 39. coll. 6. fol. mihi. 25. subdit quod in eo

59 omnes terminis sunt continui, & sic currunt omnes dies feriati,& non feriati.Cathaldi.de syndic.quęst.76.numer.4.& 6.

Similiter potest Visitator, procedere aduersus Officialem, contra quem fuit oblata querela ad instantiam partis,licet postmodum fuerit,dictæ querelæ, & instantiæ per querelatum renunciatum, vel cum parte fuerit concordatum, quia in vtroque casu permissum est ipsi Visitatori procedere ex tex.in l.congruit ff.de officio præsidis,vbi Bart. Alber. & communiter DD. l. apud labeonem.§. si quis fece-
60 rit ff. de iniurijs l. per omnes, & ibi DD. C. de defensor. ciuit. l. qui sepulchra C. de sepul. violat. cum similib. relatis per Farinac.quæstio.4. numer. 31. & 32.Vbi ait rationem esse, quia ex communi crimine potest dupliciter agi, ad pœnam scilicet parti applicandam, & ad publicam vindictam l. qui nomine,ff. de falf. l. fin. ff. de priuationib. delict. Vnde licet pars possit in sui præiudicium iniuriam remittere non tamen id poterit, in præiudicium Reipublicæ cui conuenit, & interest ne delicta remaneant impunita, quinimo, quod puniantur, pro pace, & eius optimo regimine. iuxt. text. in l. licitatio, §. sed quod illicite, ff. de public. & vectigal. Bart. in l. 2.§. si publico, ff. de adulter. & in l. Transigere, vbi Castren. Alber. Salicet. & communiter DD. C. de transactio. Gomez. variar. resol. de delict. capit. 1. numer. 10. & sequent. & in specie Syndicatus Parif. de Pute. in tractat. de Syndicat. verbo, Accusatio, numer. 2. Rondinel. In similib. tractat. numer. 39. & 40. Cumian. in praxi de Syndicatu, capit. 23. numer. 1. & 13.
61 Bouadill. libr. 3. capit. 15. numero 97. & 98. qui alios refert, Mastril. in tractatu. de magistratib.lib.6.cap. 9. num.2.3.4.5.&22.

Vlterius, dicti Visitatores, in eorum officio procedentes non debent præbere aures ad malignorum voces & falsas querelas, quæ contra ministros Regios proponuntur, non cultu iustitiæ, sed ex odio, & inimicitia, ac interesse particulari officiales defatigando, vt admonet Magon. Rota Lucen.decis. 1. numer. 21. Ioann. Bot. in tractat. de ratio. stat. libr. 1. Nec etiam contra illos procedere ex
62 acclamatione populi: etenim acclamatio populi est vana, diciturque gladius acutus, vt habetur in capit. periculosum de pœnitent. distinctio. & Psalm. 56. illamque ex eo Visitatores non debent attendere cum vanæ populares voces non sint audiendæ. Horten. Caualcan. part. 3. praxis testium, numero 209. etenim quanto maior populus, tanto minor intellectus vtitur, vt in Christo, dum Populi voces in blasphæmias conuertebantur dum clamabant, tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam Matthæi, capit 27. vnde merito Visitatores non ex vana populi acclamatione moueantur contra Iudices, & Officiales, sed cum maxima iustificatione contra eos procedant iux. illud Genes. capit. 18. *Descendam & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint.* Et facit l. Decurionum C. de pœnis ibi, legibus enim magis, quam clamoribus debet Iudex adhærere, & hinc dixit Bouadill. libr. 5. capit. 2. numero 90. quod nec etiam Visitatores procedere debent propter instantiam, & timorem potentum iuxta illud Ecclesiast. 7. *Ne extimescas faciem potentum aut scandalum ponas in agilitate tua.* Quia vt habetur prouerbiorum 18. *Qui timet*

met hominem cito corruent, qui vero sperat in domino subleuabitur.

63 Sic etiam non debent Visitatores procedere contra Officiales, contra quos fuerunt data secreta memorialia de eorum delictis absque subscriptione, quia super huiusmodi notificationibus delictorum, quæ fiunt incerto auctore, & suppresso nomine prohibitum est procedere: etiam si in memorialibus essent nominati testes de ipso delicto informati, vt probat tex. in c. Inquisition. §. tertiæ dubitationis, extra de accusatio. ibi: *Nec ad petitionē eorū, qui libellū infamationis porrigunt in occulto, procedendum est ad inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendam.* Bajard. ad Clar. §. fi. q. 73. n. 42. Mennoc. consi. 94. n. 1. vol. 1. Auil. in c. 2. prætor. verbo En justicia, n. 18. Segur. in directo jud. part. 2. capit. 3. numer. 10. Alexan. Ambros. decis. 50. numer. 30. Clarus in d. §. fi. quæstion. 5. numer. 4. vbi subdit, quod omnes illi, contra quos fuit processum super huiusmodi notificationibus factis per personas incertas fuerunt per Senatum absoluti, & iuste quidem; nam Visitator ipsis memorialibus ita clanculo emissis fidem adhibere debet, nec illico crimina in eis contenta inquirere aduersus honorem, & bonam Magistratuum famam, qui vt diffamentur, & eorum honor penitus amittantur scelesti quidam homines, vt plurimum ab eis inquisiti, & carcerati, non zelo iustitiæ, sed ex odio particulari componere consueuerunt ad not. per Specula. in titulo de inquisitione §. 2. verbo, vt autem, vbi subdit, quod prælati non debent passim recipere cartulas, quas frequenter Rustici contra suos rectores clāculo offerunt: sunt enim huiusmodi delatores perniciosissimi Rei-
64 publicæ deterioresque, quam illi, qui substantias, & aliorum prædicta diripiunt, capit. deteriores, capit. ex merito 6. quæstion. 1. & ob id non sine causa a Romanis interempti, vt refert Plin. lib. 2. de pane. Gyru. Trayan. & illos Constantinus Imperator in Republica ad esse prohibuit, vt habetur in l. penult. C. de delat. lib. 10. nam vt inquit Plato in comedia 18. in Sticho. nemo in istis delationibus libellorum curiosus est, qui non sit maleuolus.

65 Sed certè quicquid sit de iure, totum contrarium docet practica, quæ communiter in hoc Principatu obseruatur per Regium Visitatorem, & Visitatores Deputationis generalitatis Cathaloniæ; Nec non, & per Visitatores domus Consilij Ciuitatis Barcinonæ, qui in principio visitæ, & durante tempore Visitationis solent arcam quandam paruam, & bene clausam in atrio domorum, vbi visitam tenent apponi facere, in qua quilibet de populo hora cauta valeat libellos, & memorialia secretè absque subscriptio-
66 ne immittere. Et quamuis huiusmodi practica nimis dura videatur tamen Visitatoris prudentia temperatur, qui mediam viam eligere debet scilicet, vt ne facile contenta in dictis memorialibus credat, nec pœnitus mentiti præsumat, sed cautè, & extraordinariè se informare, & prudenter attendere debet, vtrum in eis contenta veritati nittantur, verissimilia sint, ac comprobari queant. Etenim si veritas dilucidari valeat, tunc omnibus bene perpensis, si oportuerit inquirere poterit ad not. per Petrus Gregor. syntagmat. iur. libr. 32. capit. 12. numer. 8. versic. idque citra iuditij formulam: quia vt inquit Mastril. de magistrat. libr.

6. capit. 2. numero 53. & Bouadill. libr. 5. capit. 1. numer. 75. non oportet huiusmodi nocturnos delatores exasperare, vt cunque moueantur, siue zelo iustitiæ ducti siue odio, & inimicitia, quia plerunque grauia delicta detegunt, & aliquando crimina detegere pertimescunt ob timorem, & metum Officialium delinquentium.

67 Insuper ad officium boni Visitatoris, expectat attendere conditionẽ naturalem prouincialium vbi accedit ad visitandum, quia aliquando Prouinciales, vt plurimum sua natura, inclinant animum ad vindictam, & quasi trophæum putant iudicantq; gloriam, vt suos Iudices, & Officiales, quos oppidò habent infestos possint dilacerare, aut dilaniari, vexare, seu calumniari, qui querelantium animus, & temeritas, ac inclinatio naturalis multum debet attendi, pro vt pulchrè animaduertit Hiero. Giach. inter opera Iulij Clari in suo consil. de Syndicat. numer. 103. 124. 221. 234. & 235. & ad deplorandas miseras tẽporis huius, & hominum talium conditiones eloquentissima deseruiunt verba Marci Tull. in oratione pro Lucio Flach. part. 2. relata per Hiero. Giach. d. consil. de Syndica. num. 47. & per Bajard. ad Clar. quæst. 73. numer. 39.

68 Eadem ratione ad dictos Visitatores expectat attendere qualitatem personarum, quæ in hoc visitationis iudicio purgantur, interquas in hoc Principatu ex Officialibus Regijs inferioribus, qui tenẽtur stare Syndicatui, sunt Viccarij, Subuicarij, Baiuli, Subbaiuli, Assessores, Carcerarij, Sagiones, & alij de quibus per Mier. p. 1. cap. 29. numer. 2. coll. 6. fol. mihi 144. & probatur per const. 6. titul. de officio iud. tabulæ in principio.

Ex alijs autem Magistratibus superioribus, & corũ Officialibus, qui non purgant tabulam, sed visitãtur per Regium Visitatorem creatum, & nominatum per dominum Regem inter alios sunt Vices gerens Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, Cancellarius, Regens Regiam Cancellariam, Doctores Regiæ Audientiæ, Aduocati Fiscales, & patrimoniales, Alguzirij ordinarij, & extraordinarij, Assessores dicti Gubernatoris, Magister Rationalis, & illius Locumtenens Baiulus Generalis Cathaloniæ, & illi⁹ Locumtenens, Assessores Baiuliæ Generalis, Notarij, Commissarij, & alij Officiales dictorũ tribunalium latius designati, & nominati in capit. 5. Curiæ curiarum anni 1599. visitantur etiam in hoc Principatu Deputati, & Auditores computorum Generalitatis Cathaloniæ, illorum Assessores, & fisci Aduocatum, Exactores, Collectores, Tabularij, Notarij, cæterique alij Officiales dictæ generalitatis, vt habetur in cap. 1. nouæ reformationis dictarum curiarum 1599. ac demum visitantur, Auditor Generalis triremiũ classis Cathaloniæ, Notarius, eiusdem Visor, Cõputator, Solutor, & alij Officiales dictarum triremium iuxta capitulum, Curiæ 64. dictarum curiarum 1599.

Vnde cum inter dictos Ministros & Officiales reperiantur tot viri Illustres, & clarissimi Regij Senatus Doctores, *Qui merito Consiliarij, & assidẽtes Principis, viriq. Illustres, & pars corporis ipsius esse dicuntur*, vt in l. Quisquis, C. ad l. Iul. Magest. *Sacerdotesq. nuncupentur*, in leg. 1. ff. de iust. & iur. *& Nobilissimi* in l. 12. §. fin. ff. de excusatio. tutorum, *& Amici Principis* in l. diui, ff. de iure patron. *imo, & illius Parentes* in l. diui versic. apud Vlpianum patentem nostrum, C. locatio. *Ac etiam*

Patres

Patres Principis, & non fratres in l. 2. C. de officio diuersor. Iudic. *& Domini*, in authent. Habita. C. ne filius pro patre, *& Patres iuris* in l. 1. C. de excusatio. artificum libro 10. *& Magistri* in prohemio Digestorũ, §. his igitur, & apud Romanum Pontificem. *Vocatur stellæ in æternitates permãsuræ*, in ca. Specula de magist. *& luminosæ candelæ ardentes supra candelabrum positæ*, vt in cap. Gloriosus Deus de reliquijs; & vener. Sanctorum, & apud Prophetam Psal. 105. *Beati dicuntur, qui faciunt iudicium & iustitiam in omni tempore.* Ideo cum tot tantisq. dignissimis ac honorificentissmis titulis, & epitetis con decorati existant maximopere pro ipsis, & eorum quolibet omne bonum præsumendum est: etenim si pro alijs, quamuis non sint Officiales, militat naturalis præsumptio bonitatis ex ratione tex. in l. Merito, ff. pro socio, & l. seruos, ff. de manu. test. late Mennoc. de præsump. lib. 5. præsump. 1. per tot. dictaq. præsumptio vrget etiam fortius pro alijs, qui Officiales sunt & iudices inferiores de quibus bene præsumitur, quod recte obseruarunt iuramentum in ingressu sui officij præstitum, & quod rite, & recte ac integriter se habuerunt iux. tex. in l. 2. C. de offic. Ciuil. Iudi. Quãto magis pro ipsis Magistratibus superioribus, & Senatoribus præsertim huius nostri Principatus præsumendum est, non tantum quia solemnes Doctores, & Licenciatos appellauit Serenissimus Rex Ferdinandus secundus in const. 2. titu. de Electio. in vol. obseruantiæ. Verũ quia dominus Rex potentissimus Hispaniæ, cuius vitam Altissimus Nestoreos cum summa fælicitate perducat in annos, propter eorum vitæ, ac morum integritate, honestatem, sapientiam, grauitatem, prudentiam, fidelitatem, & longam rerum experientiam iustitiæ administrationi summa cura, & delingentia designauit.

69 Quare Visitatores contra dictos ministros Regios, & alios Officiales dictorum tribunalium, procedentes maturo consilio, & vrbane procedere debent, & contra illos minime admittere debent querelas leues, impertinentes, friuolas, & scrupulosas, vt per Paris. de Pute. in tracta. de Syndicat. verbo per syndicatores, & verbo ad syndicatoris officium Agusti. Dulced. in eod. tractat. num. 17. & sequen. Cathaldi. in simili tract. quæst. 4. num. 8. & quæst. 13. num. 12. Amod. in eod. tractat. num. 69. Auil. in cap. prætor. ad glos. incip. Dadiuas, numer. 1. & in cap. 1. de syndicat. num. 12. Boer. decis. 153. num. 1. Azeued. in l. 4. in fin. titul. 6. numer. 10. lib. 3. recopil. & Gramat. consil. 54. num. 3. quibus in locis prædicti Doctores tenent, quod si permitteretur contra eos querelas, & inquisitiones scrupulosas fieri, ipsosq. calumniati frangeretur nervus iustitiæ, & authoritas iudicum deprimeretur, & vilesceret; & maleuoli vires, & audaciam sumerent, & successores in officio nedum lento, & tardu passu procederent cogitantes, & memoria reminiscentes, quæ in suis prædecessoribus, ex minimis causis, & leuibus erroribus, miserabiliter contingerunt verum, & timidi redderentur, quod quidem maximum Reipublicæ nocumentum erit: & idcirco per Visitatores admodum aduertendum qui ex eo similes querelas, & scrupulosas inquisitiones nedum admittere non debent, verum nec solum auribus proprijs audire ad tex. in l. Si extraneus, §. 1. ff. de iure dot. Imo debẽt illas reijcere, & præcindere cum ad officium boni Iudicis spectet nequid calum-
70 niose petatur; l. 2. C. de fals. Vnde Iustinianus Imperator in auth. de fide instru.

lib.8. cap.35.num.6.cum seq.Cauale. resolutio.Crimi. casu 195.num. 1. & per tot. Clarissimus Iosephus de Sese post tract.de inhibitio.in suo respon-so de Syndi.numer. 7.8. 9.26. & 28. Matthæ.Scholast.grauissimus vir in tract.de vero,& Christiano Principe. lib.2.cap.35.Hieronym.Giach in suo consil. de Syndic. num. 409.& 410. cum seq.Bouadill.Polit.lib.5.capit. 1. num.134.in fin Doctissimus don Garcia Mastril. in tract.de Magistra.cap. 8.num.1.8.9.10.& 112.Borgon. autem Caual.decis.17.n.1.par.1.subdit,quod iudices non syndicantur de consuetudine generali:nisi de dolo, & baratarria,nam si vltra dolum,& baratariam tenerentur,omnes quantumcunq.boni,docti,& Dei timorati possent molestari,cum impossibile sit omnia perscrutari,& perfecte agere cum in hoc mundo nulla detur perfectio comprobant Gram.consil.14.nu.3. Iul. Clar. quæst. 73. versic.Item Iudex, Ioseph Ludo.in Rot.Lucen. decis.3.num.39. & 46.& decis.4.num.53.& decis.9. n. 27.& seq.late in suis cōmunib.concl. quæst.38.col.3.versicul.infertur Mier. p.1.cap.9.num.20.& seq.fol.mihi 24. & in p.2.cap.31.nu. 34.fol. mihi 126. & 132. vbi quod non tenentur de quolibet leui errore:sed tantum de dolo, & culpa quæ sunt notanda per Visitatores.

73 In Principatu vero Cathaloniæ, Visitatores contra Iudices officiales, & cœteros regios ministros procedentes super quinq.principalibus capitulis inquirere præcipitur. Quorum primum est, si Officiales fuerint negligentes in custodiendo,& manutenendo iurisdictionem, & iura regia. Secundo si commisserunt, vel fecerunt fraudem pro pecunijs,vel alia de causa in damnum domini Regis,& diminutionem suæ regiæ iurisdictionis. Tertio si seruarunt, vel non seruarūt statuta,& ordinationes curiarum Generalium Cathaloniæ. Quarto super omnibus,& singulis iniurijs, & grauaminibus,per dictos Officiales,Vniuersitatibus,Ecclesijs Prelatis,& alijsque personis Ecclesiasticis, ciuilibus, ciuibus,& quibusuis alijs personis factis. Quinto super omnibus alijs,in quibus ipsi Officiales,vel aliqui ipsorum delinquerint in officio,vel tenēdo officium vt hæc omnia probantur in const.tit.de Officio iudicum tabulæ p.122.& Mier.ibi,p.1.coll.4.ca.7. n.18.fol.mihi 81.idē in eadē p.1. coll. 4.cap.38.num. 4.fol mihi 70.& licet per constitutiones non inquirant de debitis ex contractibus Officialiū attamen si coram eis dentur petitiones, possunt de eis cognoscere secundum Mier.p.1.cap.38.num.8.coll.4.fol.mihi 70.Et dicti Visitatores quos iudices tabulæ appellamus virtute prædictæ constitutionis tenentur præstare sacramentum & Homagium, quod bene & legaliter inquirent contra dictos Officiales,& condemnabunt, vel absoluent eos secundum iustitiam, & eorum bonam conscientiam,subdens ibi Mier.num.26.quod iudicare secūdum iustitiā intelligitur iuxta merita actorum, & secundum constitutionem,quia isti Visitatores non sunt Principes,qui iudicare possint secundum conscientiam,& quod verbum istud conscientia,interpretatur, quod sit discretio,dicendi, vel non faciendi,aliquid secundum iuditium rationis ad text.in cap. quoniā de rescrip. & capit.literas de restitut.spoliat.

74 Hinc etiam dicti Iudices tabulæ obnoxij sunt in Cathalonia præstare sacramentum, & homagium de inquirendo contra Notarios recipientes, & exigentes salaria vltra taxam vt sic legitur in const.8.tit.de Salaris pag.294.

75 Debent etiam Visitatores bonæ intentionis

in l.3.§.defendi in fine,ff.ex quib.cau. in poss.eatur.& in l.si postulauerit in princip. ff. de adul. quod & ratione naturali suadetur, nam per visitationem,aut comperietur administratores versatos ex fide bona:& iniquum videretur expēsarum dispendiū Rem publicam,seuCiuitatem sine causa sustinere. Aut arguentur administratores in fide mala,& tunc iniquum videretur,ipsamCiuitatē,seu Rempublicam grauari dispendio expensarum, ex delicto administratorum,cum pœna suos auctores tenere debeat,l.Sancimus,C.de pœnis.præcipue cum alteri peralterum. iniqua conditio afferri non debeat,regul.non debet, ff. de reg.iur. & in terminis administratoris,quod eius delictum domino non noceat,tradit Paul.de Castr.in consil. 423. incip. quia nescio col. 5. libr.1. quem ad huuc propositum refert, & sequitur Crau. d.consil.238.num. 15.

82 Quare vt pareatur expensis,& sumptibus magnibus,qui in istis visitationibus expendi solent per Ciuitates,& Regna,ac etiam euitentur altercationes,& contentiones iurisdictionum, quæ in dies hinc inde oriuntur, & suscitantur inter Visitatores, & Prore-

83 ges contendentes se aequalem,& supremam iurisdictionem habere cumPro regibus æquum videretur, quod visitatio ipsis Proregibus committeretur,qui sunt bene informati, & cognoscunt qualitates,& partes officialiū, & subditorum. quibus si totum Regnum gubernandum,& custodiendum committitur,& cōfiditur,quanto magis visitatio suorum ministrorum, cuius Proregis potissimum interest habere ministros vitæ innocentia conspicuos,puritate integros,ac literarum genere prædictos cōmittendā est.Pro vt per prædicta ita cēsuit Ioan. Fran. de Pont.in tracta. de potest. Proreg. tit.3.de electione officialium §.7.nu. 1.vbi subdit,quod vetus visitator, & qui indagare veritatē potest,est Pro- Rex Regni idem tenet Auiles in cap. 6.præt.glo. Visite.Cogitent super his prudentes Regij Consiliarij, & qui à Regis latere sunt, quænam facere congruat.

84 Super illa vulgari quæstione de qua tractant Doctores quando scilicet Officialis presumatur ex officio ditatus,vel non vide d. Fran. de Pont. d.tit.3.§.7. nu.2.vsq.12.vbi dicit,quod optimi, & religiosi Visitatores præcipuum,quod perquirere debent super omnia,& in hoc vacare,quod ipsis facillimum esset:videlicet scire, quid habebat in bonis minister, dum fuit ad officium assumptus,quomodo vixit, cum quibus expensis,& demum, quæ sunt bona, que tempore visitationis habet:ex quibus indubitatum iudiciū faciet bonitatis,& rectitudinis, & religionis Ministri,& non attendere vanas populi voces tot malignorum, & peruersorum intentiones.

85 Sed nunquid Visitatores recipere, & exigere possint, partem pœnarum pecuniarum, in quibus Officiales in visita per eos condempnati fuerunt. Hanc quæstionem cum distinctione resoluit. Bouadill.lib.5.cap.1. nu. 243. sub litera D.vbi iura,& Doctores allegat ad quem recurre.

86 Denique non erubescam,pro complemento huius capituli animaduertere,ipsos visitatores,rogantes, & deprecantes eos,quatenus iuridice, rite, & recte in visita procedant, & iuste causas officialium visitandorum iudicen, nam vbi iniuste dolo malo iudicauerint per superiorē puniri possent, & processus per eosdē tali casu reuideri deberent ex tex.in capit. ea,quæ §. sequentes de statu. Monachor. l. Tutor.§. final ff.de fideiussorib. Ideo in multis locis syndicatores resyndicātur,dicit Amod.Iusti. de syndic. verbo

11 *Præsides Prouinciarum dum Prouinciam ingrediunt, litteras potestatis in locis publicis, & consuetis publicare consueuerunt.*

12 *Forma banni mandato Visitatoris promulgādi quid cōtinere debet.*

13 *Bannū Visitatoris voce praeconia publicari debet, per Ciuitatē et Villas illi adiecētes, illudque in scriptis fieri, & poni in valuis audiētiæ, vt liget omnes. n. 21.*

14 *Forma notæ promulgationis banni, & qua de causa fit huiusmodi banni annotatio. num. 15.*

16 *Terminus banni currit de momento ad momentum, & in eo currunt dies feriati, & explicatur qualis sit terminus iste tam de iure ciuili, quam municipali.*

17 *Officialis euaditur à syndicatu si querelæ non fuerunt datæ in tempore banni.*

1 *Veniens post tempus datum per bannum ad accusandum non auditur, quod intellige, vt num. 19. & limita. vt nu. 20.*

21 *Officiales syndicandi banno publicato tenentur comparere in Cathalonia coram iudicibus tabulæ ad effectum firmandi instrumentū assecurationis tabulæ cuius effectus est promittere de stādo iuri, iudicatū soluere, & sine licētia petita, & obtenta nō recedere a loco vbi tabula tenetur.*

22 *Forma instrumenti assecurationis tabulæ refertur.*

23 *Locūtenentes Vicarij Regijs Cathalonia tenētur assecurare tabulā.*

24 *Practica, quæ obseruatur per Iudices tabulæ contra Officialem contumacem.*

25 *Officiales libenter comparentes in syndicatu consensum suorum fideiussorum obtinere debent, & absq. eo non possunt recedere ab ipso syndicatu.*

26 *Practica, quæ seruatur in Cathalonia apud Iudices tabulæ quādo Officiales syndicandi, non habēt licētiam recedendi a suis fideiussoribus traditur, sub forma promissionis, seu cautionis, quæ refertur sub num. 27.*

28 *Visitator contra Officialem à syndicatu fugientem procedere potest ex non scripto, sine libello, & etiam sine scripta sententia contra ipsum profertur.*

29 *Officialis fugiēs à syndicatu habetur pro cōfesso et talis fuga operatur vt furtū, et barataria probetur, contra ipsum per iuramentum querelantis.*

30 *Iudices tabulæ cōtra fideiussores officialium à syndicatu fugiētiū procedere possunt cum pænis pecuniarijs, non autē corporalibus.*

31 *Fideiussores officialium ad omnia iudicata per Iudices tabulæ contra Officiales tenentur, præter pænam corporalem.*

32 *Fideiussor liberatur reum præsentando si effectiue non fuerit soluta pæna in fideiussione contenta.*

33 Visitatores dupliciter procedere possunt in visita contra Officiales visitandos, per modum scilicet inquisitionis generalis, & specialis, & quando dicatur procedere per inquisitionem generalem, et quando per specialem declaratur ibidem.

34 Inquisitio Generalis licet prohibita sit de iure communi, et municipali, tamē contra Officiales visitandos est licita et permissa nu. 35. et 36.

37 Accusationes, et querelæ contra Magistratus, et Iudices in visita proponuntur ad partium instantiam, quibus proprie competit ius accusandi ciuiliter, vel criminaliter.

38 In querelarum præsentatione, quid sit attendendum, quidue continere debeant, vt rite, et recte proposita censeantur.

39 Magistratus, & Iudices non debent in syndicatu vexari, nec calumniari contra honorem, & dignitatem suam, & tunc calumniari dicuntur quando friuolis, ineptijs, & calumniosis querelis frustrantur.

40 Querelæ offerri debent decenter, modeste, & vrbane, aliter Visitatores debent illas lacerari, seu repellere, vel reformari facere.

41 Querelæ præsentari debent infra terminum banni, alias lapso termino præsentari non possunt cum præscripta sit omnis actio accusandi, & querelandi.

42 Querelæ ex pluribus causis, quæ remissiue referuntur fieri possunt.

43 Formæ querelarum referantur, & annotantur, tam ad instatiam fisci, quam partis, numer. 44. 45. 46. & 47.

48 Iniuria priuata duplicem accusationem producit, ciuilem scilicet, & crimilalem.

49 Accusatio criminalis tendit ad vindictam, ciuilis vero ad pœnam pecuniariam parti applicandam in quo offensus æstimat iniuriā illatam sibi.

50 Iniuriarum æstimatio facienda est secundum tempus factæ iniuriæ, & eam exprimere ad quātitatem certam, ad quam soluendam iniuriatus petere debet, iniuriantem condemnari debere.

51 Iniuriarū æstimatio si fuerit excessiua Visitator debet illam taxare, & moderari.

52 Iniuriarum æstimatio debet fieri cum iuramento partis iniuriatæ, quod et de iure municipali Cathaloniæ procedit numero 53.

54 Iniurias plures vnica æstimatione, vel singulariter æstimari possunt.

55 Querelæ continere debent clausula animo iniuriandi, et reuocans iniuriam in animum suum, quia mens, et animus distingunt maleficia.

57 *Iniuriato, & offenso, licet in eodem querela agere criminaliter, & ciuiliter, dummudo actionem ciuilem intentet incidenter implorando officium iudicis pro interesse, & damnis, quod maxime procedit, & speciale est in casibus visitæ num. 57.*

58 *Lex. 1. C. quando actio Ciuilis & Criminalis præiudi. declaratur, vt non obstet in casu proposito.*

59 *Iniuriatus in visita contra Officiales visitandos tripliciter agere potest criminaliter tantum, vel ciuiliter, vel criminaliter, & ciuiliter simul, & quocunque modo petere poterit damna, expensas interesse, & omne lucrum, quod lucrari posset, si talis iniuria non fuisset sibi illata.*

60 *Accusatores, & querelantes non debent admitti per Visitatores ad probandum querelas contra Officiales visitandos oblatas, quin prius caueant de soluendo expensas in casu succūbentiæ, & ita practicari vidi in Cathalonia apud Iudices tabulæ tantum.*

61 *Forma cautionis præstitæ per querelantem contra Officialem visitandum.*

62 *Ordo procedendi in visita concluditur, & quæ tractanda veniunt referuntur num. 63.*

CVM in hoc visitationis iudicio, de honore, fama & existimatione Magistratuū, Iudicum, & officialium agatur, quibus rebus nihil est orbe terrarum prætiosius. Opportet ideo, quod Visitatores in eo summa cura, & diligenti solicitudine procedant: & propterea postquam peruenerint ad ciuitatem, vel locum vbi visitare
1 tenentur, prius congregare facere debent consilium illius ciuitatis, vel loci, quo simul congregato literas Regias suæ commissionis osten
2 dere, & offerre debent: quia ante commissionis præsentationem nullam habent Visitatores iurisdictionem secundum glo. & DD. in cap. cum iure peritus de officio delegat. & in cap. vt debitus de appellatio. Felin. in cap. cæterum de rescrip. Gabriel. in titulo de excep. rei iudicat. concl. 3. amplia. 2. Mastril. de Magistra. lib. 5. capit. 6. num. 107. vbi ex multis, quos allegat probat, quod Magistratus ante præsentationem suæ commissionis, non potest exercere iurisdictionem, idem lib. 6. cap. 4. num. 1. 2. 3. & 4. tradit formam præsentationis dictarum literarum, qua forma non seruata, vbi Visitatores aliter procederent: impune eis resisti poterit, secūdum Angel. & Petr. de Zusa. in l. cum furiosus, ff. de iud. per l. indultam, C. de iure fisci libro decimo Rota decisione 357. circa tertium dubium in nouis. Ideoque vt iurisdictionē adquirant, & ab omnibus, vti tales Visitatores recognoscantur necessarium est, quod dicta commissio Regia præsentetur ad text. in l. vnica C. de mand. Princip. Mennoch. de arbitrarijs libro 1. quæst. 76. & de illius præsentatione conficiatur instrumentum

Præterea facta tribunali erectione creantur omnes Officiales visitæ videlicet, Assessor, Aduocatus Fiscalis, Procurator Fiscalis, Notarius, & Porterius, & de vnius cuiusque creatione separatim Visitatoris mandato confici debet instrumentum, sub forma sequenti quid vniuscuiusque formam ostendet.

FORMA CREANDI OFFICIALES PRO visita facienda.

9 *Magnificus dominus N. I.V.D. Visitator Regius pro visitandis Regijs officialibus Principatus Cathaloniæ pro S.C. et Regia Mageſtate &c. confidens ad plenum de fide, virtute, sufficientia, & legalitate N. I.V.D. & N. notarius &c. præsentis Ciuitatis Barcinonæ eundem præfatum N. creauit fecit, & solemniter ordinauit, & ordinat Aduocatum Fiscalem, fisci Procuratorem, seu Notariũ, seu Porteriũ officio ipsius dñi Visitatoris, cõtra & aduersus omnes, & singulos Officiales visitandos, & accusandos prædictæ Ciuitatis, & Principatus, & eosque prosequendum secundum Deum, & iustitiam cum honoribus, iuribus, lucris, & emolumentis, authoritatibus, & potestatibus dans & concedens omnimodam authoritatem, & potestatem cum suis dependentibus, emergentibus, incidentibus, & connexis, tã virtute prædictarũ suarum Regiarum literarum, quàm etiam omni meliori modo. Actum Barcinonæ die t. & anno t. præsentibus testibus N. & N.*

10 EST tamen aduertendum, quod in Cathalonia licet. Visitatores seu Iudices tabulæ valeant, & possint creare Notarium iux. constit. 7. versic. ibi: *Elegescan vn Notari*, titul. de offici. Iudic. tabulæ veruntamen talis Notarius debet esse habitator Ciuitatis, Villæ, vel loci, vbi tabula tenetur, & antequam vtatur suo officio iurare debet in posse ipsorum Iudicum, quod ipsam Scribaniam non emerit, nec pro alio exerceat, nec responsum pro ea alteri facit, quam personaliter excercere debet sub decreto nullitatis electionis, & priuationis officiorum dictorum Iudicum iuxt. consti. 21. incip. lo Escriua dict. titul. pagina 129. & ibi Mier. part. 2. folio 30. capitul. vigesimo secundo colla. 10. & capit. 19. collat. 4. folio 100. vbi circa prædicta refert illud vulgate dictum, *Lege canetur, sed consuetudine non habetur*, adnot. in l. rem non nouam, C. de Iudicijs.

Præsentatis itaque literijs commissionis Regiæ, & Tribunalis erectione sequuta, tenentur Visitatores Bannum, seu præconium promulgari facere, exemplo Prouincia-
11 rum Præsidum, & Rectorum, qui tempore, quo Prouincias ingrediuntur, & Magistratus subeunt, literas potestatis eorum in locis publicis, & consuetis publicare consueuerunt. Specul. in titul. de leg. §. super est

versic.& propter hoc Ioan. Andr. in .§.fin.col 7.in verbo liquet,cod.titut. Bart.in l.probatio,C.de diuerso.official. libr. 12.l. prohibitum,C.de iure fisci,Vant. in suo tractat.de nullit. in
12 titu. ex defectu iurisdi.num. 19. quod bannum seu præconiũ in effectu continebit,quod si aliquis voluerit accusare vel ciuilem, seu criminalem querelam proponere aduersus Magistratus,Vicarios,Subuicarios,Bajulos,Subbajulos, Assessores,& Iudices, Tabelliones, seu scribas curiarum,Ædiles, Consules Logiæ Maris, reliquosque Reipublicæ Officiales, syndicari seu visitari solitos,compareat intra triginta dies coram dictis Visitatoribus, seu iudicicibus tabulæ, & illorũ Notario,eiq.iustitiæ complementum ministrabitur,alioquin prædicto termi-
13 no elapso, non audietur. Quæ banna taliter fieri debent,vt omnibus in notitiã eueniant,quia vox præconis paucis innotescit,l.penult.ff. de in integrum restitu. & ideo vt omnes ligẽt, etiam surdos vt in l. 1.§.1.ff.de postul. fieri debent per totam Ciuitatem, & Villas illi adjecentes secundũ Bal.in cap.1.de milite versic. Qui contumax est, & in auth.qui semel. C.quomod. & quando Iudex.Put. de syndic. verbo.deinde vero eliguntur,fol.29. vbi quoq. dicit,quod tale præconium debet fieri in scriptis,& poni in valuis Audientiæ coram testibus,vel per instrumentum publicum vel edictum, quia edictum est tantæ authoritatis, quod ignorantia priuatorum non patrocinatur, & affixio talis banni debet esse de originali scriptura ipsius banni sigillatus,hoc est firmata per Visitatorem,& ibi,perfistere durante termino banni,vt late probat Auiles in ca. 2.iudicum syndicatus, glos. Pregonar num.1.2.& seq.vbi plura de banno, & illius effectu dicit. Quod quidẽ bannum vt ab omnibus intelligatur vulgari sermone componitur, & emittitur,& cum illud prolixum sit, & per notarium visitæ registretur in principio libri,quem conficit,pro annotãdis omnibus actis,quæ in visita fiunt, & apud ipsum semper reperiri poterit,ideo superfluum duxi,illius thenorem hic incerere.

Quo præconio,seu banno promulgato debet per Notarium visitæ fieri notam illius promulgationis factæ per loca solita,per quem,& qua hora promulgatum fuisse constiterit in calce ipsius præconij formæ seq.

14 *EMissum, & promulgatum fuit supradictum præconiũ siue bãnum in Ciuitate N. per N. preconẽ, seu curritorem, seu nuntium dictæ Ciuitatis, seu terræ per loca solita die N. & in hora N. dicti diei.*

15 Fit horæ annotatio, qua præconiũ seu bannũ est promulgatũ,quia terminus iste currit de momẽto ad momẽtũ, & in eo currũt dies feriati propter instantiæ breuitatẽ, qui de iure com-
16 muni est, quinquaginta dierum vt in d.l.vnica.C.vt omnes Iud.tam Ciuil.quam Milit.& de iure municipali respectu officialium triennalium ad proponendum querelas est triginta dierum iuxt.const.19.titul.de iudi. tabul.not. Mier. part.2.capit. 9.numero 39.coll.6. folio mihi 25.Put. de Syndic. verbo. ferię. Amod. in eod. tracta.numero 182.Bellug.in suo Speculo. rubric.35.§. post Militares, numero 12.Et respectu aliorum Magistratuum, & officialium Regiorum, qui non purgant tabulam est quadraginta dierum, vt habetur in cap. curiæ 5.curiarum anni 1599. In Deputatis, & Auditoribus computorum, nec non alijs officialibus generalitatis dicti Principatus durat instantia ad proponendum dictas querelas tres

tres menses iux.cap.curiæ 1. dictarum
curiarum 1599. nouæ reformationis,
17 quibus terminis respectiue elapsis si
non fuerint præsentatæ querelæ ad-
uersus prædictos Officiales, querelan-
tes amplius audiendi non sunt, secun-
dum Put. de Syndicat. in verbo Offi-
cialis finito officio. Auiles in cap.3.iu-
18 dicum Syndicatus num. 11. Amodc.
de syndicat. num.182. & sequent. Bo-
uad.lib.5.cap.1. num.174. Cancer plu
res referens part. 3. cap. 12. num. 12.
vsq. 18. & apud nos extat in proposi-
to const.19.in versic. ibi: *Los quals
passats cascuna de les parts nō sia
ohida*, tit.de offic.iud. tab. per quam
constitutionem constat non posse ad
vlteriora in causa procedere; etenim
vbi denegatur audientia procedendo
ad vlteriora processus est null⁹. Vātia.
tit.ex defect.iurisd. num.51. & sequent.
19 Flamini.Charta. decis.85. quod intel-
ligitur parte opponente, & contradi-
cente Bart.in l.absentem ff. de penul.
Olib.de actio.par.1.lib.3.cap.4. Mier.
supra d. const. nu.63. & hinc dicitur,
quod veniens post tempus datum per
publicum proclama emissum de man
dato Visitatoris non auditur contra
Officialem, Boss. in titul. de Officiali
corrupt.num.32.post Bald. in l.obser-
uare.§.proficisci ff. de offic. proconf.
Mar.Socin.in tractat.citat. in articul.
37.in 3. effectu peremptorij. Ita quod
etiam in propria patria amplius con-
ueniri non poterit, etiam non secuta
absolutione secundum præcitatos, &
Alex.in l. 2. ff.ad l.Iul.repet. & Boss.
ibi qui testatur esse communem opi-
nionem, siue secuta, siue non secuta
fuerit absolutio. Quod tamen limitari
20 videtur, nisi per absentiam vel aliam
legitimam causam fuerit impeditus,
vt per Ioseph. Cumian. de syndicat.
cap.2.num.6. ac etiam vbi præconiū
non fuisset factum, nec publicatum
nam tunc perpetuo possunt Officia-
les conueniri in patria, & proprio fo-
ro docet Bart.in l.datur num.6.ff. ad
l.Iul.repetu.sequitur Perez.in l.6. tit.
16.lib.2. ordinamenti glos.2.Bouadil.
lib.5.cap.1. num.258. & cap.3.numer.
134. vbi alias refert limitationes, Vi-
de super his Crauit. ritu.295. num. 3.
cum ampli.& limit.
21 Postmodum publicato præconio,
seu banno, quod publicari debet tam
in Ciuitate, Villa, vel loco, vbi Visita
tor, seu Iudices tabulæ resident, quam
per totam Prouinciam, seu Viccariā,
tenentur Viccarij, Subuicarij, Baiuli,
Subbaiuli, & illorum loca tenentes,
Iudices, Assessores, Notarij, Scribæ cu
riarum, Carcerarij, & alij Officiales
triennij præcedentis obnoxij, & astri-
cti, ad tenendum tabulam comparere
coram dictis Iudicibus tabulæ, & illo-
rum Notario ad effectum firmandi
instrumentum assecurationis tabulæ,
cuius virtus, & affectus est promittere
de stando iuri, & iudicatū soluere, &
non recedere à Ciuitate Villa seu lo-
co vbi tabula tenetur pendente vi-
sitationis iuditio, sine licentia ipso-
rum Iudicum tabulæ seu Visitatorum
petita, & obtenta, pro sic de iure te-
nentur, vt habetur in authent. Vt iu-
dices sinequoq. suffragio per tot. d. l.
1. C.vt omnes iud. tam ciuil: quam
milit.& probatur de iure speciali Ca-
thaloniæ per const. 18. incip.Orde-
nam, tit. de offic.iud. tabul. vbi habe-
tur Officialem non posse recedere à
loco officij, finito officio, nisi lapsis
quinquaginta diebus, quæ quidem ta-
bulæ assecuratio, sola simplici pro-
missione fit coram dictis Iudicibus
tabulæ, & illorum Notario, eo quia
Officiales prædicti illam iam bene as-
securauerint in introhitu officij, cum
idoneis fideiussoribus ad cognitionē
Consulum seu Procerum Vniuersita-
tum, ivx.const.3. incip.Primerament
tit. de offic.iud.tabul.& ibi not.Mier.
part. 1. capit. 2. numer. 1. coll. 4.
fol.

fol. mihi 54. & dicta comparitio, & promissio annotatur per Notarium dictæ tabulæ in libro visitæ sub forma sequenti.

FORMA.

22 *DIE 20. Septembris 1624. coram dictis Magnificis Iudicibus tabulæ Inquisitoribus comparuit Nobilis N. qui triennio proxime elapso fuit Viccarius Regius Ciuitatis, & Viccariæ Barcinonæ, & promisit tenere tabulam omnibus de se querelantibus iuxta constitutionis Cathaloniæ, & stare iuri, & iudicatum soluire, ac etiam non recedere à dicta Ciuitate, vbi tabula de præsenti tenetur sine licentia suorum fideiussorum, quos pro assecuratione tabulæ in introhitu sui officij dedit, & pro his complendis obligauit omnia bona sua cum omnibus obligationibus, renũtiationibus, & submissionibus in similibus instrumentis apponi solitis, pro quibus præstitit sacramentum, & homagium, ore & manibus commendatum in manu, & posse N. Regij Portarij, & dictæ visitæ præsentibus testibus. N. & N.*

23 Illud autem circa istam assecurationis tabulæ materiam animaduertendum censui, quod tanquam singulare refert Ioan. Petr. Fontanel. in tractat. de pact. nuptialibus, clausula. 4. glos. 10. part. 2. num. 93. quod iurati, qui in Cathalonia in absentia Regij Viccarij deferunt baculum iurisdictionale tenentur, & obnoxij, sunt præstare cautionem, & assecurare tabulam, & alia facere, quæ reliqui Officiales per constitutiones Cathaloniæ facere tenentur, referens ita in terminis pronuntiatum fuisse in Regia Audientia per Nobilem don Saluatorẽ Fontanet, tunc illius Regium Consiliarium, & nunc in supremo Aragonum consilio Regentem meritissimũ, cuius ego egregias, ac singulares animi dotes venerandas duxi, cum me semper per humaniter fouerit.

24 Quandoq; euenit, quod dicti Viccarij, & alij Regij Officiales recusant comparere intra terminũ contentum in præconio seu banno quo, in casu dicti Iudices tabulæ antequam primus mensis offensionis expiret, debent eis mittere mandatum penale ad affectũ vt accedant ad faciendum dictam cõparitionem, & vbi dicto mandato non paruerint, nec aliquam causam iustã, & rationabilẽ proponerent illos exequi poterunt pro pena in dicto mandato apposita, & persistendo in contumacia non comparendi procedere possunt, in grauioribus pœnis, arbitrio ipsorum Iudicum tabulæ imponendis, & in illorum exequutio, ne do nech cum effectu pareant, & obediãt, & ita ipse practicaui, & seruari vidi in practica in hac Ciuitate Barcinone respectu tantum Iudicum Tabulæ, & non aliorum Visitatorum, qui nullatenus seruant ordinem prædictum, sed alium vt inferius demonstrabitur.

25 Cæterum quando Officiales, libẽter comparent, & cupiunt recedere à Ciuitate, vbi tabula tenetur, tali casu ab ea recedere non possunt nisi prius petita, & obtenta licentia, quam obtinere debent à dictis Iudicibus tabulæ accedente etiam licentia, & concensu fideiussorũ per eos in introhitu officij datorum, idq. ex eo fit quia supradicta constit. 18. tit. de offic. iud. tabulæ circa

ca

ca licentiam prædictam obtinendam disposuit, quod dicti Officiales illam expressam debent consequi,& habere à suis fideiussoribus in introitu officij datis, quia aliter, vbi sine illorum expressa licentia recederent vtiq. ipsi fideiussores, de iure possent pro suo interesse dictum Officialem ante visitationem seu syndicatum recedentem capere,& seu capi facere, & etiam facere eum puniri argum. text. in §. si quis autem versic. necessitatem, in authent. vt iud. sine quoquo suffrag. not. Ias. in l. 1. cum 3. sequent. C. vt omnes iud. tam ciuil. quam milit. Paris. de Put. in tractat. de syndica. versic. An si Officialis aufugit, num. 1. cum sequen. Callci. in Margarita fisci in 7. dub. tit. casus in quib. propria authoritate potest quis sibi ius dicere. casu. 54. Qua
26 de causa seruatur in practica in hoc Principatu, quod dicti Officiales post comparitionem per eos factam obtineant à dictis Iudicibus tabulæ prædictam licentiam recedendi quam eis concedi solent, vbi non habent consensum suorum fideiussorum, nec reperitur aliquod impedimentum, cur concedenda non sit, sub forma sequenti.

FORMA LICENTIAE RECEDENDI A Tabula Officialibus concessa.

27 *DIE. 20. Septembris 1624. Magnifici domini Iudices, & Inquisitores concesserunt licentiam N. qui triennio proxime elapso fuit Baiulus Villæ Granulariorum, quatenus durante tempore dictæ tabulæ possit recedere à præsenti Ciuitate Barcinone, & quia non habet consensum fideiussorum per ipsum in introitu sui officij datorum sub pœna quinquaginta librarum conuenit, & promisit, quod infra quindecim dies proxime venturos, & à die præsenti in antea computandos, reportabit consensum fideiussorum. Et pro his complendis, &c. obligauit bona &c. & præstitit sacramentum, & Homagium, ore, et manibus commendatum in manu, et posse N. Regij Portarij, et Nuntij negotiorum dictæ tabulæ præsentibus testibus N. et N.*

Firmato itaq. dicto instrumento licentiæ Officialis liberè tunc recedit a Ciuitate, vel Villa, in qua tabula tenetur dummodo infra quindecim dies reportet cum alio instrumento consensum suorum fideiussorum, vt promisit, quod post modum traditur, & liberatur notario dictæ tabulæ, per quem in libro, seu regestro negotiorũ dictæ tabulæ fit annotatio dicti instru menti, aliter autem Officiales recedẽtes, à tabula, & licentiam ab ea recedendi à suis fideiussoribus non reportantes, vtiq. exequi potuerint pro pœna in supra dicto instrumento contenta, cum iuxta dictam constitutionem 18. dicto titul. de offic. iud. tab. absque licentia expressa dictarum fideiussorum recedere non possint, nec valeant.

28 Et quia contingit aliquando, quod Officialis ne dum non comparet coram Visitatoribus seu Iudicibus tabulæ imo ab eis, & a visitatione subeunda aufugit, quæritur quomodo erit ad uersus illum procedendum, & dicendum est, quod tali casu proceditur ex non scripto sine libello, & etiam sine scrip-

fcriptura, fententia contra ipfum pro fertur, vt in authent. vt iud. fine quoquo fuffrag. §. necefsitatem fecundum Angel. ibi refert, fequitur Puteus in tractat. de fyndicat. in verbo, an contra Officialem, num. 7. & verfic. non obftat. num. 8. fol. 195. vbi rationem
29 afsignat dicens, quia Officialis fugiens à fyndicatu habetur pro confeffo l. Confiliarios C. de Affeffo. & talis fuga operatur, vt futnm, & barataria probetur contra ipfum per folum iuramentum §. oportet in d. authentic. vt iud. fine quoquo fuffrag. adeo quod virtute talis iuramenti in litem, per querelãtes contra ipfum præftiti, erit fufficiens ad eum condemnandum §. fuper hoc fancimus in Nouell. de colla. & ibi not. Angel. & DD. & Luca de Pen. in l. ordinariorum col. 2. C. de cohart. lib. 12. Parif. de Put. in tractat. de fyndicatu. in verbo Probatio in fyndicatu, num. 1. & 2. Capy. decif. 121. num. 21. Plot. in tractat. de in litem iuran. § 30. num. 2. Clar. in pract. crimin. quæft. 21. num. 9. Mafcard. de probatio. conclus. 471. num. 8. vol. 1. & Fran. de Auiles in cap. prætor. cap. 1. in glof. Dadiuas, num. 22. cum feq. vbi vtiliter declarat, & limitat.
30 Poterit etiam procedere contra dictum Officialẽ à vifitatione, feu fyndicatu fugientem procedẽdo, nec aduerfus illius fideiuffores, eis iniungendo quod infra dilationem, Ipfius Vifitatoris arbitrio ftatuendam, teneantur dictum Officialem præfentare, & fi intra terminum præfixum nõ præfentauerint, tunc feruatis feruandis, & fequuta, dicti Officialis condemnatione vbi pæna pecuniaria fuerit, dictos fideiuffores exequi ad not. per noftrum Mier. in cap. 7. de tabula num. 58. part. 1. coll. 4. fol. mihi. 84. & in cap. 9. num. 23. coll. 4. fol. mihi. 82.
31 Vbi ait fideiuffores Officialium teneri ad omnia iudicata per Iudices tabulæ contra Officiales, præter pænam corporalem ad quam fideiuffores non tenentur, l. fideiuffores magiftratum, ff. de fideiuffo. l. 1. C. de periculo eorum qui pro Magiftrat. lib. 11. & idẽ Mier. in d. cap. 7. de tabula num. 15. 16. 58. & 84. fubdit dictos fideiuffores non teneri de maleficijs per Officiales commifsis d. l. 1. & d. l. fideiuffores magiftratum, ita vt ipfi Officiales in perfona puniantur pro Officiali, fed bene vt teneantur pro pæna pecuniaria, vt ibi per eum eft latius videre.
32 Cæterum fi fideiuffor præfentauerit Officialem, licet poft terminũ ipfi fideiuffori afsignatum ad illum præfentandum: fi tamen effectiue non fuerit foluta pæna, fideiuffor liberatur etiam fi effet foluendo, fecundũ Bar. & Bald. in l. qui crimen quæft. 11. C. qui accufar. non poff. & etiam fi in fideiufsione iuramentum interuenisfet, vt not. idem Bar. in l. infula col. 4. ff. de verbo. oblig. latè Bellug. in Specul. Princip. rubr. 35. §. poft militares num. 44. & ibi Borrell. in verbo, fuga Officialis, & hæc dicta fufficiant quo ad comparitionem Officialium vifitandorum.
33 Deinde facta ipforum Officialium comparitione, & tabula affecurata incipitur procedere in vifitatione, in qua duplici modo proceditur, primo fcilicet per modum Inquifitionis Generalis, quæ dicitur, quando ex mero officio, & non ad inftantiã partis procedit Vifitator inueftigãdo delicta, & delinquentes, quia vbi ex hac Inquifitione Generali reperiuntur Officiales in aliquo culpabiles proceditur, tunc aduerfus ipfos per Inquifitionem fpecialem fecundum Inno. in c. bonæ de electio. & Bar. in l. 2. §. fi publico ff. de adul. de qua Generali Inquifitione loquitur tex. in c. ficut olim. de acufatio. & in l. congruit, ff. de offi. præfi. c. 1. de offi. ord. & in c. Romana de cẽfib. in 6. Ioã. Mar. Mont. in praxi crimi. reg. 1. num.

34 num. 24. Quæ licet de iure communi sit prohibita nisi vbi infamia, præsumptio, vel aliquod indicium procedit. secundum Salicet. in l. ea quidem C. de accusatio. Feller. in praxi crimi. 1. p. tertiæ partis principalis, & in 3. part. num. 9. Bald. in l. obseruare. §. proficisci num. 9. ff. de offic. proconsul. quo iure etiam vtimur in Cathalonia, vbi Inquisitio Generalis est prohibita, vt not. don Ludouic. à Peguer. in pract. crimin. cap. 12. num. 3. Cancer. part. 3.
35 cap. 12. num. 97. & sequent. Nihilominus tamen est speciale, vt contra Magistratus, Iudices, & Officiales procedatur indistincte generaliter, & specialiter, nulla contra eos, & illorum familiam, & ministros fama præcedente, vt notant Paris. de Put. in tractat. de syndicat. verbo, proceditur autem in syndicatu, in fine fol. 11. Marant. de ord. iud. part. 6. nu. 28. Cancer d. cap. 12. num. 98. Clar. in pract. § fin. quæst. 6. num. 4. & quæst. 50. versic. scias etiã Farinac. quæst. 9. num. 6. Bouadil. lib. 5. cap. 1. num. 122. & lib. 3. cap. 15. num.
36 100. Vbi, quod Inquisitio Generalis solum in syndicatu fieri potest. Mastril. in tract. de magistratib. lib. 6. cap. 7. num. 11. noster Mier. part. 1. cap. 2. de tabula num. 10. coll. 4. fol. mihi. 71. & part. 2. cap. 9. num. 28. coll. 6. fol. mihi. 24. Et prædicta sine dubio procedunt, quando interuenit fisci denuntiatio, quo casu præcedente denuntiatione Officialis specialiter contra certam personam potest inquiri l. & quidem vbi Bald. & Salicet. C. de accusatio. Bar. in d. l. congruit, & in l. diuus, ff. de custo. reorum Marant. d. part. 6. num. 24.

37 Secundo modo proceditur quando publice ad instantiam partium de aliquibus criminibus accusatur Magistratus, & aduersus eum querelæ proponuntur, quæ quidem accusatio licita erit cuilibet de populo, cum delicta sint publica, & reipublicæ intersit ea puniri d. l. vnica ibi, omnibus pateat, C. vt omnes Iudic. tam ciuil. quã militi. l. iustissimos C. de offic. Rector. Prouinc. Ius enim accusandi in priuatis delictis propriè competit eidem parti cuius interest, pro exigenda vindicta, quam consequi poterit a Visitatore agẽdo ciuiliter, vel criminaliter, coram eo per viam querelæ, secundũ Bald. in l. imperium lectura 1. & ibi, Ias. num. 7. ff. de iurisdict. omn. iudic. Anton. Gomez. var. resol. cap. 1. num. 30. Bellug. in Specul. Princip. § post militates num. 6.

38 Vnde congruum erit videre, qualiter scilicet, & quo tempore, ex quibus causis, & sub qua forma querelæ ipsæ aduersus Iudices, & Officiales proponi debeant, quidue in illis attendendum, & considerandum sit, vt ritè ac rectè propositæ censeantur.

39 Quo ad primum dicimus, quod cũ Iudices, & Officiales in syndicatu nõ debeant calumniari, nec vexari contra honorem, & dignitatem suam, vt scripsit Paris. de Put. in tracta. de syndic. verbo, syndicatorum, fol. mihi. 25. quem sequitur Auil. in cap. 1. prætor. glos. Donation, num. 41. fol. mihi. 62. & tunc vexari, & calumniari dicẽtur, quando friuolis ineptis, & calumniosis petitionibus frustrarentur, vt not. Paris. & Auiles in dictis locis dicentes tales conuitiantes Officialibus in fine officij esse puniendos, ex eo inde sequitur, quod querelæ, quæ in iudicio visitationis per querelãtes offeruntur & præsentantur debent offerri decenter, modestè, & vrbanè aliter Visitatores debent illas repellere, & dentibus lacerare vel saltim illas reformari facere, vt ex multis probat in terminis Bouadil. lib. 3. cap. 2. nu. 46. & lib. 5. cap. 2. num. 26.

40 Quo ad secundum respectu temporis præsentationis querelarum dicimus, quod illæ præsentari debent omnino infra terminum à iure, & per

statuta

ſtatuta terrarum, nec non & in banno ſeu præconio præfixum, & in Cathalonia infra primum menſem, qui datur ad proponendum querelas contra Officiales triennales, vt in conſtit. 19. incip. Los Iutges. titul. de offici de Iutges de Taula, aliter autem lapſo termino amplius præſentari, nec offerri poſſunt cum præſcripta ſit omnis actio accuſandi, & querelãdi iux. tex. in l. querelam C. de falſis latè Bouad. d. lib. 5. cap. 1. num. 174. & cap. 2. num. 25. ſub litteris A. & B. & ipſe plures adduxi in cap. præcedenti ſub. n. 57.

42 Quo ad tertium, ex quibus ſcilicet cauſis, querelæ prædictæ dari poſſunt; ſimiliter reſpondemus, quod multæ ſunt cauſæ pro quibus querelæ aduerſus Iudices, & Officiales in hoc iuditio offerri poſſunt, quas longum eſſet omnes enumerare, ac ideo remittimus lectorem ad ea quæ ſcripſimus ſupra in cap. 3. num. 72. & 73. & ad tradita per eundem Bouadil. d. libr. 5. cap. 3. qui integrum capitulũ de querelis, & petitionibus in reſidentia offerendis compoſuit, quam ne tranſcribere videar ſola remiſsione contentus ſuccinte, ac remiſsiue referã, quod in d. cap. 3. à num. 7. vſq. 10. proponit. Quando querelæ pro iniuſta captura offerri poſsint, à nu. 12. vſq. 26. Quando pro iniuſta tortura, a num. 26. vſq. 52. Quando pro ſententijs, per ſordes, dolum, & imperitiam malè latis a n. 73. vſq. 94. Quando, & quid vbi à dictis ſententijs pars non appellauit, vel ſi appellauit appellationi renuntiauit, vel deſerta fuit, a num. 119. vſque 114. Quando pro compoſitionibus a num. 114. vſque 118. Quando pro ſententijs nullis, ac demum à num. 118. vſque 128. Quando pro raptu virginum, & venereis actibus libidinoſis cũ mulieribus ſubditis habitis, ſub colore, & authoritate officij, & tandẽ à n. 129. vſq. 132. quando pro conuicijs, & iniurijs verbalibus, & factis contumelioſis, ex quibus habes caſus in hac materia magis contingentes ſuper quibus querelæ ad partium inſtantiam in viſita cõtra Magiſtratus, & Iudices offeruntur, & offerri ſolent.

43 Quo verò ſpectat, ad formulas querelarum, quæ dantur contra Iudices, qui per imperitiam, per negligentiã, per ſordes, & dolum male iudicauerunt vide Alex. in addit. ad Bar. in l. fin. ff. de variar. & extraordin. cognitio. littera A. poſt med. verſ. forma libelli, Areti. in. §. 1. nu. 11. inſt. de obliga. quę ex quaſi delicto noſcunt. Angel. in l. ſi filius familias num. 6. ff. de iudicijs, & ibi etiam Iacob. de ſancto Georg. num. 24. Cathaldin. in tractat. de ſyndicat. num. 42. queſt. 71. Pariſ. de Pute. in eod. tractat. verbo, negligentia, cap. 1. num. 13. Anto. Rondinel. in ſimili tractat. num. 180. Auiles in cap. 1. Prætor. gloſ. Donation. num. 39. vbi ex Speculatore tit. de accuſatio. §. nunc formę, verſiculo ſecundò, num. 3. contra Iudicem, qui baratariã committit ſequentem formulã refert.

CORAM DOMINO POTESTATE. &c.

44 *COMPAREO omni modo, & meliori quo poſſum contra talem: & dico, quod cum ipſe in iſta Ciuitate Officium iudicis exerceret, tempore ſui officij, hoc anno, & menſe tali, in domo talis, in tali camera, regente tali, pecuniam accepit à Titio aduerſario meo, ob iudicandum, vel non iudicandum, ob interponendum decretum, vel non interponendum, & ipſe iudicauit, vel non iudicauit, per hoc enim coram vobis accuſo: Quare peto ex veſtro arbitrio*

arbitrio eum punire, & puniendum fore sententialiter declarari; Et hoc cum criminaliter agitur: si vero ciuiliter, sic concipe, iunge, quare peto ipsum in quadruplum condemnari. Hæc ille.

Ego vero ad fisci visitæ instantiam hanc preuentionis formulam pro eo coram Visitatore, & apud Notarium ipsius visitæ offerrem pro vt sequitur.

FORMA PRAEVENTIONIS Fisci visitæ.

45 *AD auditum fisci procuratoris præsentis visitæ fama publica referente, & aliàs nouiter peruenit quod N. N. N. Viccarij, Baiuli, et illorum Locatenentes, Assessores, Iudices, Notarij, et Scribæ curiarum, Algutzirij, Nuntij, Carcerarij, et alij Regij Officiales subditi, ac obnoxij ad præsentem visitam Deum non timentes, nec Regiam correctionem non dubitarunt, in regimine, et exercicio suorum officiorum plura, et diuersa crimina, baratarias, concussiones, et extorsiones dolo malo, et culpa lata committere, et perpetrare, et inter alia in casibus eis non licitis, nec permissis plures pecuniarum quantitates à subditis, et alijs personis extorquere tam per vim, quam sponte, pro iustitia administranda, & ea deneganda, & contra iustitiam pecunia intercedente aliqua iniusta in discursu causæ probanda facientes furtum, Barattariam, concussionem, & subornationem in his committentes. Ac insuper in dicto regimine pariter fuerunt admodum negligentes in administratione iustitiæ, scilicet in negligentia dissoluta, et dolo proxima, Nec non, & in custodiendo, & manutenendo iurisdictionem, & iura Regia, qui imo in damnum domini Regis, illiusque Regiæ iurisdictionis plures fraudes pro pecunijs, & alijs de causis commisserunt, non seruantes, nec custodientes constitutiones Generales Cathaloniæ, capitula curiarum, priuilegia, consuetudines, & libertates Vniuersitatibus, Ecclesijs, Ecclesiasticisq; personis, Militibus, Ciuibus, & alijs concessas, & concessa, pro vt custodire, et obseruare tenebatur, aliaque quam plurima, et delicta perpetrarunt, et commisserunt, super quibus, et alijs petit idem fisci procurator informationem recipi mandari, et dictos Officiales debitis pœnis puniri, et castigari, et iustitiam fieri, et administrari.*

46 Similis fere denunciatio generalis mutatis mutandis fieri poterit aduersus Regni Deputatos, & illorum Officiales, ac etiam contra Consiliarios, Iuratos, Clauarios, pecuniarum Receptores, Ædiles, Operarios, cæterosque Reipublicę Administratores, eos onerando, grauando, & inculpando de extorsionibus, occupationibus bonorum, pecuniarum, & rerum patrimonij, Vniuersitatum, Ciuitatum, & Communitatum, ac etiam de contrauentione, & transgressione priuilegiorũ, ordinationũ, capitulorũ curiarũ, &

E con-

consuetudinum illatum, deq; & alijs criminibus delictis,& culpis, in eorũ respectiue officijs commissis pro vt melius, & clarius de illorum singulis culpis,& excessibus inferius suis congruis capitibus agemus.

47 Et vbi querelæ proponi deberent aduersus, Magistratus, Iudices, aliosque ministros iustitiæ ad partium instantiam eo casu querelam sub forma sequenti conciperem.

ADMODVM ILLVSTRIS DOMINE Visitator.

LICET N. Regius Officialis tempore administrationis, & regiminis sui officij obnoxius, & astrictus esset, in illo procedere summa cum moderatione, rectitudine, & modestia, & nemini iniuriam facere, quinimo vnicuique iustitiam ministrare, causasque breuiter, & infra terminum à iure communi, & municipali præfixum terminare, & declarare, nihilominus tamen dictus N. non dubitabit dolosè, & animo iniuriandi graues, & atroces iniurias, & grauamina inferre contra N. eius subditum, contra quem in loco publico existenti, & coram multitudine gentium protulit in eum quamplurima verba contumeliosa, & conuicia, & postmodum illum absque Iudicis prouisione capit, & capturauit, captumque per terram raptum ignominiosè ad carceres duxit, & in foueris subterraneis, & nimis duris mancipauit, & in illis per multum temporis spatium sine culpa detinuit, semperque renuit illum ad manuleutam tradere, & à dictis carceribus liberare: Quinimo nullis extantibus legitimis indicijs illum acriter torsit, & in tortura adeo mirum immodum excedit; quod brachium sinistrum fregit, & rupit, ex qua fractione in terram quasi mortuus cecidit, & licet in tortura vincerit, & ex consequenti à carceribus liberandus esset; nihilominus in eisdem illum detinuit vsque quò in eum sententiam iniquam, & iniustam dolosè, & pecunia intercedente protulit, a qua volens appellare ad debitum superiorem, appellationem admittere prohibuit, & denegauit. Quare, & aliàs dictus N. sentiens se de prædictis excessibus, oppressionibus, & grauaminibus summè grauatus, & iniuriatus, & reuocans in animum suum dictas iniurias, offerensq; cauere iuxta stylum, supplicat vestræ Dominationi quatenus dignetur recepta informatione de prædictis dictum N. Regium Officialem capi, et carceribus mancipari, illumq. debitis pænis puniri, et castigari, et incidenter ratione dictarũ iniuriarũ, et grauaminum, quas æstimat in quantitate mille ducatorum aurei, et damna in quingentum salua iudiciali taxatione, et moderatione, quas quantitates medio iuramento affirmat se potius maluisse de bonis suis dimittere, & perdere, quam tales, tantasque graues, et atroces iniurias sustinere, et pati

pati supplicās implorādo prius officiū nobile vestræ Dominationis, quatenus dignetur, eundē N. ad dictam quantitatē soluendam compelli, cogi, et condemnari una cum omnibus expensis hac de causa factis, et faciendis, et in omnibus, et singulis omni meliori modo sibi iustitiam fieri, et administrari officio, &c. quæ licet, &c.

Altissimus, &c.

N.

48 Hæc querela iustificatur, ex eo quia ex quocunque crimine, & iniuria priuata duplex oritur accusatio criminalis, & ciuilis, vt probatur in l. prætor edixit. §. posse, ff. de iniur. &
49 in §. summa eod. titul. Criminalis enim tendit ad vindictam, quando scilicet iniuriam passus accusat delinquentem ad pœnam criminalem, ciuilis vero tendit ad pœnam pecuniariam parti applicandam, in qua offensus æstimat offensam, & iniuriam illatam sibi ex text. in l. qui nomine, ff. ad l. Cornel. de fals. & ibi Bart. & omnes, & not. glos. in l. defuncto. ff. de public. iudic. & ibi Bar. & resoluit Anton. Gomez. tom. 3. variar. capit.
50 3. numer. 7. Quæ quidem æstimatio dictæ iniuriæ fieri debet, secundum tempus illius, iuxt. text. in l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniur. ibi: *Debet iurare de præterito.* Et eam exprimere ad quantitatem certam, in illamq; petere iniuriantem condemnari secundum Cyn. in l. si non conuitij num. 14. in 10. quæst. C. de iniur. & ibi etiam Alber. num. 14. Farinac. plures allegans, quæst. 105. num. 37. 38.
51 41. 42. & 45. Vbi quod si iudex viderit æstimationem esse excessiuam illam moderare debet, & suo arbitrio taxare habito respectu ad locum, ad tempus, ad personas, & ad alias facti qualitates, si vero eandem æstimatio-
52 nem legitimam perspiciet illam confirmabit: Verum hæc æstimatio per iniuriatum iure iurādo mediante fieri debet iux. glos. in d. l. iniuriarum æstimatio, ff. de iniur. & in § pœna. verbo æstimauerit. Inst. eod. titul. Farina. plures referens d. quæst. 105. num. 47. vbi quod omnes admittunt, quod talis æstimatio, est facienda per partem cum iuramento & conducit ad hæc constitutio 19. & const. 20. tit. de
53 Pau y Treua ibi: *Abans que sia oyt haja a jurar.* Mier. part. 2. capit. 28. coll. 2. num. 1. & sequent. fol. mihi 121. vbi declarat, quæ sunt attendenda in moderatione querelæ, latè, & eruditè per Petr. Ioan. Fontanell. in tractat. de pact. nuptialib. clausula. 4. glos. 15. à num. 43. & 123. 127. 136. & sequēt. Vbi hanc materiam querelarum dilucidè explicauit, ad quem omnino recurre,
54 sed super his omittendum non est, quod si plures fuerunt per Officialem illatæ iniuriæ, aliquæ scilicet verbis, aliquæ autem facto, pro vt in querela proposita referuntur, tunc poterit querelans omnes iniurias, aut vnica æstimatione comprehendere aut singulas singulariter æstimare, secūdum Cyn. in d. l. si non conuitij num. 19.
55 in 15. q. C. de iniur. & ibi etiam Alber. Farinac. d. quæst. 105. n. 51. Requiritur etiam quod in istis querelis adijciātur clausulæ illæ, quæ in nostra querela reperiuntur ibi: *Animo iniuriandi,*

 & infe-

& inferius ibi. *Reuocauit in animum suum dictas iniurias.* Quia animus iniuriandi in delictis requiritur, iux. text. in d. l. si non conuitij, C. de iniurijs. cum mens, & animum distinguat maleficia, vt in l. qui iniuria versicul. nam maleficia, ff. de furtis. Et quod offensus illatam iniuriam ad animum suum reuocare teneatur, probat text. in §. fin. inst. de iniur. & notat. Anton. Gomez. tom. 3. c. 6. n. 15. in fine.

55 Similiter etiam summe necessariũ est, quod quando querelans agit in vna, & eadenmet querela simul criminaliter, & ciuiliter sicuti in dicta nostra querela reperitur, tunc adjicere debet clausulas illas. ibi: *Et incidenter*, & ibi: *Implorando prius officium.* Quia iniuriato, & offenso licitum est, in eodem libello agere criminaliter, & ciuiliter, si ciuilem intentet incidenter, implorando officium iudicis pro interesse, & damnis, argu. tex. in l. 2. §. qui furem, ff. de furt. quem text. not. ibi Bar. & omnes. Angel. in l. apud labeonem §. si quis seruo, ff. de iniur. Bald. in l. dominium C. eod. titul. Marant. de ordine iudicio. 4. part. distin. 1. numero 10. Anton. Oliba vir doctissimus, & Senator huius nostri Principatus in tract. de iur. fisci cap. 5. num. 20. cum duab. sequent. vbi indistincte tenet in hac patria pro quolibet delicto siue publico, siue priuato posse agi ciuiliter ad emendã per vsaticos taxatam, & criminaliter ad punitionem corporalẽ, & quod vna via non tollit aliam, vt ibi per eum videre poteris.

56 Et prædicta sine dubio in casibus visitæ procedunt, quia in illis ex speciali odio permittitur procedere contra officiales visitandos criminaliter, & ciuiliter simul contra titulum: Quãdo ciuil. actio. crim. præiud. vt notat. Bald. in rubr. C. de pæn. iud. qui male iud. Bar. in l. interdum, §. qui furem, ff. de furt. Amode. de synd. n. 216. & 218. fol. 69. Bouad. lib. 5. cap. 3. n. 4.

57 Nec huic resolutioni obstat text. in l. 1. C. quando actio ciuilis præiud. crim. vbi dicitur, quod vtraq; actio ciuilis, & criminalis non potest simul intentari, quia vna est præiudicialis ad aliam, per quem text. ita firmant Bar. in l. 2. §. hoc edicto, ff. de vi. bono. rapto. & Boss. in pract. crim. tit. de accusatio. num. 1. nam respondeo quod d. l. 1. loquitur, & intelligitur, quando vtraq; accusatio principaliter simul in eodem libello intentaretur, quod fieri non potest iux. tex. in l. interdum, ff. de public. iud. qui semper ad hoc allegatur, secundum Iul. Clar. in pract. in §. fin. q. 2. n. 1. tamen incidenter implorando officium iudicis ciuilis potest intentari in libello accusationis criminalis, vt ex communi resoluit idẽ Iul. Clar. d. q. 2. n. 2. quem ad istum articulum omnino vide, & Paz in pract. 5. p. 1. tom. c. 3. §. 6. qualiter accusatio cõcipienda sit fol. mihi. 245. vbi tradit formulas accusationis criminalis, & ciuilis, & vtriusq. simul.

58 Ex quibus clare liquet offensum, & iniuriatum agere posse in visita contra Officialem visitandum tripliciter, vel criminaliter tantum, vel ciuiliter, vel criminaliter, & ciuiliter simul, & quocunq; modo intentet, agere poterit ad damna, expẽsas, & interesse pro iniuria eidem illata, & ad omne lucrũ quod lucrari poterat si talis iniuria non fuisset sibi illata, vt probatur in d. l. qui nomine, & in l. itẽ apud labeonẽ. §. si quis seruo, ff. de iniur. & in l. qui seruum, ff. de actio. & oblig. & ibi glo. & DD. communiter in c. 1. de iniurijs.

59 Seruari etiam debet super probatione istarum querelarum; quod accusatores illas offerẽtes, non admittãtur ad illas probandũ, quin prius caueant de soluendo expensas in casu succũbẽtiæ iux. tex. in l. qui crimen ibi verbo

fideiussor,& l.si crimen, & ibi glos. C. de his qui acusar. non poss. & ibi Bal. & Angel. in tractat. de malef. in par. Nec non ad querelam,col. 2. Bonifac. in Pereg.verbo,accusatio.fol.91. glos. Accusator. Quamuis olim accusator tenebatur se subscribere ad pœnam talionis iux. text. in l. libellorum, & in l. qui crimen C. qui accusare non possunt, sed hodie talis inscriptio de Generali consuetudine necessaria non est, vt cum Bar. & alijs resoluit. Ant. Gomez. 3. tom. variar. cap. 11. num. 3. in fine, & Iul. Clar.§. fin. quæst. 12. num.15. cum sequent. sed tantum seruatur,quod querelantes præstent fideiussoriam cautionē, eo quia quemadmodum Officiales visitandi illam præstiterunt, in introhitu suorum officiorum vt not. Paris.de Pute. de syndicat.verbo, fideiussor officialis cap. 1. num. 8.fol.185.& glos.in l. etiam C.de Conue. fici debit.lib. 10. Platea in l. 1. C. de pericul.nomina.lib. 10. Quod maxime in Cathalonia obseruatur, tam in Regijs Viccarijs, & alijs inferioribus Officialibus, quam in alijs Officialib⁹ pecuniarijs, ideo iure dignum visum fuit,vt æqualitas in iudicio seruetur, & omnis calumniæ præsumptio excludatur, quod pariter accusatores,& querelātes obnoxij essent ad dictam cautionem fideiussoriam prǣstādum,vt bene, & erudite probat Bouadil.lib.5.cap. 2.num.28.verū huiusmodi cautio solum video præstari apud Iudices tabulæ, cuius forma est thenoris sequentis.

FORMA CAVTIONIS PRAESTITAE PER QVErelantem contra Officialem Visitandum.

60 *DIE 1. Octobris 1624. N. ciuis præsentis Ciuitatis Barcinone gratis, &c. conuenit, & bona fide promittit Magnificis dominis Iudicibus tabulæ, & N. dictæ Ciuitatis triennio proxime elapso Regio Viccario illius, quod casu quo succumbere contingat in causa querelæ per ipsum introductæ coram ipsis dominis Iudicibus soluet omnes expensas in eadem causa fiendas iuxta formam constitutionum, & pro vt per dictos dominos Iudices tabulæ declaratum fuerit, & pro maiori præmissorum tuitione dedit in fideiussorem, & principalem solutorem N. mercatorem dictæ Ciuitatis, qui simul cum ipso insolidum teneantur, &c. Ad hæc &c. fiat acceptatio procuratoris large, &c. Et pro his cōplendis, &c. fiat cum obligatione bonorum insolidum renuntiationibus, tam principalis, quam fideiussoris, & submißione fori dictorum dominorum Iudicum Tabulæ, & alijs necessarijs cum iuramento præsentibus testibus N. & N.*

61 Et præstita cautione prædicta, quæ annotanda est per Notarium in libro negotiorum tabulæ, tunc dicti Iudices Tabulæ in secundo menso,qui datur querelantibus ad probandum, & iustificandum querelas iux. constitut. 19. titulo de Offici de Iutges de Taula, & similiter alij Visitatores aliorum tribunalium infra terminum offentionis à iure, & statutis terrarum præfixum procedere debent ad testium offentionalium receptionem,qui bus receptis publicantur per eosdem Iudices Visitatores in tertio mense Inquisitionis querelarum, qui datur Officialibus querelatis ad suas dandum pro-

probandum, & iustificandum defentiones, Et quartus, & vltimus mensis assignatur ipsis Iudicibus tabulæ ad sententiandum, & declarandum in dictis causis iuxta dictam const. 19. Et cum his respectu Iudicum tabulæ concluditur in Cathalonia modus, ordo, & forma procedendi in hoc visitationis iudicio, respectu vero Regij Visitatoris a domino Rege nominati obseruatur ordo traditus in cap. 5. curiæ, curiarũ anni 1599. & respectu Visitatorum domus Deputationis ordo, qui continetur in ca. 1. curiæ nouæ reformationis Generalitatis Cathaloniæ.

62 Sed quia ante sententiam Visitatores recipere tenentur testes offensiui, & defensiui, & quandoque pendente hoc iudicio suspendere solent Iudices, & Officiales, eis interdicendo administrationem officij, & ipsi aliquando recusantur, tam ab ipsis Officialibus querelatis, quam à querelantibus de quorum culpis, & excessibus, nec non, & excusationibus cognoscere, & iudicare tenentur: Ideo de istis omnibus, & singulis in actu visitæ contingentibus decreui sigillatim, & particulariter inferius suo peculiari titulo pertractare.

CAPVT V.

DE TESTIBVS TAM CONTRA MAGISTRATVS, IVDICES, ET OFFICIALES, QVAM IN illorum defentionem recipiendis.

SVMMARIVM.

1 *Præsumendum est semper pro Officialibus publicis, maxime si fuerint Senatores Regij Consiliarij.*

2 *Dolus omnis præsumitur abesse ab Officialibus publicis.*

3 *Officialis tanquam minister legis nõ præsumitur, quod illicitum committat.*

4 *Officialis præsumitur iuste facere omnia, quæ facit, propter authoritatẽ iurisdictionis.*

5 *Iudex dicitur vir bonus; diciturque iustitia animata plurimumque de eo præsumit, & confidit lex in arbitrarijs, & materia testium latas habet habenas.*

6 *Testes omni exceptione maiores exiguntur, si aliqua crimina suspicio aduersus Magistratus, Iudices, & Officiales sit probanda, & assignatur ratio, n. 7.*

8 *Testes omni exceptione maiores dicuntur, ij aduersus quos nihil omnino*

nino obijci potest, nec aliqua exceptione legitima possunt repelli.

9 Testium qualitas, quod scilicet sint omni exceptione maiores articulanda, & probanda est, vbicunque ad probationem alicuius casus huiusmodi testes requiruntur, & numero 78.

10 Probatio aduersus Iudices, & Officiales debet esse concludens, & non de contingenti.

11 Probatio semiplena præsumptiua, vel coniecturalis non sufficit, aduersus Iudices, & Officiales in syndicatu.

12 Limita non procedere quando Officialis aufugerit a syndicatu.

13 Fuga Officialium a syndicatu facit semiplenam probationem aduersus illum, adeo quod de furtis, baratarijs, & extorsionibus probatur per iuramentum eorum, qui de eis conqueruntur.

14 Probationes legitimæ, & euidētes, tūc contra Officialem requirūtur, quan do agitur, ad illius condēnationē; Quo vero ad subiciendum illū tormentis indicia concludentia in subsidium plenæ probationis sufficerent.

15 Præsumitur aduersus Officiales, quan do aliquid factum est contra naturam officij.

16 Præsumptio mali præcedentis, tunc contra Officialem viget, quando non est integræ vitæ, & male audis.

17 Officiales ementes officia præsumuntur omnia mala agere.

18 Officia gratis sunt conferenda.

19 Auaritia est radix omnium malorum.

20 Pecuniam dans, vt habeat officium, præsumitur habere animum indebitè lucrandi, & male faciendi.

21 Officialium reprehensio, qui emunt officia.

22 Præsumitur contra Officialem, si fecit aliquid contemplatione potentioris, vel quod aliter ad se non pertineat.

23 Præsumitur tunc pro Officiali, quando seruat debitum ordinem in procedendo, secus cum statutum à legibus methodum omittit.

24 Præsumitur contra Iudicem, quando aliquid insolitum, & inusitatum agit, aut prouidet, tam ex officio, quam ad partis instantiam.

25 Præsumitur etiam contra Iudicem quando procedit celeriter, & non bene instructus, edoctus, nec informatus & num. 27.

26 Pro Iudice, nec Offficiali præsumitur, quando ipsorum culpa est patens, clara, & certa.

28 Iudex ex abrupto, & parte inaudita procedens minime de illo est bene præsumendum.

29 Sententia de cuius iniustitia, & errore notoriè apparet, nullam habet pro se præsumptionem.

30 Præsumitur contra Iudicem pedaneum,

neum, & ignarum, & assignatur ratio num. 31.

32 Quando pro Iudice, & Officiali bene præsumitur, tunc aduersus illum testes omni exceptione maiores requiritur.

33 Testes inimici non admittuntur in syndicatu contra Iudices, & Officiales, etsi inimicitia sit præsumpta; quia idem operatur sicut vera.

34 Testes de vniuersitate non probant in syndicatu contra Officialem syndicandum, vbi multi, vel maior pars se congregauerunt, in consilio, ad remouendum Officialem, quem non eligerunt.

35 Testes carcerati, inquisiti, torti, vel condemnati ab aliquo Iudice, non sunt idonei contra illum.

36 Testes offerentes memorialia in syndicatu, instigatores, ministrantes testes, aut instantes querelas, vel alijs vitijs irretiti, omnino sunt expellendi à causis visitationum.

37 Testis, qui Iudicem corrupit, dando illi pecuniam, vel promisit, aliquid dare, vt talem ferret sententiam, non probat contra illum nisi dum staret in syndicatu aufugisset num. 71.

38 Testes vbi omni exceptioni maiores esse debent, non sunt idonei, inhabiles, viles, & obiecti, nec ij, qui aliqua suspicione, vel morbo laborant, quorum descriptio late discutitur.

39 Testes plures deffectus patientes in syndicatu nullam fidem merentur, nec ex numerosa multitudine suppletur eorum deffectus, etiã in causis priuilegiatis, & etsi veritas aliter haberi non possit.

40 Testium inhabilitas nõ supplitur ex aliorum testimonio, & redditur ratio num. 41. & per exemplum comprobatur num. 42. & ampliatur num. 43. & extenditur et iam vbi veritas aliter haberi non potest.

44 Testis infamis infamia facti, si cum alio teste valde digno, idoneo, & probatæ vitæ concordet, tunc plene probat, quia integra fides vnius supplet defectum alterius, quod tamen intellige, & declara vt nu. 45. 46. & 47.

48 Testium suppletio dumtaxat in causis ciuilibus, & non criminalibus locum habet.

49 Causæ Officialium visitandorum criminales sunt, & ideo in illis non admittitur testium suppletio ad condemnandum, sed solummodo ad torquendum.

50 Testes inhabiles ad Officialis defensionem, illiusq. innocentiã probandam admittuntur.

51 Testes de familia ipsius Officialis, quando quæstio non tangit eos admittũtur in syndicatu pro & contra Officialem.

52 Iudicia indubitata, seu præsumpti-

ua

ue probationes, etiam violentæ, & in crimine difficilis probationis non admittuntur contra Officiales visitandos in syndicatu.

53 Probatio irregularis, & priuilegiata, quæ fit per iuramentum partis querelantis non sufficit ad conuincendum Officialem de furtis, baratarijs, & concussionibus; quando Officialis à syndicatu non fugit.

54 Iuramentum in supplementum probationis non defertur in causis syndicatus contra Officialem, nisi data ipsius Officialis cōpulsione, vel violentia aliqua probata.

55 Officialis fugiens tempore syndicatus furta peculatus, & extorsiones per solum iuramentum aduersus ipsum probantur.

56 Barataria qualiter probetur numero 58. & 59.

57 Probatio duplex est, vna scilicet vocatur regularis, & altera irregularis, & quid inter se differunt, vt vna ab altera cognoscatur.

60 Barataria quando probetur per testes singulares, cum distinctione declaratur.

61 Regula diuini, & humani iuris disponens, quod in ore duorum, vel trium stet omne verbum, explicatur an procedat contra Magistratum integræ fidei, & solitum habere manus mundas.

62 Testes duo non sufficiunt contra Officialem præheminentem, & personam publicam.

63 Officialis in quo non est iustitia, nomen Officialis non meretur.

64 Testes singulares adminiculati, vbi plures numero fuerint integri, & optimæ opinionis, concurrentibus indicijs, & circunstantijs perfectè probatis, crimen Baratariæ probant, ad minus semiplene, et quandoque plusquam semiplene arbitrio iudicis, et num. 65.

66 Barataria probatur sicut dolus, indicijs scilicet, et coniecturis.

67 Testes quorum vnus deponit de veritate facti, alter de confessione Officialis, alij de fama, et alij de alijs adminiculis non reputantur singulares, sed coniunguntur, cum omnes tendant ad eundem rei finem, et sic probant contra Officialem.

68 Testes multi singulares, etiã si semiplenam probationem facerent, talis autem probatio, non erit sufficiens ad condemnandum, et puniendum ipsum Officialem pœna ordinaria, num. 69.

69 Mediatores baratariæ etsi duo sint tamen non probant contra Officialem.

70 Mediator, et particeps baratariæ etiam iunctis adminiculis non facit indicium, quia tales mediatores non sunt idonei testes, vt num. 71. & 72. quod intellige quando criminaliter proceditur, secus si ciuiliter, vt num. 73. et 74. nec tunc

etiam

etiam probarent si plures patiuntur exceptiones & defectus, numero 75.

76 Barataria probatur per testes domesticos, & familiares ipsius iudicis; quod declara, vt num. 77.

78 Testium qualitas in syndicatu est probanda: quod in practica non seruatur, de quo miratur Bouadilla, num. 79.

80 Concussio contra Officialem qualiter probetur.

81 Metus per liquidissimas, & veras probationes probari debet, contra Officialem syndicandum, adeó quod nec praesumptiuae probationes ad illum probandum sufficerent.

82 Dolus, & extorsio Iudicis probatur ex pluribus causis, quae referuntur sub numero 83. 84. 85. 86. 87. & 88.

89 Testes de dolo deponentes, etiam non interrogati, dicti sui rationem reddere tenentur; & assignatur ratio num. 90.

91 Negligentia qualiter, & quomodo probari possit aduersus Officialem & Iudicem num. 92. & 95.

93 Iudex vt dicatur negligens debet requiri per tres vices; immo cum importunitate.

94 Iudex, qui obmutescit non respondens supplicatis, & protestationibus dicitur iustitiam denegare.

96 Administrator in dolo, vel negligentia dicitur esse, cum posset debitores conuenire tempore, quo erant soluendo, et illud facere neglexerit; et numero 97. vbi loquitur de negligentia Tutoris in collocandis pecunijs pupillaribus.

98 Testes de negligentia deponentes ad instar negatiuè cum contestatione certi loci, et temporis deponere debent, et rationem sui dicti, etiam non interrogati reddere tenentur num. 99.

100 Probationes leuiores sufficiunt ad defensam Officialium, et assignatur ratio, num. 101.

102 Innocentia solis praesumptionibus probatur.

103 Testes domestici, familiares, affines, ac minus idonei probant defensionem, et etiam innocentiam Officialium in syndicatu declara vt num. 109.

104 Testes amici pro defentione sunt habiles, et in syndicatu ad defensam admittuntur.

105 Birroarij licet in criminalibus, et causis grauibus testes esse non possint, tamen ad defensam sunt idonei pro suo Potestate in syndicatu num. 106. et 107. quod ampliatur vt num. 108.

110 Testes inhabiles non sunt idonei ad defensam, quando ad partis querelam proceditur, vel reus pluribus indicijs esset grauatus, vel summè indiciatus, quod tamen iudicis arbitrio remittitur, numero 111.

Testes

112 *Testes aliorum testium reprobatorij, non solum habiles, sed etiam omni exceptione maiores esse debent.*

113 *Testes nec nouæ probationes fieri, nec recipi possunt, in syndicatu super meritis causæ principalis, nec sententijs a Iudice latis.*

114 *Iudex in visita, seu syndicatu potest ex nouis allegationibus defendere suam sententiam, & ostendere condemnatum ius non fouere.*

115 *Testes sunt examinandi ab ipso Visitatore, & non à Notario, & redditur ratio, & rationis ratio, num.* 116. & 117.

118 *Visitator propter multitudinē causarum impeditus, potest Notario visitæ testiū examen cōmittere.*

119 *Et hodie de consuetudine istud impedimentum præsumitur, & ideo de eo aliter non constito valet talis commissio.*

120 *Testes infirmi, senes, & alij in dignitate cōstituti, qui absque maxime dispendio non possunt, coram visitatoribus comparere, per litteras subsidiarias recipi possunt, similiter quando tales testes non essent de iurisdictione illius loci vbi tractatur causa, & sic in loco remoto absunt, numero* 121.

122 *Testes, qui recusant testimonium dicere per Visitatores compellendi sunt.*

123 *Testis, qui se subtrahit à depositione, vt non testificetur tenetur parti, cui interest in conscientia.*

---

1 QVONIAM pro officialibus publicis, & maximè Magistratibus, Iudicibus, & Consiliarijs grauissimis est sēper bene præsumendū: vt ita constat scripsisse Imperatores in l. 2. ibi, *Quod non arbitramur*, C. de officio Ciuil. Iud. & in l. cum precibus ibi, *stultum putamus*, C. de probatio. l. vltim. C. de fideicōmis. libert. & ibi Bald. Gram. consil. 55. Cephal. consil. 420. numer. 34. Bertazol. consil. 180. num. 15. libr.
2 1. Ea ratione moti, quia in ipsis Magistratib⁹, & Officialibus præsumitur abesse omnis dolus, vt in l. 1. C. de præd. cur. libr. 10. l. Si quis decurio.
3 cod. lib. 10. Adeò quod tāquam legū ministri, præsumitur nihil illicitum committere secundum Acur. & Bald. in l. accusationem, C. quod met. causa
4 imò omnia iustè agere propter authoritatem iurisdictionis illorū, iux tex. in capit. bonæ memoriæ de electión. not. Bald. in l. Generaliter, C. de
5 Episc. & cler. Vnde lex sæpe appellat Iudicem virum bonum, l. vir bonus, ff. iud. solu. l. continuus, §. cum ita, ff. de verbo. oblig. Et eidem iudici tanquam iustitiæ animatæ, plurimum de eo præsumentes leges, & de eo confidentes, latas in arbitrarijs præbuerūt habenas ad illustrationem, legis 3. verscul. tu magis scire debes, ff. de testi. l. Quid

l.Quid ergo §. pœna grauior, ff. de his qui not. infam. cum simil. pulchrè per multos casus ostendit Mennoch. in suo lib. de arbitr. Iudi. quem ad hunc propositum refert, & sequitur. Bouadilla lib.5.cap.1. num.190. ad med. Et præcipuè in hoc spacioso mari testiũ, Doctores vela dedere ventis multis funibus malum circundantibus, dixerunt Iudici verte clauum, vel artemonem arbitrio tuo: tu enim Dux Nauis, pro vt sic loqutus fuit Cauale. in pract. de testib. p.1.n.1. subdens totam hanc materiam in arbitrio iudicis pendere, ac ideo valde periculosam esse. Vnde cum de hac materia plenissimè scribentes, varijs in locis tractent, solum hic attingam ea, quæ ad nostrum institutum causarum visitationum pertinẽt, quæ quo facilius fieri poterit, per sequentes conclusiones expedire conabor.

6 Prima itaq. conclusio sit, quod vbi aliquod grauamẽ, excessus, seu crimẽ aduersus Magistratus, Iudices, & Officiales, probandum est: oportet quod illud exigatur, & probetur per testes omni exceptione maiores: vt not. Paris. de Put. de synd. verbo. probatio. cap.2. incip. contra Officiales in principio, & num.6. verbo. Testis capit.1. n.3. versic. Quid ergo, Amod. in eod. tract. fol.63. num.186. Augusti. Dulcet. in eod. tracta. num. 24. Bald. in l. Obseruare §. proficisci, quæst. 10. in fin. ff. de officio Proconsul. Mascard. de probatio. tom.3. conclu. 1132. num. 14. Paz. in pract. 1. tom. 8. p. cap. vnic. num. 13. in fin. fol. 225. Boss. in pract. tit. de oppo. contr. test. nu. 59. Gram. consil. 35. num. 36. cum seq. Bellug. in Specul. princip. rub. 35. §. post Militares, num. 13. Auiles in cap. 1. prætor, Glos. ficl. nu. 29. in fine, Olan. in Antynom. verbo. Baratatia numer. 48. pag. 46.

7 Et prædictorum Doctorum ratio est: quia causæ Officialium visitandorum sunt criminales, vt cum Panormit. & alijs aduertit Ioseph. de Sese in suo responso. de syndi. nu. 42. ad medium cũ in eis agatur de re graui, & ardua, videlicet de honore, qui vitæ æquiparatur, & casu postulante, de exeundo Officiali, nudando, & priuãdo sua dignitate, & officio: vt in auth. sed nouo iure, C. de pen. Iud. & not. Hieronym. Giach. d. consi. de syndic. num. 230. & in criminalibus receptũ est, probationes debere esse luce meridiana clariores: vt ait tex. in l. fi. C. de probatio. quæ est canonizata in ca. sciant 2. quæst. vltima. & in terminis syndicatus aduertit Bal. in consil. 353. lib.2. & Bertazol. consil. 71. num. 11. Quem citat Hieron. Giach. d. consil nu. 352. & ideo tam ex eo, quam quia dicti Iudices, & Officiales habent à iure pro se bonitatis præsumptionem, vt diximus, merito inde necesse est, quod testes contra illos deponentes, Sint viri præstantes, & omni exceptione maiores: Etenim quando agitur de probando aliquid, quod haberet contra se iuris presumptionem, requiritur tunc plenior probatio, quam ordinaria, & sic testes in quibus nulla adsit macula nec exceptio aliquã, & tales, quod omni exceptione maiores sint sicut post relatos per eos scripserunt Aymo. de antiq. temp. part.2. num.46. & 47. Osasc. consil.66. num.3. Cæphal. consil. 138. nu. 18. & consil. 241. nu. 87. Mascard. de proba. lib.1. in præfa. quæst. 10. n. 38. & 40. & conclu. 1221. numer. 6. & 10. lib.3. Crauet. consil. 129. in fine, & in consil. 134. num. 10. Cephal. consil. 193. num. 93. & consil. 348. nu. 13. lib. 3. & consil. 571. numero 35. libr. 4. & consil. 651. num. 28. & 29. lib. 5. Mennoch. de præsump. libr. 1. quæstio. 31.
8 num. 8. & 9. Et dicuntur testes omni exceptione maiores, ij aduersus quos nihil

nihil obijci potest omnino: nec aliqua legitima exceptione possunt reppelli, vt post Glo. in verbo. Maiores probant ibi DD. in capit. 1. de consang. & affinit. Roland. à Vall. consil. 7. numero 13. volum. 1. Mascard. conclu. 885. numero 10. Achil. Pedroch. consil. 17. numero 2. & 3. D. Ludo. à Peguer. decis. 171 num. 40. qui alios refert.

9 Ampliatur primo hæc conclusio, quod adeo testes contra Iudices & Officiales debent esse omni exceptione maiores, quod non creditur de testib⁹ quod sint omni exceptione maiores: nisi diligenter articuletur, per producentem, & concludenter probetur: vt post Curt. Cephal. Gram. & Bertazol. aduertit Hieronym. Giach. in suo consil. de syndic. numero 140. Ioseph. de Sesse in suo respons. de syndic. numer. 43. prope finem, addens, quod licet regulariter non sit probanda testiũ qualitas: secus tamen est, quando ministratur probatio contra Iudices: nam tunc debet articulari, & probari rationem eam dicit esse, quia vbi lex requirit testes honestos bonæ famæ, & optimæ opinionis, tunc opus est, quod articuletur, & probetur, id ipsum tenet Mascard. de probat. conclu. 1132. numero 15. Achil. Pedroch. dict. consil. 17. numero 55. 56. & 57. vbi ex multis, quos allegat concludit non posse aliter obtinere agentem, sed omnino reppellendum esse sequitur Alexand. de Neuo. consil. 38. num. 12. vbi testatur de communi.

10 Ampliatur secundo, vt non solum testes debent esse omni exceptione maiores: vt diximus verum contra Iudices, & Officiales deponentes, vt eisdem fides adhibeatur debent eorum dicta concludenter probare, aliàs nihil valerent vt post Bald. in l. Obseruare. §. Proficisci, ff. De officio Proconsul. not. Paris. de Puteo verbo. contra Officiales & verbo. qualiter autem probabitur folio 448. quod iam sui natura est. Verum quia, probatio non potest se habere ad esse, & non esse, neque esse de contingenti, cum non probet hoc esse, quod ad hoc cõtingit abesse, l. Nõ hoc. C. Vnde legiti, l. Neq. natales, C. De probatio. not. DD. cõmuniter in cap. quoniã contra extr. de probat. Guiller. Bened. In cap. Raynuntius verbo. mortuo itaq. testatore nu. 208. cum seq. fol. mihi. 96.

11 Ampliatur tertio, quod licet con tra alias personas in delictis occultis, & difficilis probationis sufficiãt probationes, etiam non ita perfectæ ad tradita per Caual. de Brach. regal. p. 3. n. 72. & 73. tñ contra Magistratus Iudices, & Officiales in syndicatu non sufficit semiplena probatio, vel probatio coniecturalis, vel præsumptiuã, Put. de syndi. In verb. Probatio cap. 2. nu. 3. & 4. etiam si versaremur in oculis delictis glo. singul. in l. iurisgẽrium. §. quod fere ff. De pact. & est communis opinio, Iosep. Cumia. in pract. de synd. cap. 14. n. 34. Bertaz. cons. 71. n. 11. & 12. vol. 1. Menoc. de arbit. casu 116. Nec probatio debet esse generica, sed specifica, & in indiuiduo, DD. Rub. & in l. 1. C. De edend. sed omnino oportet, vt probationes sint plenæ, & perfectæ, ac luce meridiana clariores, August. Dulcet. de syndi. numero 24. Hieronym. Ghiach. d. suo consilio numero 107. vbi late, & tunc dicitur probatio clara quãdo testes sunt fide digni contestes, & bonam, ac sufficientem rationem asignant, & non contrariantur, vt not. Gomez de probat. tom. 3. cap. 12. n. 12. Campeg. de testib. conclu.

pect. Tutor. Hæc enim præsump-
tio illum agrauaret ex text. in l. 3.
§. Si eum, ff. de libe. homi. exhib. l.
non est verisimile, ff. quod metu.
caus. & in proposito nostro dixit
idem Paris. de syndic. verbo testis
capit. 2. numero 5. Tiber. Decian.
1. tom. criminal. libro 8. capit. 38. nu-
mero 15.

17 Limitatur quinto, vt non habeat
locum in Iudicibus, & officialibus,
qui emunt officia; præsumitur enim
tunc omnia mala agere, eo quod lex
præsumat, quod grauent Rempubli-
cam, vt in auth. vt Iud. sine quoque
18 suffrag. §. Cogitandum. Sancit enim
Princeps officia gratis conferri de-
bere, quæ si emuntur, emens omnia
mala cogitabit propter auaritiam;
quæ in animis Officialium inhæ-
19 rens est radix omnium malorum:
vt habemus ex dict. §. Cogitandum.
20 Qui enim dat pecuniam, vt habeat
officium præsumitur habere ani-
mum lucrandi, & male faciendi, ac
ideo contra tales omnia mala præ-
sumuntur: vt not. Angel. in l. final.
C. ad l. Iul. de ambitu, Bartulus, Lu-
cas de Penna. Angel. & Plat. in l.
Procuratores per tex. ibi, C. De mu-
re leg. libro vndecimo, Boerius de-
cisio. 149. numer. tertio, Neuiza. in
sylua nuptial. libro quint. numero
95. Puteus de syndicatu verbo. Offi-
cialis capit. tertio numero 1. folio
160. Martin. Landen. in tractat. de
Officia. domino. quæstione 58. Ti-
berius Decianus dicto capit. 38. nu-
mero vndecimo, Hinc Angel. in di-
cto §. Cogitandum vehementer in-
uehitur contra Officiales, vt ipse
ait barattarios, qui vendunt iusti-
tiam, & innocentes adare puniunt,
21 & nocentes absoluunt. Quando e-
merunt officia, grauissime quoque
Officiales ementes officia repræ-
hendit Parisius de Puteo. dict. ver-
bo. Officialis cap. 9. & in verbo. offi-
cium cap. 1.

22 Limitatur sexto, quando Iudex
seu Officialis fecit aliquid contem-
platione potentioris, vel aliter ad
se non pertinens: tunc enim semper
fit præsumptio contra eum: vt in
capit. bene quidem in fine 96. dist.
Alciat. in tractat. de præsumptione
regula tertia præsum. 15. numero
sexto, Baldus, Aretin. Felin. & De-
cius in capit. post. cessionem, de
probatio. Mennochius de præsump.
libro 2. de præsumpt. 67. præsump.
num. 13.

23 Limitatur septimo: quando Iu-
dex aut Officialis non seruat debi-
tum ordinem in procedendo, qui-
nimo omittit methodum à legibus
statutum pro eo: tunc non est præ-
sumendum, vt notat. Cyn. in l. San-
cimus, C. De Iud. & ibi Baldus nu-
mero decimo nono, Parisius de Pu-
teo in dicto tractat. de syndicat.
in verbo. Apellatio. capit. 4. nume-
ro 4. & in verbo Iudex, capit. primo
sub numer. 22. Bouadilla libro 2. cap.
fin. num. 137.

24 Limitatur octauo, quando Iudex
procedit, aut aliquid insolitum, & inu-
sitatum agit, aut prouidet, tam ex of-
ficio, quam ad partis instantiam, tali
enim casu non præsumitur pro eo,
quinimo pro priuato habetur, & re-
putatur secundum Bald. in l. Fidei-
commissa. §. Si seruo, ff. De legat. 3.
Grauet. in consi. 103. num. 11. Neuiza.
consil. 61. num. 15. Roland. consil. 39.
nu. 28. lib. 1. Mennoch. dict. præsump.
67. num. 17. & seq.

25 Limitatur nono, quando Iudex
procedit celeriter, & non instructus,
nec bene eductus, & informatus, tali
enim casu pro eo non præsumitur.
Vt per eundem Bald. in consilio 375.
libro quarto, Alciat. in dict. tracta. de
præsumpt. reg. 1. præsumpt. 10. nume-
ro 9.

ro nono Anton. Gabriel in suis com. mun. opinio. libro 2. titul. de sentent. conclu. 6 in fine. Mennoch. dicta præsump. 67. num. 21. & 31.

26 Limitatur decimo in casibus in quibus culpa Officialis est certa, & clara: quia vt dicit Bald. in capit. quoniam contra falsam, numero 57. de probation. Tiraq. de pœnis temperan. caus. 38. numero nono, Necessitas officij excusat Officialem a præsumpta calumnia: non autem a culpa, clara, expressa, & certa, solum enim in casu dubio excusatur Iudex, & Officialis à dolo, & culpa propter iuris præsumptionem, quæ in eius fauorem concurrit, & idcirco vbi constiterit Iudicem iniustè processisse, tunc vtique pro eo non præsumeretur. Secundum Hostiens. & Inno. in capit. accedens extr. vt lit. non contesta. Alcia. de præsump. reg. 3. præsumpt. 9. numo sexto Mennoch. vbi supra numero 28. 33. & sequent. vbi subdiens, quod vbi ex actis constaret, quod Iudex in causa commisit aliquam iniustitiam, tunc quo ad eam causam præsumptio non erit pro ipso Iudice, Bouadilla libro 5. cap. 1. numero 205. & 217.

27 Limitatur vndecimo, quod præsumptio bonitatis, quæ est pro Iudice, & eius sententia tollitur fortiori & potentiori præsumptione, vt not. Alciat. in dict. tractat. de præsumption. reg. tertia præsum. 9. numero octauo, vbi exemplum adfert quando ex temporis breuitate conijceretur, quod non adhibuit causæ cognitionem; Nam tunc pro ipso Iudice non præsumitur, ita Bartol. in l. prolatam in fine, C. de sententijs, & intello. omni. Iudi. Alexand. consilio 218. numero nono libro 2. Ias. in l. mandata, numero sexto, ff. de officio eius, & in l. secundo §. si prætor. ait, ff. de in ius vocand. & in l. Iudices numero octauo, C. de iuditijs. Felin. in capit. Quoniam contra. numero 33. de probat. Decius in l. 2. numero 36. C. de edend. & in consilio 296. in fine, & in consilio 544. numero 28. qui idem esse dixit in sententia summi Pontificis, vel Cęsaris, pro qua non præsumeretur ob temporis breuitatem, nisi verisimile sit, quod in ea temporis breuitate potuerit is Iudex, esse de causa ipsa instructus. Ita declarat Gabriel. in suis conclusion. titulo de sententijs conclusione quinta numero 34.

28 & conclusione 6. numero tertio, Nec etiam pro ipso iudice præsumeretur, quando ex abrupto parte inaudita processerit ita Bald. in capit. 1. numero decimo versiculo & quia de inuestitura in maritum facta. Cardinal. in consilio 139. colũn. quarta, Abbas. in capit. Quintauallis numero 45. de iure iurand. Socin. Sen. in consilio 87. numero 7. libro quarto Bald. in l. Sancimus num. 19. C. de

29 iudicijs. Sicuti etiam non præsumitur pro sententia de cuius iniustitia aperte constat, vel quæ continet expressum errorem, l. Si expressim, ff. de appellat. capit. cum inter, de sent. & re iud. latr. Mennoch. d. præsump. 67. num. 33. & 34.

30 Limitatur duodecimo, vt non procedat hæc bonitatis præsumptio in Iudice ignaro, & literis carente, quem pedaneum vulgo appellatur, nam pro eo vtique non præsumitur secundum Bald. in l. Tutores, ff. de confirm. tut. Hypolit. de Marsil. singul. 438. Roland. consilio 90. numero 47. volum. prim. Mennoch. dict. præsumptio. 67. numero decimo nono Bouadilla libro quinto capit. primo numero 216. & prædi-

31 ctorum ratio est: quia hic cessat illa ratio, ob quam pro iudice præsumitur, nempe peritia. & eruditio. Cum illi

illi tantum præsumuntur idonei iudices, qui eruditi sunt, & rerum experientiam habent, l.certi, C. de indicijs, & in auth. de iudicib. in principio. & tradit Lucas de Penna. in l. 3. columna 3. C. de apoch. pub. libro 10.

32 Plures alias limitationes afferre potuerimus, quas consulto ommittimus, animaduertentes tamen, quod extra casus in dictis limitationibus expressos, & alios, in quibus à iure dispositum reperitur, non esse pro Iudice, seu Officiali præsumendum: semper probationes contra illos debent esse concludentes, & luce meridiana clariores, ac per testes omni exceptione maiores, vt sæpe dictum est, & consequenter aduersus illos, in visita, seu syndicatu non erunt idonei testes sequentes.

33 Primum inimici ipsorum Iudicum, & Officialium, vt ex Garrerio, & alijs, aduertit Hieronym. Ghiach. dict. suo consilio de syndic. numero 69. 70. & 78. & sequentibus, vbi ampliat prædicta procedere etiam. Si Princeps vellet admittere inimicum in testem, & quamuis inimicitia solum fuisset præsumpta, & ex causa minus probabili: nam in nullo casu testes inimici contra dictos Officiales visitandos fidem faciunt: etenim in testibus recipiendis idem operatur inimicitia præsumpta, sicut vera: secundum Innocen. in capit. cum I. & A. de re iudicata, Bartolus in titulo, ff. de his quib. vt indig. Abbas in capit. repellantur. de Accusa. exceptio enim inimicitiæ non habet parem Practic. Stiach. capit. quinto num. 28. Marsil. practic. criminal. §. diligenter numero 69. Mennochius de arbitra. casu. 78. Quia inimicus testis, nec etiam in casibus exceptuatis, vt lesæ Magestatis Heresis, Simonię, Assasi. nec in priuilegiatis fidem facit, Plot. in l. Si quando, numero 799. C. Vnde vi. Roman. singul. 315. Alciat. de præsumptionibus. regula tertia præsumptione vndecima, Mennoch. casu. 100. Qui de communi testatur. Et in materia syndicatus probant Amodeus de syndicatu numero 190. Dulcetus. in eodem tracta. numero 30. Clar. §. final. quæstione 24. numero quint. Mascardus de probationibus, conclus. 1050. numero prim. & sequentibus, Bouadilla libro quint. capit. prim. numero 6. & nouissimè Doctissimus Ioann. Gallego in suo responso de syndic. capit. 1. numero 39. ac demum id aperte comprobatur, ex Eccles. capit. 11. vbi habetur non esse credendum inimico, imo animus est custodiendus ab eo, quia nequitia inimici, sicut æramentum eruginat, & conseruata rubigine in corde vadit currus, & simulatus quousque nequitiam suam compleat.

34 Secundo si multi de vniuersitate, vel maior pars congregaretur in consilio, contra Officialem ad remouendum illum, quem non eligerunt, Nullus congregatorum in causa syndicatus erit testis idoneus contra dictum Officialem. Parisius de Pute. de syndic. in verbo. Testis capit. 3. Quia inimici reputantur, idem de querelantibus Officialem, dicit Bart. in l. post legatum §. his vero, ff. de his quibus, vt indig. nam querelantes nō debent, nec possunt testificari contra illum super querela aliorum, Cœpol. cautel. 40. quo ad testes de Vniuersitate, vide Fariniac. quæstion. 60. de testibus num. 450. & 451. cum multis, sequent. similiter carcerati, inquisiti, torti, vel condemnati ab aliquo Iudice, non sunt idonei testes cōtra illum. Bertaz. consl. 71. n. 11. Grām. consl. 46. Mascard. de probatio. conclusio. 899. num. 12. Mennoch. de præsuptio. lib.

ʃ.præſumt.42. numer. 17. Cauaſc.de
Brach.regal. part. 5.num. 110. plures
refert Bouadilla lib.5.capit.1.numer.
66.Ioan Galleg.in dicto ſuo reſponſ.
36 de ſyndic. capit. 1. nnmero 40. vbi,
quod non ſunt admittendi teſtes,
qui obtulerunt memorialia, vel qui
inſtigarunt accuſationes, vel mini-
ſtrarunt alios teſtes, aut inſtarunt
querelas,ſiue eas fomentarunt aut in-
duxerunt teſtes, nec ſimiliter viles,
& obiecti, vel condemnati, aut va-
rij, vel ſingulares,intereſſe vt pro-
prium habentes, vel habere cogi-
tantes, contra aliquem, vel aliquos
ex ſyndicandis, de quibus omnibus
late probant Pute.de ſyndic. verbo.
ſuſpicio. numero 3.& 5. & in dict.
verbo.Teſtis capit.3.Dulcet. in eod.
tract. numero 24. 29. & ſequent.
Amode. in ſimil.tract.numero 190.
Auiles. capit. 4.iudic. ſyndic.gloſ.1.
numero 4. Maſcard. concluſio. 165.
numero 6.Suarez Alleg. 18. numero
1.folio 46.Stephan. Aufre.in tracta.
de reprobat.teſtium, numero 27. la-
te Bouadilla, lib. quinto capit.1. nu-
mero 66.Maſtril.de Magiſtrat. libro
6.capit. 2. numero 30.& ſequent. &
Alexand. Rauden. conſilio 49. vbi
enumerat, qui poſsint eſſe teſtes con-
tra Officiales maximè, vbi fuerint
ab eis carcerati,& inquiſiti.
37 Tertio pariter, & qui iudicem
corrupit dando illi pecuniam non
poterit eſſe teſtis contra ipſum Iudi-
cem, ita Bald.in conſilio 479.volu.
4.vbi ait, quod ille, qui dedit Iudi-
ci aliquid, vel promiſsit, non po-
teſt teſtificari contra ipſum, idem in
conſil.353.numero 5. volumen. 5.vbi
quod teſti aſſerenti ſe dediſſe aliquid
Iudici vt talem ferret ſententiam nō
creditur, ſequitur Tiber. Decia. 2.
tom.crimin.libro 8.capit.38. nume-
ro 7.Bouadilla libro quinto capit. 1.
numero 223. ſub litera D. Auiles in
capit.1.præter.gloſ. Dadiuas nume-
ro 27. prope fin. niſi dum ſtaret in
ſyndicatu aufugiſſet ita Maſcard.con
cluſio. 1132. numero 19. Bertrach.in
repertorio teſtium in verbo.corrum-
pens iudicem num.19.Mennoch. de
arbitra.caſu 217.num.25.
38 Quarto in ſumma nota, quod te-
ſtes inhabiles euidenti, vel notoria
inhabilitate, vt cæſi, ſurdi, fœminæ,
impuberes,ſerui,& ſimiles, qui viſu,
verbo, & habitu noti ſunt inhabiles,
reijciendi ſunt, parte opponente;illi
verò,qui ob delicta,vel vitia eorum,
& peſsimas qualitates exceptiones
huiuſmodi patiuntur, vt Aſſaſsini,
Hæretici,excommunicati,inimici,&
ſimiles etiam parte non oponente
reijci poſſunt, Gomez.varia.reſolu-
tion.titul.de proba. delicto. capit.12.
numero 12. Affines vero, & nimium
familiares,& huiuſmodi nequaquam
poſſunt à Iudice ſine partis oppoſitio
ne reſpui, Felin.in capit. intimauit
col. 4. de teſtib. Ioan. Andr.ad Spe-
cul.§. 1. verſiculo ſed quid, Grot. in
tract. de teſtib. part. 3. numero 40.
Farina. eod. titul. quæſtione 63.late
Alfonſus a Villadiego libro 2.titulo
4.quæ perſonæ teſtes eſſe non poſ-
ſunt folio mihi 132. vbi ſubdit; quod
vbi teſtes omni exceptione maiores
requiruntur, Modo cauſa ſit crimi-
nalis, modo ciuilis,ardua, & magni
ponderis,non ſunt idonei teſtes. Cri-
minoſi, homicidiarij, periurij, falſi,
& precio corrupti,fures,raptores,infa
mes,lenones,cōcubinarij, meritrices,
excōmunicati,vſurarij,infideles,blaſ-
phemi, hæretici, proditores, & vitia
corporis laborātes: vt ſūt muti, ſurdi,
furioſi, cæci,Ebrij, mente capti,infa-
mes, Arenarij paupertate, ac egeſtate
multū laborātes, artifices, ignobiles,
obſcuri, & publicani, ac demū quæ-
ſtus cauſa publice in ſcænā prodeun-
tes, Ioculatores, vel populo ſpecta-
cula

cula exhibentes, & publicè derisioni se exponentes, Tragedi, & scænici cantantes in Theatro, & generaliter omnes, qui aliqua infamia, vel suspicione laborant, & de aliquo crimine sunt damnati, quia ij omnes à testimonio repelluntur, vt ibi per eum latius est videre.

39 Quintò ex prædictis infertur, quod si ex dictis vitijs, & defectibus multa in ipsis testibus concurrant, etiam vbi alias negotiũ esset improbabile nulla ratione sunt admittendi, in casibus quantumuis priuiligiatis, nullamque coniecturam facerẽt, nec possent supplère suos deffect⁹ per numerosam eorum multitudinem: vt pulchre resoluit Pedrocha in consil. 17. num. 49. & id ipsum aduertit Anton. Quæsada. cap. 16. num. 10. iuuat glos. in l. dictantibus, C. de testam. huiusmodi doctrinam, & sanam theoricam post Tho. Grammat. Marsil. Socin. & Barbà. recepit Ludouic. Carr. in sua praxi crimin. in text. ibi testibus superatus nu. 41. nec oblitus fuit huius singularis doctrinæ, Hieron. Ghiac. in dicto suo consilio de syndicat. num. 111. vbi dicit huiusmodi conclusionem esse solidã ampliãs eum num. 112. & 116. post Riminal. Cephal. Gabr. Roman. & Grat. etiam vbi veritas aliter haberi non potest.

40 Sextò infertur quoque quod vbi testes sunt omnino inhabiles, & repelluntur à testimonio tunc illorum inhabilitas non suppletur, nec suppleri potest ex testimonio aliorum, quia

41 quod nullum est, suppleri non potest, nec supplementum recipere l. sed. si manente, ff. de præcar. notat. Philipp. Cornel. consil. 42. col. fin. vol. 1. Crauet. consil. 99. num. 10. Grammat. decis. 11. numer. 2. Vrsil. in addit. ad Afflict. decis. 402. col. 2. in prin. Baiard. ad clar. q. 24. n. 128. ad fin. Nam sicut duo cæci, non possunt facere vnum videntem, sed necesse est, quod ambo in foueam cadant, cap. quæ ipsis 38. dist. ita etiam impossibile est, quod testis nõ integer possit alium habilem reddere, cum regula sit trita, quod nemo dat, quod non habet l. si Vniuersæ C. de lega. Absurdum enim esset, quod vnus testis inhabilis, & qui ipse auxilio, & suppletione aliorum indiget, aliorum vitia, & defectus possit supplere, quomodo enim fidem alijs addere poterit, quam ipse non habet?

43 regula nemo plus de reg. iur. & eo magis prædicta procederent quando omnes testes essent suspecti, & paterentur plures exceptiones, & defectus qui eos repellerent in totum à testimonio: nam vtiq; eorum inhabilitas suppleri non poterit secundum Cephal. in cõsil. 169. num. 16. & in consil. 204. nu. 9. Angel. in consil. 128. Anchar. consi. 246. Marsil. consil. 228. num. 22. Cæsar. de Grassis decis. 175. num. 9. Natta consil. 520. num. 18. Bertaz. consil. 41. num. 20. Quod & in causis priuilegiatis receptum est, & etiam si aliter veritas haberi non potest; vt post Socinum Boss. Mennoch. & alios probat Rolan. à Vall. consi. 98. num. 45. & 46. vol. 4.

44 Septimo neq; præpositæ conclusioni obstare poterit, etsi dicatur, quod testium inhabilitas suppletur ex dictis aliorum habilium, vt tenent cõmuniter DD. omnes in l. si quis ex argentarijs. § cogentur, ff. de edendo. vbi Bald. & Angel. dicunt, quod testis valde dignus, & testis infamis, infamia facti plenè probant, quia integra fides vnius supplet defectum alterius, Guillerm. Bened. in capit. Raynuntius in verbo, Mortuo itaque testatore nume. 409. fol. mihi. 111. dicit quod dictum testis infamis, probat si cum alio teste idoneo, & probatæ vitæ concordet, Farina. plures referens in tractat. de testib. quæst. 62. num. 328. inquit, quãdo

do ſunt examinati duo teſtes,quorum
vnus eſſet inhabilis, alius verò pluſ-
quam habilis: quod tunc fit inter eos
compenſatio,& vnius inhabilitas, ac
deffectus ſuppletur ex magna fide, &
45 habilitate alterius. Quia reſpondetur
hanc conclusionem, & ſuppletionem:
tunc procedere, quando ſcilicet talis
deffectus teſtis, qui ſuppletur ex inte-
gritate alterius teſtis non annullat
in totum teſtimonium, ſed debilitat
tantum,ita declarat Crauet. conſil. 9.
num.12.quem refert, & ſequitur Ro-
land. conſil. 98.numer.34.& noſtras.
Cancer.lib.1.cap.20.de teſtib. nu. 61.
Vbi quod inhabilitas vnius teſtis
tunc ſuppleatur habilitate alterius te-
ſtis, quando teſtis inhabilis aliquid
probaret, licet eius fides eſſet dimi-
nuta: quod verificari poteſt in exem-
46 plis relatis per Farina. quæſt. 62. nu-
mer.330. de teſtib. in teſte ſcilicet Af-
fine,& Conſanguineo, in teſte Fratre,
in Domeſtico, in Colono, Amico, in
Paupere, in Aduocato, in Sollicitato-
re,Proxonetà, & alijs, quorum fides
licet propter illorum inhabilitatem
diminuta ſit, cæterum ſuppletur ex
fide alterius teſtis magnæ fidei, vt
47 ibi per eum, quando verò teſtes om-
nino fuiſſent inhabiles, vtpotè He-
retici, Aſſaſsini,Excommunicati, Ini-
mici, & ſimiles de quibus ſupra nu-
mer. 33. & ſequent. diximus. Qui in
totum repelluntur à teſtimonio,tūc
illorum depoſitiones non ſupplentur
ex habilitate, & magna fide aliorum
teſtium,etiam omni exceptione ma-
iorum, vt ex pluribus, quos allegat
probat idem Farin.d.quæſt.62. num.
317.340.& 341.

48 Octauò licet, huiuſmodi ſupple-
tio teſtium admittatur, vt modo di-
ximus veruntamen illa non admit-
titur, niſi in cauſis ciuilibus, non
verò in criminalibus, neque in ciui-
libus grauibus, & arduis vt ſcripſe-
runt Iaſ.in authent. ſi verò continge-
rit numer. 6. C. de iudic. Marſil. ſin-
gul. 477. verſiculo, limita tamen, &
conſil.109.num.6. Grammat. conſil.
1.num.4.& conſil.45.num. 30. & de-
ciſ.11.numer.2.Gabr. titul.de teſtibus
concluſ.6.numer.5.lib. 1. Alios refert
49 concordantes Farina.d. quæſt.62.nu-
mer. 311. & 313. vnde cum cauſæ viſi-
tationum,& ſyndicatus graues, & ar-
duę ſint, & ſic cauſis criminalibus
æquiparentur;quinimò, & crimina-
les eſſe probauimus. Hinc inde ex
eo ſequitur, quod in illis neque inha-
bilitas vnius teſtis, ex adiuncto, nec
deffectus teſtium ex numero ſupple-
ri poterit, ſaltim ad condemnandum
Officiales, cum talis ſuppletio in cri-
minalibus, ad condemnandum fieri
nequeat,ſed ſolummodo ad torquen-
dum, vt per Grammat. conſil. 1. nu-
mer. 5. Carrer. in practica. titulo de
inditijs, & tortura, §. in textu ergo,
ibi teſtibus ſuperatus, numer. 46. &
in.§. vltimo an teſtis 6. Natta con-
ſil. 362. num. 10. Bertaz. conſil. 474.
num. 3. & 4. lib. 2. Burſat. conſil. 430.
num. 23. lib. 4.

50 Nonò notandum eſt, quod ad
defentionem, & innocentiam ip-
ſorum Officialium detegendam, vti-
que teſtes inhabiles admitti poterunt
vt latè probat, Anton. Gomez. va-
riarum reſolutio. tomo 3. capit. 12.
rubric. de probat. delicto. numer.
23. vbi teſtatur de æqua, & commu-
ni opinione Franciſcus Marc. deciſ.
423. numer. 23. Maſcard. de probat.
lib. 2. concluſ. 904. numer. 1. & lib.
3. concluſ. 1359. numer. 16. plures
alios refert Farina. d. quæſtion. 62.
51 numer. 90. Et hinc dicitur, quod
pro Iudice admittuntur teſtes de ſua
familia, quando quæſtio non tan-
git eos l. conſenſu §. ſuper ſeruis,
C. de repud. Rondinel. de ſyndi-
catu, numero 148. & ſequentib,
& etiam

& etiam quando veritas ab alijs sciri non potest, Caualcan. de Brath. regal. part. 5. num. 112. & in practica de testib. part. 3. num. 23. vbi subdit, quod in causa syndicatus pro, & contra Officialem creditur testibus domesticis, si sint viri probi, allegat. Inno. & Cano. in cap. in litteris, de testib. Marsil. in practic. §. 1. num. 10. dicens, quod ista qualitas probitatis debet probari, vt ibi per eum.

52 Decimo hinc adaptari etiam poterit, quod contra Officiales syndicandos non admittantur inditia, quantumuis indubitata, vt ex recepta sententia, post Decium aduertit. Hieron. Giach. in d. consil. de syndicat. num. 107. Ioseph. Cumian. in practicar. de syndicat. cap. 24. sub tit. de sententijs, n. 20. & 21. Vbi nec augeri nec minui posse pœnam contra Officialem Syndicandum resoluit, etiam si præsumptiones extent violentæ, contra illum, & versemur in delictis difficilis probationis, & in quibus veritas clarius haberi non potest, quem refert, & sequitur, Ioan. Galleg. in dicto suo responso de syndicat. capit. 1. num. 34. & 38. Vbi extendit prædicta maxime procedere, vbi agitur de priuatione officij, quod est pœna ordinaria indicta Officialibus; & etiam quod ciuiliter agatur, referens sibi ita fuisse nuntiatum in Rota Romana decissum fuisse coram Reuerẽdo P. Penna. 17. Ianuarij 1597. & in alia coram Reuerẽdo P. D. Blanqueto 7. Februarij 1596. Quibus accedunt, quæ notat. Ioseph. de Sese in suo responso de syndicat. num. 42. & 43. Vbi subdit, quod causa syndicatus in qua agitur de priuatione officij dicitur criminalis, & ideo in ea contra Officialem non sufficiũt præsumptiones, sed liquidissimæ probationes.

53 Vndecimò accedit prædictis, quod ad conuincendum Officialem de furtis, baratarijs, & concussionibus non sufficeret probatio irregularis, & priuiligiata, quæ fit per iuramentum partis querelantis, præcipuè: quando Officialis non fugit à Syndicatu. teste Ioann. Andr. in cap. Pia. in. 6. de except. Alexan. consil. 119. num. 9. vers. est notandum, vol. 2. Ias. in l. si quando, num. 9. C. vnde vi Angel. in l. 1. num. 2. C. vbi de ratio. agi oportet, Alexã. Raud. plures referens in dicto responso, 49. num. 73. Auil. in cap. 1. prætor. glos. Dadiuas, num. 27. fol. mi-
54 hi. 58. Vbi quod iuramentum in supplementum probationis in isto casu defferri non potest, nec debet, Rondinel. de syndicat. num. 137. quem refert & sequitur Caualcan. de brach. regal. part. 5. num. 111. Nisi in casu quo fuisset probata violentia, & compulsione ipsius Officialis concussionem committentis, vel dum staret in syndicatu aufugisset, quia tunc delationi iuramenti suppletorij vtique locus esset, aliter secus, not. in terminis Mascard. de proba. conclus. 1132. num. 16. & 17. Auil. d. glos. Dadiuas, num. 28. Rondinel. de Syndic. Official. num. 70. Vbi loquitur quando actores sunt plures, licet in diuersis causis, Fran. Marc. decis. 648. num. 1. & decis. 685. num. 4.
55 Fuga enim Officialis tempore syndicatus operatur, quod furta, peculatus, & extorsiones per solum iuramentũ aduersus ipsum probentur, quæ alioqui per testes plene deberent probari si fugæ se non dedisset, vt post Angel. Ias. Roma. & alios not. Mascard. conclus. 821. num. 2. vol. 2.

Duodecimò quia Officiales, vt plurimum querelantur de baratarijs per eos in eorum officijs commissis, vi-
56 dendum igitur est, qualiter Baratatia aduersus illos probetur, & dicendum
57 est, quod in hac materia duplex probatio per Doctores consideratur, vna siquidem vocant irregularem, quæ est

illa

illa, quæ fit per testes singulares; & aliam regularem, quæ per duos testes in facto alieno contestes fit, ita distinguit Bouad. plures referens lib. 5. c.
58 1. n. 220. & 223. Quo vero ad probatione regularẽ pertinet dicendũ est, quod ad probandum hoc crimen Barataria requiruntur ad minus duo testes de visu contestes omni exceptione maiores, in facto alieno deponentes, quia tot testes sufficiunt ad probandum crimen contra Papam, vt probatur in c. quoties vbi Abb. n. 1. & c. licet ex quadã de testib. c. debitũ de bigamis, gl. singularis in c. præs. 2. q. 4. quæ ait: *Et sufficiunt duo testes ad probandum crimen contra Papam.* In quocunque enim negotio duo testes sufficiunt, dicit text. in cap. in omni negotio de testib. cap. delatum. 2. de testam. Auenda. in capit. 2. Prætor,
59 num. 19. versiculo, itaque, & tales testes concludenter debent probare: quia in hoc crimine concludens clara, & certa probatio requiritur, vt notat. in authent. vt litig. iur. § hæc quidem, Bald. in l. obseruate. § proficisci, ff. de offic. Proconsul. Grammat. cons. 35. num. 17. & 36. Tiber. Decian. in 2. tom. crimin. lib. 8. cap. 38. nume 1. 1. & sequent. Amod. de syndicat. num. 168. Olanus in antynomijs pag. 4 6. n. 48.
60 & Bouadill. d. lib. 5. c. 1. 120. inprin.

Cæterum quo ad aliam probationem irregularem, quæ per testes singulares fit. Ego sic distinguendum puto, aut agitur de probanda barataria, aduersus Officialem præheminentẽ, virum integræ, magnæq; fidei, & opinionis solitum habere manus mundas, aut alium non æquè idoneum, Imò turpe, & male viuentem, & in officio debitum, & solitum ordinem non seruantem, de pluribusq; Baratarijs per plures testes singulares adminiculatos grauatum, primò enim casu crederem Batatariam non censeri probatam, nedum per testes singulares, ad tradita per Bouadill. lib. 5. cap. 1. num. 231. verum nec per duos testes de eodem facto deponentes, pro vt ita doctissimè declarat Pegna. in directorio Inquisito. in. 3. part. quæst. 71. pag. 666. hunc in modum reducens opiniones ad concordiam, quem refert, & sequitur Alexan. Raud. In responso. 49. num. 16. & 33. dicens regulam diuini, & humani iuris disponentem in ore duorum, vel trium stare omne verbum procedere, & locum habere, quando detruncatio, seu diminutio, ac bona fama, spectataque virtus asserti rei cessat, secus si ista duo concurrant, referens durum esse, & non tutum, hominem bonæ opinionis ad vocem duorum testium damnare; & hinc Hieron. Giach. in suo respons. de syndicat. num. 86. dixit contra personam publicam duo testes non sufficiunt. In secundò autem casu vbi legitime constiterit Officialem turpe, & malè se gessisse In officio, nec integræ famæ, & opinionis esse, cum tunc non sit bene pro eo præsumendum: sed omne malum, vt dicit Lucas de Penna, in l. si coloni C. de agrico. & censit. lib. 10. subdens de malo iudice malè esse præsumendum. Specul. in titul. de Iud.
63 delegat. in. §. excepi potest, vbi quod Officialis in quo nõ est iustitia, nomẽ Officialis non meretur, cui confert illud vulgatum carmen. *Si Re priueris, nec nomen habere mereris.*

Hinc ideo fit, quod aduersus talẽ Offi-
64 cialem vtiq; sufficeret testes singulares adminiculati singularitate adminiculatiua, qui vbi plures numero fuerint, & integri testes, & opinionis essent, nec ex eorum dictis intenderent aliquod commodum, nec lucrum querere ab Officiali visitato, tali casu crederem prædictis concurrentibus, ac etiã alijs

alijs adminiculis, & circunstantijs in
sua specie perfectè probatis, tales testes
probare dictum crimen Baratariæ ad
minus semiplenè, & quandoque plus-
quam semiplenè, secundum quod ani
mus Iudicis moueretur plus, & minus
ad præsumendum, seu indubitanter
credendum, ad tradita per Cacialup.
in l. admonendi n. 92. versic. testes sin
gularitate adminiculatiua, ff. de iur.
iurand. Gabr. tit. de testibus lib. 1. con-
cl. 62. num. 65. & sequent. vbi de com-
muni. Contad. in practic. §. 2. de offic.
Prætor. in cau. ciuil rubr. de singulari-
tate testium, num. 23. ad finem Rolan.
consil. 33. num. 10. iuncto num. 22. ver-
siculo, vlterius, lib. 2. Monticel. in re-
piti. testi. rubric. singulares testes an,
& quando probent fol. 199. col. 1. ver-
siculo tertio, Alexan. consil. 72. num.
7. & consil. 107. col. fin. lib. 1. & consil.
174. vol. 2. Crauet. consil. 73. numer.
29. & facit glos. in §. necessitatem in
authentic. vt Iudic. sine quoquo suf-
frag. collatio. 2. in verbo, ostenditur;
65 vbi tenet quod plures testes singula-
res deponentes de per se de furtis Ba-
ratarijs, & extorsionibus probant con
tra Iudicem, quam glosam ad hoc cō-
mendat Angel. in additio. ad Bald. in
l. obseruare. §. proficisci, ff. de officio
proconsul. & sequuntur Marsil. con-
sil. 61. num. 32. Passet. consil. 181. &
Bob. Auil. in cap. 1. Prætor. glos. Dadi-
uas, num. 28. vbi eam amplectit maxi-
me concurrentibus alijs adminiculis,
& circunstantijs Mastril. in tractat. de
magistr. lib. 6. c. 2. n. 33. & in terminis
Bors. consi. 94. n. 8. quē refert, & sequi
66 tur Fari. q. 64. n. 296. Quia Barataria
probatur sicut dolus, indicijs scilicet, &
coniecturis l. dolum, C. de dolo. Boer.
decis. 101. Crauet. consil. 8. & consil.
316. Ptor. in l. si quando numer. 76. C.
vnde vi Baiard. ad Clar. q. 73. n. 18. Et
67 eo magis tales testes singulares vtique
probarent; quando vnus deponeret
de veritate facti; alij de pluribus con-
fessionibus Officialis in diuersis lo-
cis, & tēpore factis, alij de fama pubil-
ca, & alij de alijs adminiculis, & con-
iecturis. isti enim testes licet, singula-
res sint, nihilominus coniunguntur,
& probant, quia vnus alteri non ad-
uersatur, sed adminiculatur, cum om-
nes tendant ad eundem finem, ad
tex. in l. qui sententiā C. de pœnis ibi:
*Aut sua confessione; & testes in
vnum conspirantes concordantesq;
rei finem.* Et notant. Bald. in c. licet
causam post. num. 11. extra. de pro-
bat. Felin. in capit. licet ex quadam.
col. 4. versiculo, modo aduerte; & ver
siculo, hæc etiam eleganter, extra de
testib. Francis. Curt. in tract. de testib.
concl. 46. n. 92. Masc. de proba. concl.
379. n. 9. & 10. & 15. & 16. vbi alios plu
res refert, Petra. de fideic. q. 12. n. 489.
& 515. Thom. Triuis. decis. 52. num. 4.
lib. 2. late Farina. quæst. 64. num. 113.
68 114. 134. 138. & 147. Qui plures ad pro
positum allegat; verum probatio, quæ
inducitur ex dictis testibus singulari-
bus, non erit sufficiens ad condem-
nandum ipsum Officialem ad pœnā
ordinariam; & sic ad priuationem of-
ficij, quæ in Officialibus ordinaria est,
vt supra diximus, & probat Farina. d.
quæst. 64. num. 126. 156. & 301. & no-
uissime post multos quos refert Ioan.
Gallego in dicto suo responso de syn-
dicat. cap. 1. num. 54. vbi, quod multi
testes singulares non faciunt semiple-
nam probationem, nec coniunguntur
in criminalibus ad condemnandum,
quinimo, & vbi in ciuilibus coniungi
possent, adhuc requiritur, quod sint
omni exceptione maiores, & quod hęc
qualitas articuletur, & probetur per
alios testes; aliter autem minime con-
iunguntur; & multo minus, quando ta-
les testes singulares, plures deffectus pa
tiuntur; vt latissime probat Borgon.
Caualcan. decis. 19. num. 27. & 28. qui
plures refert.

Decimò

Decimò tertio successiue hic aduertendum est, quod Mediatores in crimine Baratariæ, etsi duo testes con testes sint non probant, in terminis probat, Bouadill. plures referens lib. 5. cap. 2. num. 52. Amode. de syndicatu. num. 168. Anton. Rondinel. de syndicatu. numer. 69. Grammat. consil. 35.
70 num. 15. & 44. vbi hinc inde relatis, & reprobatis contrarijs concludit, quod mediator, & particeps Baratariæ non facit inditium contra Officialem etiã iũctis adminiculis, sequitur Boss. in tit. de opposit. contra testes. num.
71 58. & sequent. vbi de illo mediatore, qui deponit pecuniam ad Iudicem detulisse, dicitque hunc talem nullam fidem facere, etiam quo ad torturam Decian. in tractat. crimin. lib. 8. capit. 38. num. 2. Hæctor Emil. in tractat. de testib. in rubric. testis barátariam deponens num. 13. in fine. Bertazol. consil. 71. num. 34. & consil. 81. numer. 13. Auiles in cap. 5. Syndicat. glos. fin. nu. 2. Azeued. in l. 10. num. 19. tit. 7. lib. 3. Surdus decis. 309. num. 1. plures alios refert Thom. Triuis. decis. 49. num. 58.
72 lib. 2. Vbi in distincte tenet quod Mediatores non sunt idonei testes, quod maxime procedit, quando contra Of-
73 ficialem proceditur criminaliter, quia tunc mediator Baratariæ non admittitur in testem: vt in cap. per tuas de simonia tenet Cataldin. in tractat. de syndicat. quæst. 64.
74 Si vero ciuiliter proceditur tunc mediatores Baratariæ probant, vt in cap. 1. de testib. in 6. Catal. in dict. tractat. de syndica. quæst. 66. num. 39. in fine. Amodeus in eodem tractat. n.
75 168. tamen hoc intelligitur nisi patiãtur plures deffectus, & exceptiones, etenim vbi testes plures patiuntur exceptiones, est vtique certum non probare contra Officialem, etsi aliter veritas haberi non possit, secundum Socin. Sen. in consil. 118. nu. 8. lib. 1. Marsil. consil. 102. Grammat. consil. 35. nu. 34. Mascard. concl. 1132. num. 20. vol. 3. late Roland. a Vall. consil. 3. numer. 48. vol. 3. & consil. 57. num. 41. lib. 4. Farina. quæst. 62. num. 381.

76 Decimòquarto est etiam speciale in hoc crimine Baratariæ, quod illa probari possit per testes Domesticos, & Familiares Iudicis, secundum Frãciscum March. decis. 648. numer. 3. & decis. 685. num. 6. part. 1. Mascard. de probatio. conclus. 166. num. 3. vbi inquit, quod familiares Iudicis, tam actiuè, quam passiuè probant Baratariam Hector. Emil. in tractat. de testib. in rubrica, testis Baratariam deponens, nu.
77 14. & 15. Quam conclusionem procedere crederem vbi constiterit, & probatum fuerit dictos testes domesticos, & familiares fuisse integræ opinionis, & famæ: nam cum aduersus Officialem syndicandum non admittantur testes nisi omni exceptione maiores: Hinc inde fit, vt dictis testibus domesticis, & familiaribus, qui aliquando sunt vilissimi, & omnium vitiorum genere aspersi, non adhibeatur fides nisi prius probata illorum optima fama, & opinio: vt per Mascard. de probatio. conclus. 1132. num. 15. vol. 3. bene Molina de primogenijs lib. 2. capit. 2.
78 num. 30. nam quotiescunque optima fama testium seu opinio est causa inductiua probationis, de optima opinione testium est probandum, vt fidẽ faciant, sequitur Bouadill. plures refe-
79 rens. lib. 5. cap. 1. num. 224. in fine, vbi subdit prædicta male practicari, nesciens qua ratione non animaduertitur, tam per Iudices Visitatores, quam per querelatos: tu tamen id obserua, cum aliter non diceretur legitima, & perfecta probatio contra Officialem visitandum.

80 Decimòquinto, quia Iudices, & Officiales quandoque onerãtur in visita de cõcussione extorsione, & dolo ideo videndum est qualiter concussio extorsio, & dolus probetur, & breuiter

dicas

dicas, quod concussio in probando metum Officialis consistit, & ea non præsumitur, ac propterea, qui allegat per metum soluisse pecuniam Officiali, debet metum concludenter probare, quia ex sola dignitate seu ex solo Officio, seu superioritate, metus nō præsumitur. Secundum Paris. de Pute. de syndicat. in verb. Iudex, capit. 7. numer. 8. in fin. & sequent. quem refert, & sequitur, Farina. quæst. 111. artic.
81 3. n. 55. Ideo ad ipsum metum probandum requiruntur vere, & liquidissime probationes, adeò quod nec præsumptiuæ sufficerent, vt docent Bero. consil. 89. n. 25. vol. 3. quem refert, & sequitur Bursat. consil. 72. n. 18. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 1053. n. 7. & 14.
82 vol. 3. Vbi admonētur aduocati in probando metu qualiter articulari debēt. Similiter extorsio, & dolus Iudicis clarò probari debet iuxta terminos, l. sciant cuncti, C. de probatio. maximè quando ageretur criminaliter: nam tunc non sufficerent præsumptiones etiam violentæ: secus si ciuiliter glos. communiter approbata in l. iurisgentium. §. quod fere, ff. de pact. secundum Boss. in tit. de Officiali corrupto. num. 14. Ioseph. Cumian. in practic. de syndicat. cap. 14. nu. 33. Farin. quæst. 111. n.
83 382. & 383. Dolus enim Iudicis, vt detegatur, debet quis agere ex antiquis actis, non ex nouis, nam ex nouis probationibus Iudici non cognitis, illius dolus argui non potest cum ignorans in dolo non versetur l. 1. ff. de dolo, & refert Mennoch. de arbi. iudic. lib. 1. q. 72. num. 2. pariter etiam probatur dolus Iudicis ex illius verbis, nempe si dixisset, se velle ferre sentētiam odio, vel amicitia, vt traditum est à Paul. Castren. in l. seruo inuito. § cum prætor. num. 2. ff. ad trebellian. probatur quoque per euidentem iniustitiam, vel iniuriam, siue gratiam, vt dilucidè respondit Vlpian. in l. si filius familias ff. de iudic. & ex traditis ab Alex. in consil. 121. num. 11. lib. 2. & refert sequendo Ange. ita tenētem in sua disputatio. Duo ad inuicem litigantes, & Petr. de Anchar. in sua disputat. incipien. cum, C. laycus probata enim in-
84 iustitia censetur probatus dolus, dicit Ioan. Philip. Testay. alleg. 9. num. 54.
85 210. & 211. vbi, quòd ex multiplicatione iniustitiæ, & transgresione legum dolum etiam probatur, qui quidē dolus probari quoque poterit contra Iudicem ex capitali inimicitia, quam gerit cōtra quem tulit sententiam, vt docuit Bal. in l. cū a te. vers. quæro quid, ff. de dolo, & in consil. 217. nu. 9. lib. 2.
86 Ac denique probatur dolus contra Iudicem, quando iuris ordine non seruato fulminatur, & parte non citata contra aliquem processisset, vt cauit Marcellus in l. lex Iulia. §. fin. ff. ad l. Iuli. repet. post glos. in verbo calore, & sancitum est in capit. 1. de re iudic. in 6. & in capit. Conquærente de Rest. Spoliat. Alexand. post glos. in l. iuste possidet, ff. de acquir. possess. Augst. Bero. in cap. super literijs, num. 71. de
87 Rescrip. In administratore etiam probatur dolus, quando facit aliquid ad incommodum eius, cuius bona administrat: vt placuit Crauet. in consil. 142. num. 15. & similiter in dolo est is, qui ignorat id, quod omnes intelligūt vt in l. latæ, ff. de verborū signif. Bar. & alij in l. quod Nerua, ff. depositi quibus accedit Grat. in consil. 25. incip. videtur hæredes, numer. 19. volu. 2. Et quando quis non facit quod facere debet, vel obligatus est, nam tunc præsumitur dolus teste Crauet. in consil. 293. num. 2. per l. si procuratorem. §. dolo. l. dolus, ff. mand. l. 1. §. est autem apud, ff. deposit. l. dolo, ff. ad l. Falcid. Mennochius de arbitrar. casu 208. num. 35. alios refert Mascard. de proba. conclus. 532. n. 24. Farin. q. 89.
88 n. 95. & 96. Vbi quod dolus præsumitur in eo, qui nō facit illud quod ratione sui officij facere tenetur, vel nō est

vsus remedijs opportunijs,& nu. 120. & 121. inquit, quod ex festinantia seu celeritate,& nimia, & insolita diligẽtia, dolus quoque præsumitur, plura alia de dolo,fraude, culpa: & de illorum probatione videre poteris apud Farin.quæst.88.& 89.per tot. & Mascard.dict.concl.532.per tot.

89 Illud tamen super hac doli probatione est animaduertendũ,quod testes de dolo deponentes, debent etiam nõ interrogati dicti sui rationẽ reddere:
90 quia dolus est inuisibilis quædam qualitas animi:quæ sensu corporeo nõ ita facile percipitur ita voluit Bert. cons. 103. Nihil reperio probatum num. 2. vol.1.Mascard.de proba. concl. 1369. n. 28. & prædicta maxime procedunt in actu visitationis, vbi etsi ciuiliter fiat discusio,adhuc debet reddi per testem ratio concludens,etsi interrogatus non sit:quia in omnibus causis arduis,vtpotè de officij priuatione,& de fama, & nomine tangentibus debet reddi ratio à teste,etiam non interrogato,vt doctè aduertit post Hyppo.de Marsil.Alfons.de Azeue.in l. 11.tit.7. lib.3.num.8.Decius,in cap.dilecti,nu. 20.versic.2. de appella.& optimè not. Ioan.Galleg.in suo respons.de syndicat.cap.1.num.46.& 47.

91 Decimò sexto operantur etiam Iudices,& administratores de negligentia,videndum igitur est, qualiter negligentia aduersus eos probabitur, & dicendum videtur, quod negligentia probari non possit directè per testes: negligentia namque non est aliquod ens formatum, quod sensu corporeo percipi possit, vt tenet Angel. in l. testium, C. de testib. Mennoch. plures referens de recup. possess. remed. 7. quæst. 5. vbi dicit testes simpliciter asserentes aliquem negligentem fuisse, in aliquo actu peragendo potius iudicare, quam testificare dicendos fore,exeoq; eorum dicta inualidari posse, & eandem sententiam tenet Mascard.conclus.1088. num.7. & pro his facit, quia non entis nullæ sunt qualitates.l.nam, & si sub conditione,ff. de iniust. rup. Ergo cum ista negligentia sit qualitas,non potest stare sine subiecto, hoc est sine ente l. eius qui in prouincia,ff. si cert.peta. l. in testamento,ff. de cõditio. & demo-
92 stra, Ideoq; qui negligentiam probare intendit, eam per indirectum probare debet, articulando illos actus, in quibus in negligentia fuisse, quilibet
93 arbitrabitur, vt puta in Iudice, qui requisitus a parte,per tres vices, cum importunitate instanter, & instantissime, ac pluries,quatenus, eo quia in causa fuit conclusum, & ad sententiã assignatum, & processus bene compositus, & ordinatus fuit eidem traditus causam expediat, & sententiam
94 proferat, & sic legitime, & congruo tempore interpellatus id facere neglexerit, aut obmutescens renuerit supplicatis, & protestationibus respondere,ex talibus si quidem actibus concludens negligentiæ probatio apparuerit, talisque Iudex de negligentia, & denegata iustitia conuictus remaneret ad tradita per Boss. in tit. de Official. corrup. numer.25.& sequent. Ioseph.Cumian.de syndica.cap.9.num. 16.Ioann.Philipp. Testay. allegat.9.
95 num.201.& 202.Sforcia,Oddus de restit.in integr.quæst.68.artic.5. nu.38. & 39.vbi post Ioan.de Amic. in cons. 135.numer.7.subdit quod Iudex tunc dicitur fuisse negligens, quando post duos menses à die cõclusionis in causa stetit,quominus causam expediret, & maxime si pars instanter petierit causam expediri.

96 Similiterque in administratoribus offerri poterit exemplum, quando scilicet debitores soluendo essent tempore, quo venit solutionis dies, & multo post, & cum possent ab illis debitum recuperari tempore congruo, id facere omiserint debi-

debitoresque interim effectos fuisse non soluendo, ex text. in l. Chirographis, ff. de administrat. tuto. ibi: *Si probatum fuerit eos tutores hoc per dolum, vel culpam prætermisisse, præstari ab eis hoc deberi.* Vbi Bart. tunc administratorem in dolo, vel culpa fuisse reputat, quando cum posset debitores conuenire, illud facere neglexit per text. iuncto glos. in l. 2. C. arbitra. tutel. Damaude-
97 rius de tutore capit. 7. num. 38. Baeça. de decima. tuto. capit. 2. numer. 111. Et loquendo in negligencia probanda, quam habuit tutor in non collocandis pecunijs pupillaribus, idē tenet Bart. consil. 102. numer. 1. Angel. consil. 70. circa fin. Mascard. d.
98 conclus. 1088. numer. 8. & 9. vbi, quod testes de negligentia deponentes super illa deponere debent ad instar negatiuè, cum contestatione certi loci, & temporis allegat text. in capit. cum Ecclesia, sutrina de caus. poss. & proprietat. glos. in l. optimam, C. de contrah. & commit. stipul. Hercul. in suo tractat. de proban. nega. num. 260. vbi de communi ne-
99 statur. Quinimo, & tenentur dicti sui, etiam non interrogati, rationem reddere, aliter non probarent: vt notat. Bart. in consil. 73. incip. clarissime Domine, pro vt illum refert, & sequitur Bald. in l. solam, num. 12. versic. Item testis deponens de negligentia, & Salicet. numer. 5. C. de testib. Ias. in l. cum hi §. vult igitur num. 3. vers. sexto fallit, ff. de transact. Campeg. de testib. reg. 192. in decima quarta fallentia Boss. in titul. de oppos. contra testes num. 78. Mascard. de probatio. lib. 3. conclus. 1369. num. 35.

Decimò octauò licet dictum fuerit, quod in causis querelarum Officialium ad offensam testes debent esse omni exceptione maiores, & probationes luce meridiana clariores ex ratione text. in l. fin. C. de proba. l. adiectos, C. de appellat. canon. sciant cun-
100 cti 2. quæst. 8. Verum ad defensam ipsorum Officialem, & ad illorum innocentiam probandā debiliores probationes sufficerent ad not. per Masca. de proba. cōcl. 867. n. 18. & seq. vol. 2.
101 Quia adeo innocentia rei, est priuiligiata, vt probatio dubia, & minus cōcludens sufficiat, ita Bar. in l. non solū §. sed vt probari num. 2. & 3 ff. de noui oper. nunt. Afin. inter crimi. diuers. tom. 2. consil. 110. num. 7. circa finem, latè Cephal. consil. 140. nu. 11. & seq.
102 lib. 1. Imò, & solis præsumptionibus innocentia rei plure iustificatur. Bart. in l. fin. § de illo, num. 2. ff. de bon. eorum qui ante senten. mortem sibi cōsciue. Cepol. consil. ciuil. 60. num. 6. Marsil. consil. 51. num. 47. Crauet. consil. 119.
103 nu. 19. Mascard. concl. 904. nu. 16. Et ideo ad illius probationem admittuntur testes domestici familiares, ac minus idonei, Speculat. in tit. de Inquisit. §. 1. num. 12. Boer. decis. 165. nu. 7. Et, quod consanguinei, affines, domestici familiares amici, inhabiles, & minus idonei admittantur pro reo ad probādum eius innocētiam, firmant Gram. decis. 56. nu. 15. in fine, & seq. Cephal. consil. 140. num. 8. & seq. lib. 1. Boss. in tit. de crim. læsæ Maiest. n. 114. & seq. Hercul. in tractat. de proband. nega. num. 325. Ant. Gabr. in suis conclusio. tit. de testib. concl. 10. num. 2. & 64. & conclus. 3. num. 12. & latius in titul. de crimin. conclus. 22. per totam, & post alios multos idem probat. Mascard. conclus. 401. num. 6. & sequent. vol. 1. & dict. conclus. 904. nu. 1. cum multis seq. latè Mennoch. de præsumptio. lib. 5. præsumpt. 3. num. 50. & seq. Thom. Triuis. decision. 49. numer. 53. libr. 2. Qui loquitur in teste domestico, Auc-
104 dany. in dictionario in verbo. Amigo, vbi affirmat amicum ad defensam esse testem omni exceptione maiorem. Sequitur Vilalobos in Antono.

tonomia verb. Amicus, num.52.fol.2. vbi testatur de communi, Bouadill. lib.5.cap.1.num.65.in fin.Ioann. Galleg. in dicto suo responso de syndicat. cap.1.num.50.Farin. quæst.55.nu.115. Vbi quod amicus Potestatis,& Officialis potest esse testis in syndicatu pro suo Potestate, & Officiali, & similiter Domestici ipsius Diaz. reg.746. post octauam limitationem vbi ex Paris. de Pute. in loco per eum citato facit conclusionem; quod ad probandum innocētiam Iudicis, qui per fiscum de crimine impetitur, admittuntur eius familiares, Campeg. de testibus reg.

105 11.in 25.fallent. Hinc licet Birroarij in criminalibus, & causis grauibus, testes esse non possint, vt communiter a Doctoribus receptum est, vt videre est apud Bald. in l. fin. in 8. quæstion. C.de edict.diui.Adrian.tollend.quem & alios plures allegat. Farina. quæst. 56.num. 371. quod maxime procedit quando fuerint familiares producentis, vel vilissimi, vt notat.idem Farin.

106 ibidem num. 372. Nihilominus quādo deponunt ad alicuius innocentiā probandam, & sic ad defentionem tunc vtique admittuntur, & probant, vt per Hippol. Riminal. qui generaliter hanc ponit limitationem in con-

107 sil.183. num.9. lib. 2.& sequitur Paul. Granut. Theorem.19.num.10.in fine. Et maxime admittuntur quando ad defensam deponunt pro suo Potestate in syndicatu, secundum Bald.in l. etiā num.5.& ibi Salicet.C. de testib. Angel.in l.sciendum,ff. de vsur. vbi asserit se euasisse Potestatem à syndicatu propter testimonium Birroariorum Paris.de Put.de syndic. in verb. testis numer.2. Amod.de syndicat. numer. 193. Aufre. de testibus numer. 12. verb. Birroarius, Lamfran. de testibus numer. 64. versicul. quid de Birroario, Bursat.consil.216.num.87.lib.

108 2.Mascard.concl.189.n.38. Et cò magis tunc faciunt fidem, quādo non stāt amplius ad seruitia Potestatis, & vere recesserint ab eo. Secundum Bald. & Salycet.in d.l.etiam,C. de testib. Bursat.consil.331.num.44.lib.3.Mascard. d.conclus.189.n.21.& sequent.& non fuerint adeo extremæ vilitatis, vt notant prædicti DD. in locis præcitatis.

109 Illud tamen est in his obseruandum: quod vbi testes amici, consanguinei, familiares, & minus idonei admittuntur in reorum defensionibus, tunc id solum considerari debet, numquid depositiones huiusmodi alteri, quam fisco præiudicium afferant, nam si alteri præiudicant, testes illi non recipiuntur, si verò prosint reo, & non nocent alteri, quam fisco, tunc pro idoneis habentur, nec attenditur præiudicium fisci, qui solum tractat de penali, & odioso lucro cum alterius iactura, & hoc est, quod in effectu dicere voluit Bald. in l. parentes num. 6. & 7.C.de testibus, & Salicet. ibi num.2. & post eos. Aretin. in l.qui testamento.§ quæcunque.num.6. ff. de testam. & magis clare Gram. in consil.12.nu.

110 19.& 20.Farina.quæst.62.nu. 93 vbi quod testes inhabiles defentionem nō probant, quando ad partis querelam proceditur, nec etiam plenè probant, quando reus esset grauatus pluribus inditijs, & sic valde inditiatus, vt bene notat. Ghirlan. de relaxa. Carcera. titulo de absolu.Inno.quæstion. 3. versiculo. Hæc tamen limita.Carrer. in practicar. in tractat.de inditijs, & tortu.§. in text.ergo ibi testibus superatus n. 51. Iulius Clar. in practic.§.fi.

111 numer. 20. versiculo. Item scias subdit, quod Iudicis religioni relinquitur, quanta fides isto casu sit adhiben-

112 da testi inhabili; quando verò Officialis querelatus haberet contra se aliquos testes examinatos, velletq; illos testes reprobare, tunc testes reprobatorij debent esse omni exceptione maiores, nec sufficerēt testes cōsanguinei, amici, domestici, & alij minus idonei, etiam

etiam quod agatur de innocentia ipsius Officialis querelati, vt per Mascard. qui alios refert, d.conclus.904. num.11.Gram.consi.12.num.31.Boer. decis.40.num.130. Rot.in tit. de rescript. in antiquis decis. 22. Farina. d. quæst.62.num.23.& 91.

113 Decimò nono, testes nec nouæ probationes in visita, seu syndicatu recipi non debent contra Iudicem visitandum super meritis causæ principalis, nec sententijs ab eo latis, vt in terminis notat.Bouadil.lib.5.cap.3.num.52.
114 bene tamen poterit Iudex in syndicatu ex nouis allegationibus,& probationibus defendere suam sententiam, & ostendere condemnatum ius non fouere, secundum Bar.& Bal.in l.Æmilius,num.13.in fine,ff. de minor.idem Bald.in cap.1.§.iudices num. 9.de pace iuram.firmand.in feud.Put.de syndica.post euidentialia cap.incip.An si potestas num. 21. & verbo. sententia, cap.9.num.1.versic.An si Iudex,& dicit ita vidisse practicari, Auil. in cap. 1.Pretor.glos.A las partes,num.34.& in glos.Donacion,ibidem,num.21.

115 Vigesimo super examinatione testium est animaduertendum,quòd testes sunt examinandi à Iudice Visitatore, & non à Notario,vt in authent. vt desinet.§.illud etiam ibi : Exhibitis testibus, & ibi glos. ad fin. item glos. prima in authent.sed Iudex,& ibi Salicet.num.2.C.de Epis.& Cleric.l.3.§. diuus,ff.de testib. & in l. solam iuncta glos.C.de testib.Crauit.sup.ritu.magnæ curiæ 157.num.1.Viui.opin.927. num.1.& sequent. Mennochius de recuperand.possessio.remed. 15.numer. 344. & sequent.Mont. in repet. testi. rub.examinatio testium per quem sit facienda,fol. 146. & prædictorum ra-
116 tio est quia probatio fieri debet Iudici,& non Notario l. quinquaginta,ff. de probatio. l. si quando,C. de testib. etenim dum fit sermo cum ipso iudice, nullus magis quàm ipse scire poterit,quanta sit testibus fides adhibenda ex ratione text.in dict. l.3.§ 1.ff.de
117 testibus. Quia ipse Iudex Visitator considerare debet an testes ad interrogata respondeant, vel ex tempore, vel præmeditato sermone,qua fronte, quo vultu, quo rubore, vel qua trepidatione : omnia enim ista, & alia signa vultus testium,an sint tristes, ridentes, vacilantes, balbucientes, aut nimis animose deponentes, prudens Visitator rimari, & inspicere debet, quia difficile est crimen non prodere vultu,vt notat.Bart. in consil. 25. vol. 4.multos allegat Ioseph. Cumian. de syndicat.capit.17.numer. 69. Qua de causa cum res hæc sit tanti momenti, & ex illius omissione sepissime contingit, Officiales querelatos innocentes periclitari, & maxima nocumenta pati, oportet ideo quod testes,
118 vt dictum est, per ipsosmet Iudices Visitatores examinentur, nisi forsan ex iusta, & speciali causa impediti essent: quia tunc licitum, & permissum erit eis testium examinationem Notario visitæ committere, ex pluribus quos allegat probat Farina. quæstion. 77 numer.178.& 181. Vbi quod articulus receptionis testium est delegabilis,& quod hodie,quicquid sit de iure,ita de consuetudine seruatur propter multitudinem agendorum, Campeg. de testibus reg. 285. in prima fallentia, vbi ex Castren. quem alle-
119 gat, dicit quotidie ex communi stylo obseruari, quod Iudex committit testium examen Notario, & talis commissio valet. Viui. opin. 927. vbi de communi Mennochius de recuper. possess.remed.15. nu. 350. Vbi de magis communi, & seruata opinione, & adeo prædicta à consuetudine approbantur, quod etiam non constito de impedimento Iudicis, sustinetur hæc commissio. secundum Salicet. in authent. apud Eloquentissimum. num. 1.C.de fide instrum.& in authent. sed

Iudex,num.3.C.de Episcop.& Cleric. Capy.decis.90.sub.num.6. Campeg. de testibus.regul. 286. in tertia fallen. Quinimo etsi regulariter in criminalibus remissoria non concedatur,vt est text.ad litteram in authent. apud Elo
120 quentissimum C.de fide instr.Nihilominus quando testes essent in partibus longinquis, ita vt non nisi cum maximo dispendio ad locum iudicij adduci possent, vel aliquo iusto impedimento detinerentur, vt puta: quia aliquo graui morbo laborarent, vel essent senes,valetudinarij, aut in aliqua dignitate constituti: tunc vtique remissoria erit concedēda, quæ apud nos litteræ compulsoriæ subsidiariæ dicuntur,vt post Felin. Cassad. Menoch.& Benitend.in locis, per eum relatis bene comprobat Lancellot.in tractat.de attenta.cap.26.numer.126. & sequen. Viui.opin.928.num.8.Bertazol.consil.136. num.2.lib.1. Foller. in practic.crimin.in verbo facta litis cōtestatione post nu. 7.Farina.qui alios allegat.quæst.77.num. 71.85.100. & 101.

121 Et similiter quando testes sunt in loco remoto,& dum non essent de iurisdictione illius loci,vbi tractatur causa,& Iudex non posset eos compellere ad se venire: tunc enim tales testes recipi possunt per litteras compulsorias, & subsidiarias, ne veritas occultetur, vel pereat secundum Bald. in d. authent.apud Eloquentissimum,num.1. & 2.qui loquitur tam in criminalibus & capitalibus causis,quam pecuniarijs subdens,quod ita seruatur de consuetudine,& Baldum sic dicentem, referendo sequuti sunt,Pau.de Castr. in l. Iudices,num.1.in fine, & num.2.C.de fide instr. Felin. in cap. cum causam num.24.& 25.extra de testib.Boss. in tit.de opposit. contra test. post. num. 26.Crauit.sup.ritu magn.cur.157.nu. 7.latè Farina.d.quæst. 77. num. 92. Et idem procedit quando de crimine ciuiliter agitur, quia tunc multo melius testes recipi possunt per litteras subsidiarias scripserunt Socin.Iun.cōsil.60.num.7.lib.2.Gabriel.lib.7. cōclus.75. num.6. Seuerol.in tractat. de remissio.cap.4 num.4. Monticel. in reperto. testi. in verbo, examinatio test.an sit delegab.in crimin. fol. 163. col.2.vers.4.ad fin.

122 Vigesimòprimo, quia aliquando testes se abscōdunt vt nō testificentur tali casu Visitatores eos compellere debent iuxta formam traditam supra in cap.3. num. 14. eis mulctam imponendo: nam ferre testimonium dicitur generosa dignitas in cap. præceptum 32.quæst. 5. & inuitos trahi iubet lex, tam in ciuilibus,quam criminalibus, l.si quando C.de testib. & in rubr. de testib.cogendis,Mascard.conclus.5. n.
123 47.Et testis, qui se subtrahit a depositione, vt non testificetur, tenetur parti, cui interest in conscientia secundū Nauar.in Manual.c.25.n.41.teneturq; ad interesse litis ex l. argentarijs §. fi. vbi Bald. Angel.& Ias.ff.de edend.

CAPVT.

CAPVT VI.

DE RECVSATIONE VISITATORVM.

SVMMARIVM.

1 *VISITATORES possunt, ut suspecti, recusari, & assignatur ratio, num. 2.*

3 *Periculosum est coram suspecto Iudice litigare, cum possint sequi tristissimi euentus.*

4 *Iudex suspectus, ex iusta causa regulariter recusari potest.*

5 *Suspectos Iudices euitandos esse, naturalis ratio dictat.*

6 *Recusari potest suspectus Iudex, non solum in ciuilibus: sed etiã in criminalibus, & in causis syndicatus num. 7.*

8 *Exceptionibus prohibitis à statuto, nõ cẽsetur prohibita exceptio recusationis.*

9 *Recusatio Visitatoris debet proponi in scriptis, & oblato libello, & coram eodem Visitatore aliàs nihil operatur numer. 10. & quid si sint plures num. 19. 20. 21. 22. 23. 24.*

11 *Recusatio, & appellatio æquiparatur.*

12 *Iudex notoriè suspectus potest in causa procedere, & pronuntiare antequam legitime recusetur.*

13 *Processus factus à Iudice suspecto, ex capitali inimicitia est nullus, etiam non opposita recusatione.*

14 *Recusatio Visitatoris debet fieri per principalem, vel Procuratorem speciale mandatum habentem, aliter non valet.*

15 *Visitator quãdo recusatur suspectus, in recusatione allegãda, & probanda est causa suspitionis de iure canonico, secus de iure ciuili, num. 16.*

17 *Recusans Visitatorem suspectum, iurare debet de calumnia, & isto casu iuramentum probat causam recusationis, quod procedit de iure ciuili, secus de iure canonico.*

18 *Recusatio quando fit in terris Imperij, seruandum est ius ciuile, & in terris Ecclesiæ ius canonicum*

nicum: nisi aliter obseruet consuetudo.

19 Recusans in Cathalonia Visitatorem, tenetur præstare iuramentum de calumnia, & probare recusationes coram aliis Visitatoribus non recusatis.

20 Iudices plures si dati sunt cum clausula, Quod si ambo, vel cum clausula, Quod si non omnes, vno tantum suspecto, causæ suspicionis cognoscendæ sunt, coram aliis coniudicibus non recusatis.

21 Iudices plures si dati fuerint simpliciter, & sine clausulis prædictis, vno suspecto, omnes suspecti redduntur, omnesque procedere impediuntur, & consequenter suspicionis causæ coram arbitris proponuntur, & numer. 22.

23 Visitatoribus pluribus, si visitationis causa delegata fuerit, cum clausula, Et eorum cuilibet, tunc in solidum cõpetit iurisdictio, vnusq. sine alio procedere potest, & vno suspecto recusato, alter de recusatione non cognoscet, sed erunt arbitri eligendi.

24 Iudicibus pluribus in causa delegatis, omnibusque recusatis suspectis præter vnum, an de causa cognoscere, non suspectus solus possit, & suspitionis causæ coram quo cognoscendæ sunt, & quomodo procedendum remissiué.

25 Vniuersitas, Ciuitas, Collegium, Collegiiq. et Vniuersitate Rectores, & Consules recusari possunt.

26 Vniuersitas, & Collegium recusari potest, quando omnes de Collegio seu Vniuersitate sunt suspecti, aliter secus.

27 Recusari potest totum Collegium, totaq. Vniuersitas vt suspecta, licet non omnes de Vniuersitate, & Collegio sint suspecti, quando Collegii, seu Vniuersitatis caput, & principalis est suspectus.

28 Collegium, & Vniuersitas tota recusari potest, quando principaliores, seu maior pars Officialium est suspecta.

29 Recusari possunt omnes Officiales vnius tribunalis, quando illius tribunalis caput, & superior est suspectus.

30 Notarius recusatur suspectus, ex solo iuramento recusantis.

31 Assessor, & consultor Iudicis sine expreßione causæ recusatur fallit numer. 32. remißiué.

33 Visitatores omnes alicuius Ciuitatis, vbi suspecti sunt recusari possunt de iure communi, secus de iure municipali Cathaloniæ num 34.

35 Fraus præsumitur in recusante omnes sapientes Ciuitatis.

36 Constitutio 6. titulo de recusatio de tots Iutgets, interpretatur, quod comprahendit ex vi rationis Visitatores domus Deputationis.

37 Visitatorem recusandi plures causæ remißiué.

38 Visitator sine legitima causa recusari non potest.

39 Visitator recusatur suspectus, qui ante

ante sententiam declarat animũ suum, ubi de consuetudine seruatur contrarium.

40 *Constitutio* 11.*titulo De recusatio de tots Iutges, declaratur, ut comprahendat Visitatores Iudices.*

41 *Visitator recusatur propter familiaritatem, & amicitiã, quã habet cũ querelãte, quod procedit quãdo familiaritas, & amicitia fuerit magna, secus si modica, ibi numer.*42.

43 *Recusatur Visitator suspectus, quando fuerit consanguineus partis querelantis.*

44 *Visitator consanguineus partis querelantis, & Officialis querelati, non potest suspectus recusari, si consanguinitas est in eodem gradu, aliter secus n.*45.

46 *Visitator potest ex causa inimicitiæ recusari, etiam quod inimicitia non sit capitalis n.*47.

48 *Visitator recusatur suspectus propter inimicitiam præcedentem, etiam sequuta reconsiliatione n.*49.

50 *Visitator recusatur suspectus, ex eo quod partem non salutat, vel quando parti aliquam iniuriam tulerit num.*51.

52 *Iudex consanguineus inimici mei potest à me suspectus recusari.*

53 *Iudex recusatur suspectus, si protulit verba comminatoria uni ex partibus.*

54 *Iudex propter inimicitiam, recusatur suspectus, etiam quod inimicitia proueniat culpa recusantis.*

55 *Inimicitia præsumpta sufficit ad recusandum Visitatorem.*

56 *Visitator non recusatur suspectus propter inimicitiam, nisi illa sit manifesta, & non dubia, debetq. propterea exprimi specialis inimicitiæ causa.*

57 *Recusatio Visitatoris ante exactã depositionem ab Officiali querelato, opponi debet, aliàs inducitur consensus in Visitatorem, adeo quod amplius illum recusari non potest, num.* 58.60.61.& 62.

59 *Visitatoris recusatio de nouo emergẽs opponi potest post exactã depositionẽ etiã, quod procederet ex causa antiqua, dũmodo de nouo peruenerit ad notitiam Officialis querelati.*

63 *Visitatore recusato suspecto, arbitri eliguntur, & quomodo fallit in Cathalonia, n.*64.

64 *Iurisdictio Visitatoris recusati dicitur suspensa eo ipso, quod est recusatus, & propterea recusatione pendente supercedere debet in procedendo. Declara, probata causa suspicionis, aliter secus.*

65 *Iudice recusato suspecto, nunquid processus postea factus sit ipso iure nullus, dependet à futuro euentu.*

66 *Recusationis causa quando est notoriè iusta, reddit processum à iudice recusato factum ipso Iure nullum, secus si causa recusationis fuerit notoriè friuola.*

67 *Processus factus à Iudice recusato non*

non est nullus parte non opponente.

68 *Visitator suspectus allegatus indignatur, & efficitur inimicus ex ipsa recusatione, quod facere non debet.*

QVONIAM frequenter in visitationis iudicio contingit, Visitatores recusari per Officiales visitandos. Ideo de recusatione ipsorum aliqua breui manu proponere decreui præmittẽdo prius, Quod
1 Officialib' permissum, ac licitum est Visitatores suspectos recusare: vt in terminis notant, Paris. de Pute. in tract. de synd. verbo. Suspitio, num. 1. & seq. fol. mihi 251. Franc. Carrab. in prax. syndicat. num. 51. fol. 13. Bouadil. lib. 5. cap. 1. num. 236. Mastril. de Ma-
2 gistrat. lib. 6. cap. 3. num. 20. & 21. vbi rationem esse ait: quia quando quis est obligatus stare iuri, intelligitur arbitrio boni viri, & bonus vir non arbitrabitur, quẽ stare iuri coram iudice suspecto, l. Vir bon' cum ibi notat. per glos. ff. iudicat. soluc. Clem. pasto-
3 ralis de iudic. periculosum enim est coram suspecto Iudice iudicium subire, cum inde sequi possint tristissimi euentus, probat text. in l. Apertissimi, C. De iudic. cap. quia suspecti 3. quæst. 5. vbiq. & passim communiter Doctores omnes, hoc ideo iure recusari, ex causa regulariter permissum est ex
4 tex. in cap. postremo de appella. ibi. *vel ex alia iusta causa suspectus huiusmodi delegatus non immerito poterit recusari* dict. l. Apertissimi, C. De iudic. in illis verbis, *Liceat ei qui suspectum Iudicem putat, antequam lis inchoetur recusare*; & ibi glo. & communiter omnes Couarru. pract. quæst. cap. 26. in principio, vbi pulchre hanc comprobat regulam Pract. Conrad. rub. de excep. nu. 7. Iacob. Port. Imol. consil. 91. num. 15. & seq. vbi generaliter loquitur in omni Iudice cuiuscunq. conditionis sit, ad-
5 uertitq. exceptionem recusationis naturali ratione in hominum defensione fundatam esse. Mennoch. de arbitra. qq. lib. 2. casu 152. vbi quod hæc regula dictat a naturali ratione Pacia. de probatio. lib. 2. cap. 45. n. Seraph. de Priuil. iuram. priuil. 7. n. 1. Card. Tusc. pract. conclu. in verbo. suspectus, conclu. 910. num. 1. & seq. Iacob. Laur. de Iudice suspect. capit. 8. numero 26.

6 Ampliatur hæc regula, quod non solum Iudex suspectus recusari possit in ciuilibus: sed etiã in criminalibus, & siue procedatur per accusationem, siue etiam per inquisitionem officio Iudicis, tex. est in cap. cum speciali de Appellat. & ibi, hoc adnotauit glo. in verbo. cum Iudice, & ibi Canonistæ, Ofasi. decil. pedemo. 15. in princ. & 8- & 9. Clar. in pract. § fin. quæst. 43. in princ. & ibi Baiard. in addit. numer. 18. Card. Tusc. pract. conclus. in verbo Suspicio, conclus. 907. numero 10. Sigismund. Scacc. de iud. caus. ciuil. crimil. &c. lib. 1. cap. 66. sub. num. 16. ante fi iem. Ratio huius conclusionis fundatur: quia vbi de grauiori causa agitur tunc magis complacendum est reo in Iudicis deputatione. Vnde Cicero pro Cluentio ibi *Neminẽ* inquit *Voluerunt maiores nostri, non modo de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse Iudicem, nisi inter aduer-*

sarios conuenisset. Quia corda gerit Imperator lites sine suspitione vetilari, l. Apertissimi, C. de Iudic. glo. fin. l. Prætor. ff. de iurisdict. omn. Iud. & l. Cũ specialis, C. de iud. Tibe. Decia. in 1. tom. crimin. lib. 4. cap. 6. nu. 2. & 7 seq. vnde cum causæ syndicatus arduæ, & criminales sint, vt cum Panormitan. & alijs aduertit Ioseph. de Sese in suo responso de synd. num. 42. ad med. merito in illis Visitatores recusari poterunt.

8 Ampliatur 2. prædicta regula, vt procedat etiam quod statutum prohiberet non posse opponi aliquas exceptiones, nihilominus vbi Visitator suspectus esset, recusari poterit non obstante dicto statuto secundũ glo. in c. quoniam contra de probatio. vbi etiã Abb. Alin. in pract. cap. 31. § 45. Menoch. de præsumptio. lib. 2. præs. 48. n. 32. Iacob. Laure. de Iudice suspect. cap. 8. num. 34.

9 Recusatio autem Visitatoris proponenda est in scriptis sicut appellatio, iux. glos. in cap. quoniam contra. in verbo. Recusationes. de proba. & in cap. 2. requiris. §. 1. de Appella. cum alijs per Franc. in cap. cum speciali num. 20. de Appella. Hostien. in cap. suspicionis causa num. 1. in verbo. contra Iudicẽ, de officio deleg. & ibi etiã Bald. num. 7. vbi dixit, quod licet in causa suspicionis non sit offerendus libellus, sed sufficit talis, qualis petitio: quia tamen recusatio debet fieri in scriptis ipsa recusationis productio postea facta coram arbitris habetur pro libello Bellamer. ibidem num. 7. in 9. quæst. Et quod recusatio Iudicis non solum debeat fieri in scriptis, sed etiam debeat recusationis libellus offerri, probat tex. in dict. l. Apertissimi, C. De iud. in illis verbis, ibi, *libello recusationis & porrecto*, & ibi glo. Et materiam hanc, & formam huius libelli pertractant, Speculat. in titulo de recusatio. §. Qualiter autem. num. 1. Roland. consil. 19. num. 18. lib. 3. Aufre. in tract. de recusatione num. 2. Rot. diuers. decisio. 2. num. 4. part. 2. Andr. Gail. obseru. 33. num. 13. libr. 1. Pacia. de proba. lib. 1. cap. 25. num. 9. & 10. Sigismund. Scacc. de Iudic. caus. ciuil. crimin. libr. 1. cap. 101. num. 101. & nostras Mier. part. 1. cap. 15. collat. 4. num. 10. fol. mihi 74. vbi ponit formulam libelli recusationis.

10 Illud autem ad validitatem recusationis te scire oportet, quod recusatio ipsa, coram ipso Visitatore recusato proponi debet vt ipse recusationis notitiam habeat: alias coram ipso non recte proposita, nihil operatur, iuxta dispositionem text. in cap. cum speciali de apella. ibi *Statuimus, vt si allegauerit se iudicem habere suspectum, coram eodem causam iustæ suspitionis assignet*, facit text. in cap. suspicionis de officio & potest. iud. delegat. & in cap. legitima de Apella. in 6. dict. l. Apertissimi, C. de Iudic. & ratio est, quia recusatio, & appellatio æquiparantur, vt tradit Franc. in cap. super eo 2. numer. 17. cum seq. de Appella. & tenet, Bursat. consil. 21. num.

11 21. & sicut Appellatio necessario proponenda est coram Iudice inferiore, & a quo appellatur; vt disponit text. in capit. vt debitus de Appellat. capit. alias, §. biduum 2. quæst. 6. Sic etiam dicta recusatio, vt suum effectum possit operari coram ipso Visitatore recusato proponenda est. Aliter autem licite poterit ipse Visitator etsi notorie suspectus sit, in causa visitationis procedere, quia Iudex notoriè suspe-

12 ctus antequam legitimè recusetur, etiã quod Pater esset Iudex in causa filij, potest in ea procedere, & sententiare, vt not. Ioann. Andr. in cap. postremo de Appella. verbo, Recusari num. 4. & ibi etiam Anchar. num. 1. in 1. notab. Bellamer. nu. 3. Anto. de Butr. nu. 9. Abba.

9. Abba. num. 7. in fine versicul. Illud etiam, Franc. nu. 1. in 2. notabili Alex. de Neuo num. 5. & seq. in 3. notab. Felin. in cap. causamque col. fin. versiculo septimo, fallit de officio deleg. & ibi etiā Deci. n. 11. & 12. & seq. Viui.
13 opin. 866. nu. 3. Nisi fuerit suspectus ex causa capitali inimicitiæ; tūc nā processus ab eo factus, erit nullus etiā non apposita recusatione secundum Præpos. Mediol. in cap. cum speciali numer. 40. in fine de Appellat. post. Bald. & Angel. in locis ibi per eum relatis.

14 Rursus etiam est animaduertendum, quod vt recusatio ritè, ac legitimè facta sit, oportet, quod proponatur per ipsummet Officialem, vel per Procuratorem ad id speciale mandatum habentem, quia ad recusandum Iudicem suspectū requiritur speciale mandatum ex tex. in l. non solum. §. fin. ff. de Procu. l. Si procurator. ff. de Condict. indebit. & tradit Rebuf. in tract. de recusatio. arti. 1. glos. 1. num. primo vol. 3. Crauit. super Ritu mag. Curiæ 265. num. 25. Roland. consil. 19. num. 2. vol. 3. Bajard. ad Clar. quæst. 43. nu. 8. Lancelot. de attentat. cap. 6. numer. 5. & seq. Thom. Triuisa. decis. 51. num. 6. lib. 1. Pacia. de probatio. lib. 2. capit. 45. num. 102. Card. Tusch. practica conclusio. in verbo. Suspicio concl. 913. num: 38.

15 Præterea quando Visitator, vt suspectus recusatur, in recusatione allegan-da, & probanda est causa suspicionis de iure canonico, secundum Imol. in capit. cum speciali, numer. 20. ante fin. in versicul. Sed de iure ciuili, extra de Appella. & ibi Abb. num. 2. Bald. nu. 14. Franc. num. 46. Deci. n. 1. & 2. vbi testatur de cōmuni, & Alex. de Neuo numer. 2. Anchar. in capit. suspicionis num. 2. de officio delegat. Ioann. de Anan. num. 4. Crauit. super ritu Mag. Curiæ 265. versiculo De iure canonico, Bero. consil. 16. numero 1. & 2. libro 3. vbi de magis communi, Quintilian. Mandos. in praxi commissionum in 8. formula versiculo, Quas hic consulto in fine. Rot. diuers. decis. 563. nu. 1. par. 1. Villalob. in commun. opin. num. 161. Minsinger. obser. 63. in prin. n. 3. And. Gail. obser. 33. nu. 14. versiculo Cononistæ vero libro 1. Pacia. de probatio. libro 2. capit. 45. numero 51. Sigismund. Scaccia de Iudic. caus. ciuil. crimin. &c. capit. 6. numero 15. vbi alijs relatis testatur de communi Doctorum sententia.

16 De iure vero ciuili quando Iudex Visitator recusatur suspectus causa in recusatione, nec allegari debet, nec etiam probari, cum in hoc sola recusantis voluntas sufficiat iux. glo. in l. Apertissimi in verbo. Recusare, C. de Iudic. & ibi Bart. numero 2. in 2. quæstion. Bald. numero 7. & 8. Alber. numero 3. vbi quod ita tenent communiter Doctores, Marant. de ord. Iudic. part. 4. decis. 5. numero 40. Card. Tusc. dict. conclu. 913. numero 2. 28. & 29. Iacob. Laur. de Iudic. sus-
17 pect. capit. 5. nu. 9. licet verum teneatur recusans iurare, quod calumniæ causa nō recusat, ex allegatis per Præposit. Mediol. in capit. cum speciali numero 4. de Appellat. & sic de iure ciuili causa suspicionis probatur per iuramentum, vt per Anchar. in cap. suspicionis numero 2. de officio de leg. & voluit glo. in dict. l. Apertissimi, C. de Iud. in verbo. Recusare, & ibi etiam Bald. numero 7. & 9. Paul. de Cast. numero 7. Aufr. de recusatio. numero 3. post princip. versiculo Iurare, tamen tenetur Bero. consilio 16. numero 3. libro 3. Roland. consil. 19. numero 4. libr. 3. Crauit. super ritu 265. numero 6. Couarrub. pract. qq. capit. 26. versiculo Eodem iure ciuili Minsingen. obserua. 63. in princi. centu. 3. Andr. Gayl. obser. 33. post. numero 14. libro 1. Pacia. de proba. libro 2. cap.

capit. 45. numer. 68. & sequent. vbi licet dixerit nulla lege reperiri cautum, vt recusans iurare teneatur, attamen ex verisimili legum interpraetatione communiter receptum fuit, ad remouendum calumniæ suspicionem, & occasionem, vt iurare teneatur. Seraphin. de iurament. priuil. 7. numer. 2. & 8. Iacobus Laurent. de Iudic. suspect. capit. 5. numer. 17. ex quorum Doctorum authoritatibus concluditur, quod de iure ciuili csusæ suspicionis non sunt probandæ; imò nec allegandæ, sed per recusantem iuramentum præstari debere, iurando se habere Visitatorem Iudicem suspectum, non per calumniam, sed quia verè suspectus est, ex hac enim iuramenti præstatione calumniæ præsumptionem purgari apertè scribunt, quod secus est, de iure Canonico, secundum quod suspiciones causæ non per iuramentum, sed per testes probandæ sunt, vt diximus supra numer. 15.

18 Et hinc infertur, quòd in recusatione istorum Visitatorum, quando recusatio fieret in terris Imperij seruãdum sit ius ciuile. Et in terris Ecclesiæ ius Canonicum in specie, vt voluit Roland. dict. consil. 19. numer. 14. lib. 3. Afr. in tractat. de recusatione post. numer. 3. versic. sed de iure Canonico, Andr. Gayl. obseru. 33. num. 16. lib. 1. Vbi declarat nisi consuetudo sit in contrarium, pro vt apud eum esse testatur, quod scilicet seruatur ius Canonicum, & non Ciuile. Pacian. de probatio. lib. 2. capit. 45. numer. 62. Cardin. Tusch. practic. conclus. verbo. suspicio, conclusion. 913. numer. 2.

19 Et quia in Cathalonia prius seruatur ius Canonicum, quàm Ciuile iuxta constitutionem 40. incip. Axibe. Serenissimi Regis Philippi Secundi Curiarum anni. 1599. ideò quando huiusmodi recusationes aduersus Visitatores allegantur, oportet, quod causæ suspicionum coram ipsis proponantur, & exprimantur, quas recusans cum iuramento calumniæ aducerare tenetur iuxt. const. 1. & 10. sub. titulo de Recusatio. de tots Iurges, quæ constitutiones licet loquantur in Iudicibus delegatis, & ordinarijs, nihilominus, quia isti Iudices Visitatores secundum communem opinionem sunt ordinarij, vt dicit Mier. part. 1. capit. 7. de tabula, numer. 72. colla. 4. fol. mihi 74. ac demum quia constat, quod domin. Rex Petrus III. in & cũ sua pragmatica dat. Barcinonæ 2. Februarij 1354. in 2. vol. constit. scita sub titulo de Recusatio de tots Iutges pagin. 66. iussit, & ordinauit, quod in recusatione Visitatorum, quo apud nos, Iudices tabulæ appellamus, obseruetur constitutio Generalis Cathaloniæ, quæ innuit super recusatione delegatorum Iudicum, ideò dicti iuramenti ad præstationẽ expressè in Cathalonia recusans tenebitur: sed nõ ad probandum recusationes ipsas coram arbitris, vt disponit dicta constitutio. 1. dicto tit. de Recusatio de tots Iutges. Quia dictæ recusationes probari debent coram alijs Iudicibus Tabulæ nõ recusatis, pro vt in hoc casu loquitur dicta pragmatica, sic tenet Mier. dict. cap. 7. de tabula num. 74. fol. 75. referens ita fuisse decissum, & iudicatũ, id ipsumque extat dispositum respectu Visitatorum Generalitatis Cathaloniæ iuxta cap. 1. nouæ reformationis Curiarum anni. 1599. in quo disponitur, quod vbi aliqui Visitatores fuerint recusati, cæteri non recusati, cognoscant de suspicionibus propositis contra Visitatores non recusatos.

20 Quod quidem est iuri communi conforme, siquidem quando sunt plures Iudices dati cum clausula, quod si ambo, vel quod si non omnes interesse possunt, tunc vno tan-

H tum

communi Iacob. Port. Imol. consil. 91. num. 18. vbi alios refert Paris. consil. 31. num. 99. lib. 1. Viui. opin. 687. Vbi hanc conclusionem admittit in Collegio, licet in Senatu, & Ciuitate contrarium teneat Andr. Gayl. obser. 33. num. 2. lib. 1. Lancellot. de attenta. cap. 6. num. 36. Pacia. de probatio. lib. 2. cap. 45. n. 99. Cardin. Tusch. pract. concl. in verb. suspicio, conclus. 907. num. 8. vbi de communi, & 19. Sigismund. Scacc. de Appella. quæst. 16. limit. 1. num. 16. versic. Et quod quæcūque Vniuersitas. Iacob. Lauren. in dict. tractat. de Iud. suspect. cap. 3. num. 15. & sequent. vbi tamen declarat dummodo de iusta suspicionis causa manifeste constaret alias secus.

26 Quæ conclusio, eo tunc maxime procedit, quando omnes de Collegio, Ciuitate, vel Vniuersitate essent suspecti, secus aliqui tantum: quia suspecti recusabuntur, vt Collegio non intersint: non autem Collegium, Ciuitas, aut Vniuersitas remouebitur, vt notat. Abb. capit. causam quæ, num. 1. in fine in 1. notab. de Offic. deleg. & ibi etiam Felin. num. 1. Bero. consil. 16. numer. 7. & 26. lib. 3. Iacob. Laurent. in dict. tractat. de Iudic. sus-

27 pect. cap. 3. num. 22. ante finem. Et similiter totum Collegium totaq; Vniuersitas recusari poterit, quando caput seu principalis in ipso Collegio, vel Vniuersitate suspectus est, & propter eius præheminētiam iustam produceret suspicionem, Cardin. Tusch. dict. conclus. 907. n. 8. Viuius opin. 867. num. 3. Crauit. super ritu 267. n. 27. Lancellot. de attenta. cap. 6. num. 37. Roland. dict. consi. 19. num. 5. & 11. & sequent. lib. 3. Sigismun. Scacc. dict. quæst. 16. limit. 1. num. 16. versic. similiter si est suspectus Rector. Iacob. Laurent. dict. cap. 3. num. 17. 19. & 20.

28 Idemque procedit quando Collegij principaliores essent suspecti Rolan. consi. 19. num. 5. & 12. & sequent. lib. 3. Iacob. Port. Imol. consi. 91. num. 19. & sequent. Crauit. super ritu 265. vbi loquitur quando maior pars Officialium esset suspecta. Sigismun. Scaccia. in tractat. de appellation. quæst. 16. limit. 1. numer. 15. Iacob. Laurent. dict. capit. 3. numer. 17. & 18.

29 Hinc etiam dicitur, quod vbi superior alicuius tribunalis est suspectus, quod omnes Officiales sunt pariter suspecti, vt voluit Brun. consi. 31. num. 9. Mennoch. in 2. responso causæ Ferrarien. num. 90. & 91. & in consil. 94. lib. 1. Bursat. consil. 21. numer. 19. lib. 1. vbi de communi, Iacob. Lauren. dict. tractat. de Iudic. suspect. cap. 3. num. 18. & 19.

30 Et inde quoque dicitur, quod sicut Iudex propter iustam suspicionem recusari potest, ita etiam recusatur Notarius in cuius recusatione non est necesse probare causam suspicionis, sed sufficit iuramentum recusantis, secundum glos. in § quod sepæ in verb. Artifices, in authent. de trient. & semisse, cum alijs per Franc. in cap. cum speciali numer. 41. & sequent. de Appellat. Crauit. super dict. ritu 265. numer. 7. & sequent. vbi, quod licet aliqui Doctores dixerint ad recusandum Notarium seu Actuarium sufficere solum recusantis iuramentum, quia talis recusatio non infert magnum præiudicium; practica tamen seruat, vt semper aliqua causa requiratur: quāuis non nimis vrgens arbitrio Iudicis, qui multoties ex leui suspicione remouet, & ita fieri vidisse testatur Villalob. in commun. opin. littera. S. num. 161. versic. Item nota, & ibi etiā alia ponit de materia Notarij recusati Andr. Gayl. obseru. 33. numer. 7. & 17. vbi, quod ad recusandum Notarium solum iuramentum sufficit. Pacian. de probat. lib. 1. capit. 45. numer. 53. Cardin. Tusch. practicar. conclus. in d. conclus. 907. num. 12. verb. sus-

H 2 picio,

picio, vbi, quod sufficit solum iuramētum sine causa, & nu. 14. subdit, quod examen factum à Notario, postquam fuit allegatus suspectus, est nullum, etiam, quod asserat se examinasse de mandato Iudicis, & conclus. 913. numer. 3.

31 Ita etiam Assessor, & Consultor Iudicis, si suspectus fuerit recusari potest. Secundum Anton. de Butr. in cap. postremo, num. 12. post glos. & alios extra de Appel. Pacia. de probatio. lib. 2. cap. 45. num. 3. & 53. Vbi, quod isto casu non est necessaria probatio causæ suspicionis, quia agitur de leui præiudicio idem repetit Card. Tusch. dict. conclusion. 907. numer. 13. Vbi pariter ad Consultorem remouendum sola suspicionis allegatio sufficit, & conclus. 413. numer. 30. dicit, quod Consultor recusatur sine expresione causæ Iacob. Laurent. de Iudic. suspect. capit. 4. numer. 1. & sequent. vbi plura de materia recusati assessoris, & præ-
32 sertim in cap. 10. sub. numer. 12. ponit Consultorem sine noua causa, vel de nouo detecta, recusari non posse, quā do in illius electione seruata est forma, de qua ibi per eum, nec etiam recusari posse post consilium præparatum, seu sigillatum.

33 Ex quibus conclusio supra proposita, quod scilicet Visitatores omnes alicuius ciuitatis recusari posint, quā do suspecti sunt, clara, & expedita cum modificationibus, & declarationibus superius expresis in puncto iuris remanet.

34 **Verum in Cathalonia opinionem hanc, non procedere existimo, quia iuxta pragmaticam Regis Petri cuius dat. fuit 2. Februarij. 1354. scitam in secundò vol. const. sub. tit. de Recusatio de tots Iutges pag. *66*. expresse dispositum est, quod vbi Officiales Visitandi per Inquisitores seu Iudices Tabulæ ipsos omnes tres Iudices recusauerint, talis recusatio nō admittatur.**

similiterq; est etiam statutum in cōst. 6. incip. Mes statuim sub. tit. de Recusatio de tots Iutges in princip. vol. Constitu. pag. 208. vbi quod totum consilium non potest reddi suspectum, nec recusari, quæ constitutio licet loqui videatur in Senatu, & Regio consilio, nihilominus adaptari vtique poterit in materia Iudicum syndicatus respectu recusationis illorū: etenim ratio propterquam totum consilium, nec omnes tres Iudices tabulæ recusari nequeūt: est quia præsumitur fraus, & dolus in
35 recusante ad notat. per Bald. in l. hoc modo nu. 1. ff. de Cond. & demostra. vbi dixit fraudem præsumi in eo, qui omnes sapientes Ciuitatis tanquam suspectos recusat, & hoc Baldi dictum magis communiter teneri testatur, Viui. opin. 867. num. 1. & 2. vbi alijs relatis reprobato Rolando sæpius citato in d. consil. 19. vol. 3. contrarium tenente, ampliat hanc contrariam sententiam in Consilio vel Senatu, referēs se ita aliàs iudicasse, & in practica seruari vidisse, & Viuium sic dicentem refert, & sequitur Andr. Gayl. obseru. 33. num. 2. vbi licet pariter communiter receptum esse testetur, posse totum Collegium, vel Vniuersitatem recusari, adheret tamen sententię Viuij, quod totum Consilium, vel ordo Decurionum non potest recusari. Accedit etiam, & alia ratio resultans, ex ipsamet prohibitione apposita in dicta cō stitutione: in ea siquidem ex eo prohibitum censetur in Cathalonia totum Consilium reddi non posse suspectum: quia interest Reipublicæ, quod adsint Iudices, qui punire valeant maleficia ex text. in l. congruit, ff. de offic. præsid. hæc autem ratio vtique militat in Visitatoribus, quibus competit coercio, & punitio contra Officiales propter excessus, & delicta in eorum Officijs cōmissa: igitur ex idētitate rationis maxime in materia recusationis, de qua agitur licitum erit exten-

36 extendere dictam constitutionem, vt cõprehendat omnes Visitatores vnius Ciuitatis, quod scilicet omnes recusari nequeant ad tradita per Euerard. in Topicis legalibus, locus a ratione legis larga ampla ad extentionem ipsius per tot, & signanter numer. 66. 76. & 77. Qui plura iura ad propositum refert, subdens licitam esse extensionem ex identitate rationis, maxime ad legem similem de eadem materia loquentem, vt ibi per eum latius est videre; demum & sufficit sola ratio tradita ab ipso domino Rege Petro indicta pragmatica dicente ibi: *In casu vero, quo aliquis vellet omnes ipsos tres Iudices recusare, non admittatur recusatio ipsa talis, quoniam verisimile non videtur, quod omnes ipsi tres Inquisitores alicui sint suspecti.* Quibus rationibus moti fuimus, Antonius Achasius de Ripoll Domicellus I. V. D. tunc præstantissimus aduocatus, & nunc Baiuliæ Generalis meritissimus Assessor, & ipse consulere dominis Visitatoribus insignis Domus Deputationis Generalitatis Cathaloniæ de mense Aprilis 1624. quatenus repellerent, & minime admitterent quasdam recusationes per quosdam milites aduersus omnes ipsos Visitatores propositas, qui cum essent nouem Visitatores, scilicet pro brachio Ecclesiastico admodum Illustris, & Reuerẽdus Frater Ioãnes Batista de Calders Abbas insignis Monasterij Santæ Mariæ Arularum Ordinis Santi Benedicti, Don Petrus de Llordat Monachus, & Elemosinarius monasterij Riui pulli eiusdẽ ordinis, Antonius Põsich Canonicus Sedis Elnæ, & pro brachio Militari Nobilis Don Ioannes Olmera, Ioannes Gaspar de Prat Domicellus, & I. V. D. & Dominicus de Moradell etiam Domicellus. Et pro brachio Regali Hieronymus de Nauel Ciuis honoratus Barcinonæ, Antonius Serragut, & Hieronymus Petrus Arnau Burgenses Villæ Perpinyani; omnes siquidem viri integerrimi, magnique Cõsilij, & singulari sapiẽtia prediti, & de quibus plurimum confidentes dominus Rex, & curia statuit, quod à sententijs ipsorũ Visitatorum latis nõ detur supplicatio, recursus, nec appellatio, vt legitur in c. 1. nouæ reformationis curiarum anni 1599. merito hinc inde fit, quod si de tribus Iudicibus Tabulæ noluit dominus Rex in supradicta pragmatica, quod omnes recusentur, & vbi recusati fuerint, quod non admittatur talis recusatio, quanto minus cẽsendũ est, quod nouẽ Visitatores forte extracti, & sic quasi à Deo ad hoc manus vocati voluerit, quod recusari possent, certè nemo est qui nesciat.

37 Super est nunc discutere, ex quibus causis Visitatores recusari possunt, & licet multæ sint causæ suspicionum, quas omnes recensere longum esset: Ideò solum attingam aliquas remittendo Lectorem ad text. in cap. causam quæ de Offic. de legat, & cap. accedens, vt lite non contestat, & vtrobiq; DD. Præpos. Mediol. in capit. postremo, numer. 11. de Appellat. vbi ponit 75. quibus Iudex potest suspectus recusari, Franc. num. 20. per tot, vbi enumerantur causæ suspicionis 40. Aufr. in tractat. de recusat. numer. 1. & sequentib. vbi ponit causas suspicionis 93. Pract. Conrad. rubric. de exceptio. num. 9. vbi ponit causas quinquaginta Bertracch. in tractat. de Episco. lib. 4. part. 4. vbi enumerat 55. causas suspicionis. Alias ponunt Ias. in l. apertissimi num. 7. & sequent. C. de iudicijs, & ibi etiam Iacob. de S. Georgio. 19. & seqq. Specul. in tit. de iudice delegat. §. superest per tot. in discursu Hostiens. in summa. in titulo de recusatione Iudicis deleg. §. quæ sint iustæ causæ numer. 3. Marant. de ordine

iudic.part.6.num.26.& seqq. Nouell. reg. 204.

38 Præmitto igitur, quod Iudex Visitator non potest sine causa iusta legitima,& rationabilis recusari, ex text. in cap. cum speciali in verbo, iusta suspicionis, & ibi glos. & communiter omnes Canonistæ de appellation. glos. in capit. suspicionis causæ, verbo, suspicionis, de offic. delegat. & ibi etiam Hostien. ante. numer.1.in verbo, causa, Ancharr. numer. 2.text.& ibi pariter notant omnes in cap. si cōtra vnum,in illis verbis , suspicionis causa legitima proponatur,deOffic.de legat. in. 6. Pacian. de probation. lib.2.cap.45.num.42.causæ autem legitimæ inter alias sunt, quæ sequuntur.

39 Et primum potest Visitator suspectus recusari ex eo, quod ante sententiam animum suum declarauerit ex text. in l. qui explicandi in fin. C. de accusation. Vbi monet Iudices,vt caueant animi sui votum, non nisi in puncto ferendæ sententiæ pandere. Nam contra facientes de facili recusari possunt sine eorum culpa,& ita pluries de facto vidisse testatur Alexand. in l. Prætor.num.17.ff.de iurisd. omnium Iudic. pract. Conrad.de except. num.9.vers.46.& in tit.de sent.num. 39. vbi ampliat tam in causa ciuili, quam criminali.Iacob.Laur.de Iudice suspect.cap.11. post numer. 18. versic. cuius quidem opinio. licet de consuetudine huiusmodi recusatio,ex causa prædicta in multis partibus non admittitur , vt testatur Alber. in l. vbi falsi. numer. 2. C. ad l. Cornel. de fals. Quinimo, & laudabilem hanc consuetudinem esse putat ex ratione ibi per eum adducta,& sequitur Conrad. in practicar.dict.titul.de senten. numer. 39. vbi inquit posse Iudicem post conclusionem in causa animi sui votum priuatè aperire , dummodo non interloquatur, & in Cathalonia sic practicatur apud Regios consiliarios iuxt.const. 11. incip . Com sia cosa sub titulo de recusatio de tots Iut-

40 ges pagin.210.Quam constitutionem, & in Visitatoribus vtique procedere existimarem,tum quia rubrica tituli sub qua est scita dicta constitutio loquitur de omnibus Iudicibus recusandis, & consequenter comprehendit Iudices Visitatores: qui enim totum dicit nihil excludit,l. prima,vbi DD. ff. de legat. 1. tum etiam quia, & in Visitatoribus vti superioribus Iudicibus, concurrit eadem ratio, quæ militat in alijs Iudicibus, & sic ex identitate rationis licita est extentio in eadem materia, vt diximus supra numer.36.

41 Secundò potest Visitator suspectus recusari per Officialem querelatum propter familiaritatem,& amicitiam, quam habet cum querelante, quia regulariter quilibet Iudex recusari potest suspectus ex , eo quod sit familiaris,& amicus vnius partis iuxt.glos.in cap.postremo de appella.tex.& ibi gl. in cap.insinuante de offic. delegat. in verbo,familiarem, Marant de ordin. Iud.p.6.n.27.Nouell.reg. 33. in prin. & reg. 104. post princip. num.1. Aufrer.de recusatio.num.9.versic. & idē videtur, Quintil. Mandos. in praxi commissionum in formula 8. in verbo, vel familiaritatem , Menoch. de arbitr.casu.252.num.10.Card.Tusch. pract.conclus.in verbo,suspectus,conclus.908.numer.22. Verum prædicta

42 conclusio procedit, quando familiaritas, & amicitia est magna : Secus si modica, ex allegatis per Decium in dict.cap. postremo numer. 22. de Appellat. glos.in dict.cap.insinuante, vbi concordātia iura allegat, & ibi etiam Innocent.numer.1. versic.Modica tamen familiaritas, Anchar. numer. 2. ante finem. Bellamer. numer. 2. in 4. opposit. vbi propterea dixit, quod non quælibet familiaritas sufficit ad recusan-

recusandum Iudicem, nisi fuerit domestica, vel socialis, Marant. dict. part. 6. numero 27. Bero. consil. 16. num.24. libro 3. Aufre. de recusatio. n. 9. versiculo secus autem si modica esset familiaritas. Mennoch. de arbitra. dict. casu. 151. vbi etiam, quod arbitrio Iudicis relinquitur, quæ magna, vel modica amicitia dicatur.

43 Tertio, etiam recusatur Visitator suspectus si fuerit consanguineus partis querelantis tex. est in dict. cap. postremo ibi, *Qui consanguineus sit illius, qui literas impetrauit,* De Appella. & ibi communiter Canonistæ omnes, Anchar. numer. 1. in 1. notabil. Bellamer. numero 3. col. 2. Anton. de Butr. num. 3. versicul. Nota duas causas, Alex. de Neuo num. 2. in 1. notab. Pract. Conrad. rubr. de excep. numer. 9. artic. 1. Quintilian. Mandos. in prax. commiss. in 8. formula. Card. Tusch. pract. conclu. verbo. Suspectus, concl.
44 908. num.17. Verum dicta recusatio non procederet, quando Visitator esset consanguineus vtriusq. partis querelantis, & Officialis querelati, quia tunc par affectionis causa suspicione remouet, l. non solum §. de vno, ff. De ritu nuptia, & voluit glo. in dict. cap. postremo in verbo, Consanguineus, Mennoch. dict. casu. 152. numero 8. Card. Tusch. dict. concl. 908. numer.
45 35. dummodo consanguinitas esset in eodem gradu, pro vt loquuntur præallegati Doctores, secus si vni parti sit in proximiori gradu, quam alteri, quia tunc pars, quæ consanguineum attingit in remotiori gradu potest suspectum allegare secundum Henrr. Boic. in dict. cap. postremo numer. 5. versicul. Aut attingit impetrantem in proximiori gradu, extr. de Appellat. & ibi etiam Bellamer. numero 3. col. 2. in fine, Præpos. Mediol. numero 10. versicul. Secus si imparitas, Franc. nu. 17. versicul. Et bene pondera, Decius num. 26. Alex. de Neuo nu. 26. Aufr. de recusa. num. 6. versicul. Quam limitationem, Mennoch. dict. casu. 152. num. 8.

46 Quarto potest Visitator suspectus recusari ex casua inimicitiæ, ex tex. in cap. Quia suspecti 2. quæst. 5. glo. in cap. 2. & ibi Geminia. de Procura. in 6. cum alijs, per Præpos. Mediol. in dict. capit. postremo numero 11. in 35. causa extra de Appella. Ias. in l. Apertissimi numero 7. in princip. C. De Iudicijs Marant. dict. part. 6. numero 35. Decian. in tracta. criminal. libro 7. cap. 38. num. 14. vbi de communi. Cardin. Tusch. pract. conclu. in verbo. Sus
47 pectus, conclu. 908. numero 25. Quod procedit etiam, quod inimicitia non sit capitalis, vt not. præcitati DD. & Nouell. reg. 204. numero 4. Grauit. super ritu magnæ Curiæ 265. numer. 33. Pract. Conrad. rubr. de exceptio. n.
48 9. versi. 33. decis. Pedemont. 15. num. 7. in fine & etiam licet sit sequuta reconsiliatio, quia nihilominus propter inimicitiam præcedentem poterit recusari præsertim si reconsiliatio fuerit de recenti, ex allegatis per Prepos. Mediol. in dict. cap. postremo numer. 11. in causa 36. & ibi etiam Franch. numero 20. Alex. de Neuo. num. 33. Ias. in dict. l. Apertissimi nu. 37. Marant. dict. part. 6. numero 64. Alex. in additio. ad Bart. in dict. l. Apertissimi in litera C. versicu. Amplius dicit, Aufr. in tracta. de recusatio. numero 26. ver
49 sicul. 36. in inimico, & numer. 28. versicul. 41. Pract. Conrad. d. rubr. de excep. num. 9. versicul. 36. vbi etiam
50 dicunt: quod potest Iudex suspectus recusari, quando non resalutat partē salutantem, sequitur Marant. dict. par.
51 6. numer. 48. & 50. ac demum quādo parti aliquam personalē iniuriā intulerit, vt puta alapam, secundum Aufr. in d. tract. de recusa. n. 30. in fine Cardin. Tusch. pract. concl. in verbo. Suspectus, conclu. 908. num. 26. & 27. vbi etiam

etiam subdit, quod potest Iudex recusari, si fuerit consanguineus inimici mei. Bene Præpos. Mediol. in d. capit. postremo, nu. 11. in causa 42. de Appellat. & ibidem in causa 47. vbi de Iudice contrahente parentelam cum inimico partis litigantis, & ibi etiam Franch. num. 11. & 20. Alex. de Neuo, n. 29. Ias. in d. l. Apertissimi n. 7. vers. Hoc præmisso, C. de Iudic. vbi loquitur de omnibus, qui sunt de eadem domo, vel parentela inimici. Lāfranc. de Oriano in repeti. c. quoniā cōtra, rub. de recusat. n. 123. vers. Tertio, si fuerit
53 affinis inimici mei. Et adeo procedit hæc recusatio ex capite inimicitiæ, vt illa habeat locū contra Iudicem, qui protulit verba cōminatoria de offendendo partē si poterit, vt notant Aufr. in d. tract. de recusatio. nu. 27. versic. 40. quando Iudex protulit verba comminatoria, Nouell. reg. 204. num. 12. Marant. de ord. Iud. p. 6. nu. 49. Pract.
54 Conrad. rub. de excep. n. 9. vers. 37. Et similiter quamuis inimicitia proueniat ex culpa recusantis, ex allegatis per Franc. in cap. cum speciali nu. 44. & ibi, addentes litera B. de Appella. Catel. Cota in memorabilibus in verbo. inimicitiæ capitales post mediū. versic. Quartum, & vltimum, fol. 335. Aufr. in dict. tract. de recusa. num. 26. versicul. Nec inspicitur, Scacc. de Appella. quæst. 17. limit. 47. memb. 1. nu.
55 18. Quinimo & propter inimicitiam præsumptam potest Visitator suspectus recusari, etiam quod ignoretur causa inimicitiæ, & etiam quod quis ostendat se amare, Ias. in d. l. Apertissimi n. 7. vers. Adde quod, C. de Iudicijs, Specul. in tit. de Iudic. de legat. §. 1. n. 2. vbi æquiparat inimicū, vel de inimicitia suspectū & n. 12. vers. Itē si sit inimicus meus, vel mihi suspectus, Aufr. d. tract. de recusa. nu. 27. Card.
56 Tusc. pract. conc. 908. n. 10. Deniq. vt Visitator suspect⁹ recusari possit propter inimicitiam, requiritur, quod illa sit manifesta, & non dubia, debetque propterea in recusatione specialiter exprimi causa inimicitiæ, nec sufficit inimicitiā in genere allegari, secundū Præpos. Mediol. in d. c. postremo n. 11. in 35. causa. extra de Appell. Franc. n. 10. Aufr. de recusa. n. 26. vers. sed in hoc casu, Pract. Conrad. rub. de excep. n. 9. vers. 33. Villalob. in cōmun. opin. verbo. Iudex, n. 47. vbi de cōmuni, & Rippa in cap. 1. num. 14. de Iudicijs.
57 Præterea licet recusatio Visitatoris opponi debeat ante litem contestatā, & consequenter antequam à Officiali querelato exigatur depositio iuxt. tex. in l. Apertissimi, C. d Iudicijs ibi: *Post litem contestatam, neq. Appellari posse, ante diffinitiuam sententiam iam statuimus, neq. recusari posse, ne lites in infinitū extēdantur:* & ibi notatur per Glo. & cōmuniter omnes Bero. consil. 16. num. 27. lib. 3. Crauit. super ritu magn. Curiæ 265. num. 10. Couarrub. practi. quæstion. capit. 26. num. 1. in fine versicul. Recusatio autem, & num. 2. Rota diuers. decis. 2. num. 2. part. 2. Viuius opinio. 866. nu. 18. vbi de communi Franc. Marc. decis. 727. num 1. part. 1. Pacian. de probati. cap. 45. nu. 6. Iacob. Laur. de Iudice suspect. cap. 14. num. 1. versic. Primo itaq. ante litem contestatam. Vbi testatur hanc esse communem scribentium opinionē, quod
58 adeo procedit, quod si recusans fecerit aliquem actum, post litem contestatam, & sic post exactam ab eo depositionem censeatur ex eo in iurisdictionē Visitatoris consentire, taliter quod amplius illū recusare nō poterit, vt notāt Couarru. pract. qq. d. cap. 26. n. 2. Minsinger. obser. 49. versic. Illud interim, centur. 4. Andr. Gayl. obser. 33. n. 11. lib. 1. Pacia. d. c. 45. n. 14. & seq. Card. Tusc. pract. cōcl. in verb. Iudex, cōcl. 423. n. 2. vbi testatur de cōmun. Sigismūd. Scacc. de Iudi. causar. ciuil. crimi.

crim. &c. cap. 101. n. 8. Iacob. Laur. de Iud. suspect. cap. 14. num. 2. versic. Eadem q.
59 Nihilominus si causa recusationis de nouo emergerit, poterit opponi per Officialem querelatum, etiam post litem contestatam, & sic post examinationem, & etiam ab eo depositionem iux. tex. in cap. insinuante, de officio de legat. vbi hoc cōmuniter notant omnes Canonistæ, & voluit ibi glo. in verbo Postmodum, vbi concordantia iura allegat Hostien. num. 5. Ioan. Andr. num. 14. Anchar. numer. 2. Anton. de Butr. numero 6. in 4. notab. & num. 9. Minsenger. obser. 59. versicul. Prædictum tamen, centur. 4. Andr. Gayl. dict. obseru. 33. numero 11. versiculo. Quod tamen restringimus libr. 1. Vnius opinio. 866. num. 20. Pacia de proba. libro 2. cap. 45. num. 88. vbi testatur hanc sententiam esse communiter approbatā,
60 & ab ea in iudicando, & consulendo non recedendum. Quod procedit, etiā quod recusatio proueniret ex causa antiqua, dummodo de nouo perueniret ad notitiam Officialis querelati, nam tali casu vtique poterit Visitator, etiam post litem contestatam, vt suspectus recusari, vt notāt Alber. in dict. l. Apertissimi sub num. 4. C. de Iudicijs, & ibi Paul. de Castro nu. 2. Ias. num. 12. in fine, Couarru. pract. qq. dict. cap. 26. num. 2. versicul. Quid si causa recusationis, Lancellot. de attentatis. cap. 12. num. 16. Pacia. dict. cap. 45 numero 88. Seraphin. de priuil. iurament. priuil. 7. num. 19. Sigismund. Scaccia. de Iudic. causar. ciuil. criminal. lib. 1. cap. 101. numer. 12. vbi alijs relatis testatur de communi, & in tractat. de Apellat. quæst. 11. nume.
61 52. vers. Sub restringe primo, vbi declarat dummodo statim, quod de nouo causa suspicionis venit ad notitiā partis opponatur, secus si scienter aliquis actus ante oppositionem recusationis fieret coram illo Iudice: quia tunc amplius opponi non potest ex dict. tex. in cap. insinuante in fine de officio delegat. vbi dicitur, quod licet post litem contestatam ex noua superuenienti causa possit Iudex re-
62 cusari: hoc tamen non procedit, quando quis habita notitia suspicionis post litem contestatam in illius iurisdictionem consensisset aliquem actum faciēdo, & ibi hoc notat Glo. in verbo. Consenserit, & in verbo. Alioquin. & ibi etiam Inno. num. 2. in eodem verbo. Consenserit, Hostien. ante num. 1. in verbo. Calculum, num. 6. in fine Bald. num. 2. vbi, quod isto casu consensus elicitur per vnicum actum But sat. consil. 21. num. 27. & seq. vbi de communi Pacia. dict. cap. 45. num. 13. Cardin. Tusch. pract. conclu. in verbo Suspectus, conclu. 909. numero 3. vbi ampliat, quod sufficit cōsensus Procuratoris in verbo Iudex, conclus. 421. num. 6.

63 Demum in hac materia est etiam animaduertendum, quod proposita recusatione, Officialis recusans Visitatorem, & qui eum querelauit, si querelator existit, si vero non existit, quia Visitator ex officio contra eum procedit, vna cum Visitatore arbitros de communi consensu eligere debent, & si de arbitris concordare non poterint, vnusquisq. suum arbitrū eligat, qui de suspicione cognoscant, & si arbitri concordare nequierint, eligant tertium: vt quid ex tribus duo decreuerint, illud firmitatem habeat probantur hæc omnia in cap. cum speciali, extra de Appellatio. & ibi glo. in figuratione casus in verbo. Tertium, Bald. numero 1. 4. & 10. Anchar. nu. 4. in 4. notabili, Bellamer. sub num. 10. Imol. num. 2. Abb. numero 1. & 10. Cardin. Zabarell. num. 1. in 1. notab. Alex. de Neuo, numero 7. & seqq. Et circa hanc electionis Arbitrorum materiam cum omnibus contingibilibus quæstionibus, quas singulariter recensere longum esset, vide tex. in cap. suspicionis

de commiss. p. 1. commiss. 3. cap. 1. n. 36.
66 Alij sic dixerunt, quod si causa suspicionis est notoriè iusta, process^9 absq. alia appellatione est ipso iure null^9, secus, è cōtra quando suspicionis causa fuerit notoriè friuola, & frustratoria scripserunt, Bald. in cap. cum speciali num. 14. ad medium versicu. Solutio in hoc articulo potest distingui, & ibi etiam Franch. numero 47. Alex. de Neuo, numer. 46. versiculo Primus est, vbi dixit indubitabile esse, quod processus post recusationem factus, sit ipso iure nullus, quando causa recusationis est notoria Gemin. in capit. Iudex ab Apostolica num. 12. versiculo. Hec vera de officio de leg. in 6. Roman. dict. consil. 220. numer. 7. versicul. sed aduertendum, vbi relatis omnium Doctorum sententijs concludit, processum a Iudice recusato factum esse nullum ipso iure, quando recusatio est valida, secus si nulla, & in valida. Hanc sententiam firmant Crauit. super dict. Ritu. 265. num. 8. Lancellot. de attenta. cap. 6. numer. 24. Cardin. Tusch. pract. conclu. in verbo Suspicio, conclusio. 913. num. 16. 17. & 19. & in verbo Iudex conclu. 422. num.
67 39. Veruntamen quando post recusationem Iudex recusatus procedit ad vlteriora processus non erit nullus si pars non opponit, ita Viui. opinion. 866. num. 23. vbi allegat tres Rotæ decisiones.
68 Tandem, vt huic capiti finem imponam animaduertēdum duxi, quod Visitator suspectus allegatus, licet nō deberet ad animum reuocare recusationem de eo factam: quia recusans suo iure vtitur: solet tamen sic recusatus pro maiori parte moueri ad iracundiam, & indignari, & se prouocatum reputare, quod facere non debet iuxt. text. in cap. suspicionis de officio de legat, & ibi glo. in verbo forsan prouocatus. Hostiens. num. 1. verbo. qui forsan. vbi quod hæc est præsumptio iuris, & de iure, & in verbo. Prouocatus, Aufr. in tract. de recusatione numer. 46. versicul. Postremo licet, Quintil. Mandos. in praxi commissionum in 8. formula in versicul. Quas hic consulto.

CAPVT VII.

DE SVSPENSIONIBVS, ET CARCERATIONIBVS OFFICIALIVM pendente Inquisitione Prouisis.

SVMMARIVM.

1 *OFFICIALES conuicti de crimine graui, quod pœna priuationis officij puniri valeat, pendente Inquisitione suspendi possunt ab administratione officij, sed non priuare, & assignatur ratio num. 2.*

3 *Ampliatur, vt multo magis in maioribus*

ioribus Iudicibus sit in his cautè, & attentè procedendum, quam in minoribus.

4 *Spoliare aliquem proprijs beneficijs, sine rationabili causa, & manifesta non decet.*

5 *Deus noluit amouere Iudã de Apostolatu, ad quem semel vocauerat, licet subesset causa, ex quo illa alijs nota non erat.*

6 *Officialis non debet suspendi ab officio ante sententiam, nisi plenè per testes integræ famæ, & opinionis probatum fuisset, plura, & grauiora delicta commisisse adeo, vt ab eis vix se defendere posset.*

7 *Administratio officij pendente inquisitione tunc est interdicenda, & suspendenda, quando ex informationibus aliquid substantiale commissi criminis apparuerit, ex quo Officialis veniret officio priuandus.*

8 *Officialis, qui suspenditur ab administratione officij pendente processu, non potest vocari ad nouum honorem, nec aliud officium.*

9 *Officialis delinquens extra officium non potest, inquisitione pendente ab officio suspendi.*

10 *Officialis electus ad officium, contra cuius electionem fuit oppositum de nullitate, an possit lite pendente exercere iurisdictionem, & an accusatio impediat.*

11 *Officialis licet sit electus in officio non tamen gaudet priuilegio, & dignitate officij: nisi suscepta administratione, & præstito iuramento.*

12 *Officiales perhorrescentes querelantes, & testes, vel aliud aliquid temere facientes, quominus visitationis negocia commodè, & pacificè perfici possint, sunt ab officio suspendendi.*

13 *Officiales actus visitæ perturbantes possunt, pendente inquisitione extra Ciuitatem mitti per aliqua milliaria cum fideiussione.*

14 *Officialis de graui crimine impetitus, quod plene probatum fuerit, potest carceribus mancipari.*

15 *Carcerationi Officialium non est locus, vbi Officialis solum officio veniret priuandus, vel pecuniaria pœna puniendus, quod procederet, etsi impetitus esset de crimine Barataria, et illud inter capitales causas connumeretur.*

16 *Pœna criminis Baratariæ est, pecuniaria, & priuationis officij.*

17 *Officialis, quorum delicta non sunt ardua, & capitalia non sunt carcerandi, sed extra carceres sunt audiendi præstita fideiussoria cautione.*

18 *Potestas seu Officialis fideiussores non reperiens in loco, in quo residentiam facere tenetur, non debet personaliter detineri, nisi causa contra ipsum esset capitalis.*

19 *Officialis pro debito ciuili carcerari non potest, etiam si non sit soluendo,*

do, quia gaudet priuilegio, vt nõ teneatur vltra quam facere possit.

20 *Limita, vt non procedat indebito descendente ex delicto, quia tunc etsi sit Doctor, & Miles carcerari possunt, vt num. 21.*

22 *Quam opinionem, & in Cathalonia procedere existimat Autor, etsi in ea Miles, & Doctor pro debito ciuili capi nõ possint, vt fuit ita in Senatu iudicatum.*

23 *Constitutio fin. tit. de actio. & obligatio. declaratur.*

24 *Laudatur Ioannes Petrus Fontanella, qui in confirmationẽ dictæ opinionis refert Senatus huius Principatus decisionem.*

25 *Depositio Officialis in scriptis per Notarium visitæ redigenda est.*

26 *Visitator recipiendo depositionem ab aliquo præheminẽti Magistratu, seu alijs viris Illustribus permittere debet, quod illi honorificè cum ipso sedeant, quia viri Illustres in ius vocati habent ius sedendi, etiam si sint accusati, & propriam causam defendant.*

27 *Officialis in visita querelatus quãdo possit per procuratorem se defendere.*

28 *Officiales temporales pendente Inquisitione possunt absque aliqua causæ cognitione suspendi ab administratione, & exercitio officij.*

29 *Limita in Officialibus perpetuis.*

30 *Officialis conuentus ante tempus syndicatus excipere potest, expectandum esse syndicatum, & assignatur ratio num. 31.*

32 *Limitatur prædicta conclusio, vt non procedat, vbi Officialis durante officio ad partis instãtiam conuictus fuerit, de aliqua Barataria, quod & de iure municipali Cathaloniæ procedit vt num. 33. & 34.*

35 *Officialis ante syndicatum in sex casibus conueniri potest.*

36 *Officialis conuictus de nimia negligentia potest durante officio syndicari, & conueniri.*

37 *Officialis, qui viderit aliquem rixari, & non se interponit, durãte officio potest suspendi, & remoueri.*

38 *Item suspenduntur Officiales ob nimiam sæuitiam.*

39 *Officialis qui non habet integrã familiam, pro qua salarium percepit ab officio suspenditur.*

40 *Officialis, qui pro officio habendo dederit pecuniam, potest durante officio puniri, ac illo priuari.*

41 *Officialis propter longam corporis infirmitatem, & incurabilem potest officio suspendi.*

42 *Officialis non admittens appellationem ad superiorem, vel aliquid aliud faciens in præiudicium Iurisdictionis superioris potest ab officio suspendi.*

43 *Iudex tabulæ durante suspensione Officialis, contra quē inquiritur, pcteſt aliū Officialē interim in illo officio ponere, & cōstituere.*

1 RECEPTIS testibus offensionalibus contra Officiales, vbi ex illorum attestationibus concludenter apparuerit, fuisse probata aliqua crimina, & delicta, propter quæ officio priuari possent, eo casu Visitatores si crimina talia sint grauia, & manifesta, quæ hoc exposcant, poterunt dictos Officiales ante sententiam ab administratione officij suspendere, sed non priuare. Secundum Bart. in l. si[illegible] §. Inquisitionibus, ff. ad Municipal. Lucas de Pen. in l. Iudices col. 2. versic. sed an iudices, C. de Dignit. lib. 10. Gram. consil. 10. nu. 2. cum sequen. Fran. March. decis. 614. vol. 1. Farina. consil. 5. Auil in cap. 8. syndicat. Vincent. de Franc decis. 8. Caual. resolut. crimi. casu 76. Capel. Tholosa. quæst. 374. vbi sic fuisse conclusum, & declaratum refert, & ibi Aufrer. nu. 4. dicit prædicta maximè procedere, vbi constaret de enormitate criminis, & scandali, quod etiam placuit Iosepho Cumian. in praxi de syndicat. cap. 17. nu. 19. & pulchre annotauit Bouadill. lib. 5. cap. 1. à num. 190. vsque 198. Quo-
2 rum opinio fundatur, quia non nisi ex vrgentissima, & graui causa non debet Officialis ab officio suspendi, cum sit maximum dedecus Officialem ab officio remouere, vt dicit Ioā. de Plat. in l. Iudices, C. de anno. & tribut. lib. 10. considerat bene Bertran. consil. 83. lib. 2. col. penult. secundum
3 antiqui. impress. quæ maximè procedunt in maioribus Iudicibus, quod secus esset in minoribus iux. glos. in cap. prohibentur 2. quæst. 1. Mayner. in l. qui iussu nu. 42. ff. de reg. iur. Bald. Sa- licet. & alij in l. Mancipia, C. de seru. fugit. Hinc eleganter dixit Roman. consil. 467. incip. vt clara, per totum ex pulchro text. 56. distin. cap. satis peruersum, vbi satis peruersum, & consequenter iniquum esse probatur, quorundam voluntatibus suis ille priuetur officijs, quem propria culpa à gradu non deiecit, & tex. in cap. conquæ-
4 rēte de restit. spoliat. vbi non decet subiectos sine manifesta causa rationabili proprijs beneficijs spoliare, vbi allegat alias decis. maxime text. in c. si
5 sacerdos de Offic. ordin. vbi dicit Deū noluisse, à mouere Iudā de Apostolatu, ad quē semel vocauerat, licet subesset causa, ex quo illa alijs nota non esset.
6 Ac ideo vbi casus suspentionis faciendæ mihi occurreret, nunquam suspenderem aliquem ab officio pendente Inquisitione; nisi plenè per testes integrę famæ, & opinionis probatum fuisset, Officialem plura, & grauiora delicta in officio commisisse, ita vt vix ab eis se defendere nequisset. Durum enim, & egrè semper mihi visum fuit non datis defentionibus Officialem ab administratione officij ante sententiam suspendere, quod pluribus, & elegantissimis fundamentis illustrauit doctissimus Regius Cancellarius Ioan. Gallego huius sacri Regij Senatus meritissimus Decanus in suo defentionali responso de syndica. cap. 7. per tot. idipsum plurimum cōmendat Bouadil. ex pluribus quos allegat lib. 5. cap. 1. num. 198. & confirmantur per ea, quæ tradit Mastril. in tractat. de magistratib. lib. 6. capit. 5.
7 numer. 45. & 46. Vbi, quod tunc est suspendenda, ac interdicenda administratio officij pendente Inquisitione, quando ex informationibus aliquid

aliquid substantiale commissi criminis apparuerit, ex quo Officialis veniret officio priuãdus, adde ad hæc, quæ diximus supra in cap.3. num.24. vsq; 29. sequuntur enim ex istis suspentionibus factis pendente Inquisitione plura incommoda, & damna ipsis Officia-
8 libus, interquæ vnum est. Quod Officialis, qui sic suspenditur non potest processu pendente vocari ad nouum honorem, nec Officiũ, vt in l. vnica, C. de reis postul. lib. 10. & ibi Bar. Plat. & DD. & Plat. in l. fin. C. de iur. fisci lib. 10. vbi extendit etiam si non sit lata sententia contra eum, per tex. in l. reus delatus, ff. de mune. & honor. l. qui de libertate, ff. de libe. caus. cap. Omnipotens. de accusa. Boer. decis. 150. num. 15. Mascard. de probat. 1. tom. concl. 27. num. 1. & 6. Auil. in cap. 8. Iudic. syndicat. num. 3. Bouad. alios referens, d. lib. 5. cap. 1. num. 192. in fine sub littera D.

9 Et quamuis Officialis accusatus de crimine commisso circa officium, accusatione, vel Inquisitione pendente suspendi possit, vt diximus, & comprobatur per text. in l. quod si forte circa finẽ, ff. de solutio. & ibi not. Bar. & facit. §. siquis, inst. de suspect. tuto. Verũ secus erit si deliquerit extra officium, vt in l. Reo, & in l. quamuis alias incipit, Calpedius eod. tit. ff. de solu. & tenet Stephanus Aufre. in decis. Tolosa. 371.

10 Sed quid si aliquis est electus in Vicarium seu Potestatem alicuius Ciuitatis, seu Vicariæ, & quidam se opponit huic electioni, dicens eam non valere, an pendente litẽ excerceuit iurisdictionem, dic quod non: si non inchoauit excercere, l. qui status, ff. de re milit. secus si inchoauit, vt in l. 1. §. penul. ff. nihil. nou. Appel. pend. & l. Reus §. 1. ff. de muner. & honor. cap. nonnè 8. quæst. 4. Petr. Antibol. in tractat. de munet. in 3. part. num. 69. tom. 6. tractat. Et quod non admittatur pendente litẽ, & donec exceptio fuerit discussa quæ debet discuti infra tres menses, tenet Plat. in l. 2. C. de dignit. lib. 12. in fin. & in l. fin. C. de iure fisci lib. 10. vbi ad excludendum ab honoribus consequendis sufficit sola acusatio, licet nõn dum sit lata sententia, vt in d. l. reus delatus, ff. de muner. & honor. Ias. in l. 1. num. 24. ff. de re iudic. & prædictorum ratio traditur à Mastril. de Magistra. lib. 5. cap. 6. n. 106. 107. & 108. vbi
11 ex multis, quos allegat probat, quod Officialis, licet sit electus in officio nõ tamen gaudet priuilegio, & dignitate officij: nisi suscepta administratione, & præstito Iuramento, & secundum hanc doctrinam ita ipse practicaui in Regia Audientia, vti aduocatus insignis Metropolis Ciuitatis Tarraconæ, in contentionibus super his vertentibus inter ipsamCiuitatem, & Illustrissimũ dominum don Ioannem de Mõtecatheno recolẽdæ memoriæ dignissimũ Archiepiscopum illius Ciuitatis.

12 Præterea quando Officiales syndicandi essent potentes, & ob eorum potentiam perhorrescerent querelantes, & testes aduersus eos deponentes, vel aliquid aliud temere fecerint, quominus visitationis negotia commodè, & pacificè perfici possint: tunc vtiq; ab officio suspendi possunt, vt tenet Paris. de Put. in tract. de syndic. in verb. Officialis finito officio, n. 6. & in verb. Accusatus in officio, n. 2. fo. 41. Grãm. consil. crim. 10. Lancellot. de Attenta. cap. 4. p. 2. n. 28. & cap. 5. accusatione, vel Inquisitione pendẽte n. 17. Capel. Tholosa. decis. 370. vbi Aufr. Auil. in cap. 5. Prætor. n. 3. fol. mihi 112. Ioann. Philip. Testay. allegat. 9. n. 38. qui plures refert Ioseph. Cumian. in praxi de syndic. cap. 6. n. 11. Bouadil. d. lib. 5. ca.
13 1. n. 190. prope finem. Vbi quod Visitator, Officiales, quos inuenerit actus visitæ perturbari, poterit extra Ciuitatem mittere per aliqua miliaria cum fideiussione, donec contra eos expediatur productio.

14 Quandò autem Officialis esset de graui crimine impetitus, pro quo pœna corporali veniret plectendus, & sic culpæ contra illum resultantes essent grauissimæ, & plenæ probatæ, tunc iuste poterit carcerari, & in carceribus detineri, vt notat. Bald. in l. obseruare §. proficisci quæst. 8. ff. de Offic. proconsul. Amodeus de syndicat. numer. 185. Augustin. Dulcet. in eodem tractat. numer. 20. Auil. in capit. 3. syndicatus glos. Pregonar, numer. 21. Caualcan. de Brach. regal. par. 5. num. 95. Cancer. part. 3. variar. resolu. capit. 12. numer. 17. Bouadill. lib. 5. cap. 1. num. 106. in fine. Mastril. de Magistr. lib. 6. cap. 2. num. 40.

15 Si vero Officialis solum venisset pœna pecuniaria, aut officij priuatione puniendus, tunc non debet carcerari, etiam quod impetitus esset de crimine Baratariæ quamuis illud, inter maximas, & capitales causas connumeretur, secundum Amodeum in tra-

16 ctat. de syndicat. numer. 185. & ratio est quia pœna Barathariæ, est pecuniaria, & priuationis officij, ex text. in l. 1. & in l. diuus Pius, ff. de Custod. reorum, l. f. C. eod. l. minime, C. de Appellat. per quæ iura ita notat. Bouadill.

17 lib. 5. capit. 1. numer. 106. prope fin. Et quando delicta Officialium non sunt ardua, & capitalia carcerationi aduersus eos non est locus, sed extra carceres audiri debent, præstita fideiussoria cautione, vt notat Ioseph. Cumian. in praxi de syndicat. capit. 11. numer. 8. & sequent. Amodeus in eod. tractat. numer. 206. Bald. in simili. tractat. numer. 6. Cathal. numer. 292. alios refert Mastril. dict. lib. 6. capit. 38. & 39. vbi etiam loquitur, quando ex probatis veniret Officialis pœna pecuniaria puniendus, Auiles in capit. 3. Iudic. syndicat. glos. Pregonar, numer. 21.

18 fol. mihi 266. Vbi dicit, quod si Potestas fideiussores non reperiat in loco, in quo residentiam facere tenetur, nō debet personaliter detineri, nisi esset causa capitalis.

19 Pro debito autem Ciuili dubium est, an Officialis carcerari possit, & videtur non posse, præsertim si fuerit Magistratus, aut Iudex, quia isti gaudent priuilegio in deffectum bonorum, quod scilicet non teneantur vltra quam facere possint secundum Bal. in l. quæ fortuitis, C. de Pigno. actio. col. 5. numer. 25. Alexand. in additio. ad Bart. in l. si filius familias Iudex, ff de iudicis Cathald. de syndicat. quæst. 5. numer. 9. Auiles in capit. 1. Prætor. glos. Durante, numer. 10. vbi post Baldum, & Alexand. dicit, quod Iudices pro debito pro quo sunt condemnati, non possunt carcerari finito officio, etiam si non sint soluendo, sed tenentur solū in quantum facere possunt, quod dicit notandum.

20 Verum de consuetudine contrariū practicatur, præcipuè quando debitum descendit ex delicto, & ratione officij ipsius Iudicis male iudicantis; nam tunc debet detineri in carceribus donec soluat, & seu idoneos fideiussores præstet ita Bald. sibi contrarius in capit. 1. §. Iudices, numer. 2. de Pace. iurament. firmand. in feud. vbi, quod de consuetudine est, quod ponatur in carcerem donech soluat. Flotianus in l. idem iuris. §. Mulionem, ff. ad l. Aquiliam. Puteus de syndicat. verb. Assessor, capit. 1. numer. 12. causa enim male iudicati, est culpabilis in Iudice, quia imperitiæ culpę annumeratur, vt est regula iuris in §. præterea, Medicus, inst. de lege Aquilia. glos. in l. 2. ff. Quod quisque iur. & quando iudicando deliquit per dolum, aut corruptelam. Tunc est vere delinquēs, & manet infamis, vt in l. fi. C. de pen. Iudic. qui

21 male Iudica. Et ideo in his casibus etiā si sit Nobilis, aut Doctor, carceratur, & carcerari potest, vt in terminis not.

22 Bouad. lib. 5. c. 1. n. 107. Quā opinionē in Cathalonia procedere existimo nō obstantę

obſtante conſtitutione finali titulo de
action. & obligat. vbi Miles pro de-
bito ciuili capi non poteſt, nec etiam
Doctores tanquam priuilegio Milita-
ri gaudentes, pro vt fuit ita deciſſum
in Regia Audientia teſte Nobili Lu-
douico à Peguera deciſion. 165. per
23 tot. Quia dicta conſtitutio, & deciſ-
ſio loquuntur in debito ciuili ex con-
tractu, vel quaſi procedente, quo in
caſu Doctor capi non poteſt, nec iure
communi probat text. in l. medicos,
C. de profeſſo. & medicis,lib. 10. Se-
cus autem eſt pro debito deſcenden-
te ex delicto: nam tunc vtiq; Miles, &
Doctor capi poſſunt ad notat.per Bar.
in l.fin. §. hæc actio,ff. de his, quę in
fraudem credito.gloſ.& DD.in cap.1.
de purga. canon. Tiraquel.de nobili-
tate capit.24.Ioan.Gutierr.de Iuram.
confirma.part.1.capit.16. numer. 16.
& ſequent. & ex noſtratibus Calicius
in margarita fiſci in rubric. de pæna
amiſ. milit. verſiculo, centeſsimus
quinque caſus eſt, & Mier.part.2.cap.
25.numer.54.collat.9. pagin. 114. Et
24 ab hac opinione non recedit vir do-
ctiſsimus, & optime de iuris pruden-
tia meritus Ioann. Petrus Fontanell.
in tractat. de pact.nuptialibus clauſul.
8. gloſ. 3. numer. 20. & ſequent. vbi
ſub numer. 22. refert Regiam decla-
rationem noſtri Regij Senatus refe-
rente egregio Senatore Hieronymo
Aſtor omnium ſubtilitatum Princi-
pe in causa ſupplicationis confirma-
tam.

Vbi autem Officialis captus fue-
25 rit, vel aliter non captus, & ab eo
exigenda erit depoſitio per Iudicem
Viſitatorem, vtique ſciendum eſt,
quod illa redigi debet in ſcriptis per
Notarium viſitæ,ex text.in l. 1. ff. de
cuſto. reorum;verum ipſe Notarius
ſolus illam exigere non poterit, ſecun-
dum gloſ. communiter receptam in
l. Iubemus verbo, aliud Iudicium, C.
de libera.cauſ. Floria.in l.proinde nu-
mer. 112.ff. ad l. Aquil. Afflict. deciſ.
26 186.num.6. Hinc etiam animaduerte-
re debet ipſe Viſitator,quod recipien-
do depoſitionē ab aliquo præheminē-
ti Magiſtratu,ſeu Regio Senatore,De-
putatis Regni, Decurionibus, ſeu Cō-
ſiliarijs inſignium Ciuitatuum, & ſi-
milibus viris Illuſtribus, curam ha-
beat,quod illi honorificè ſedeant cum
ipſo, quia viri illuſtres in Ius vocati
habent ius ſedendi, etiam ſi ſint ac-
cuſati, & propriam cauſam defen-
dant,iuxt. text. in l. fin.§. ſedendi,C.
vbi Senator. Quamuis aliquantulum
inferius, & non ſuperius vt not. Bald.
ibi numer. 2. Caualcan.reſol.crimin.
caſu 54. ſubdens, quòd eſt vrbanitas
conueniēs. Maſtril.lib. 6.cap. 2.num.
55. in fine. Caſſane. in cathalo. glor.
mundi part. 7. conſidera.3.verſic.vn-
decimus,fol.mihi 145.

27 Hinc etiam optimum eſt ſcire an
Officialis querelatus, qui eſt in Syndi-
catu poſsit ſe defendere per Procura-
torem, videtur quod non: quia debet
ſtare ad ſyndicatum perſonaliter, in-
tra quinquaginta dierum ſpatium, vt
ſanxit Imp. Zeno, in l.1.C.vt omnes
Iud. tàm ciuil.quam milit. l.conſilia-
rios l.nullus ibi: *Prouincialibus præ-
ſentiam ſui exhibeant*. C. de Aſſeſ-
ſo. & in authent. de adminiſtrat. in
princ,ibi: *Publice apparentes*; & ibi:
Vt ſit palam. Et de Iure Canonico
comprobatur per text. in cap. quali-
ter,& quando in 2 §.debet, de Accuſa-
tio.& de iure Diuino 1.Reg.capit. 12.
Quod etiam probat ius ſpeciale Ca-
thaloniæ, vt conſtitution. 18. quæ in-
cipit. Ordenam titulo deOffici de Iut-
ges de Taula, vbi habetur Officialem
non poſſe recedere à loco officij, fini-
to officio,niſi lapſis quinquaginta die-
bus. Simancas de Repub. lib. 8.cap.
8.num. 3. ſubdit, quod vulgo appellat
viſitationem, reſidentiam, eo quia in
viſita Officiales perſonaliter reſidere

debent, nihilominus, dicti Officiales lapsis dictis quinquaginta diebus impunè recedere possunt, si causa non esset expedita à loco Syndicatus, procuratore relicto de causa instructo, vt est casus notabi. in dict. l. 1. § quod si intra. C. vt omnes Iudic. tam ciuil. dummodo causa sit ciuilis, & pecuniaria secundum Amodeum Iustin. in tractat. de syndicat. in verb. qui dominus Ioannes, num. 218. vbi dicit quod Officialis in causa Syndicatus potest se defendere, per Procuratorem cum sit regulariter pecuniaria; Secus autem si esset capitalis, quia in tali causa nō admittitur procurator, vt in l. penult. §. ad crimen, ff. de pub. Iudic. & in l. seruumquoque. §. publicè, ff. de Procura. Angel. in l. si iniuriarum. §. 2. ff. de Iniur. Puteus de syndicat. verb. Procurator, fol. 275. numer. 5. cum sequent. & verb. Officialis, in princip. fol. 99. Cathal. in eod. tractat. quæst. 245. nu. 156. Amodeus ibidem, numer. 213. Ioseph. Cumian. de syndicat. capit. 17. nu. 49. Bajard. ad Clar. § fin. quæst. 73. num. 5. Bouadill. dict. lib. 5. cap. 1. numer. 77. Mastril. de Magistr. lib. 6. cap. 2. num. 42. & Auiles in cap. 3. Iudic. Syndicat. glos. Pregonar, num. 18. qui loquūtur cum distinctione proxime relata, vt ibi per eos latius est videre.

28 Tandem reuertendo vnde digressi sumus, dicimus, quod ea quæ de suspēsione Officialium supra proposuimus, procedunt, & intelligenda sunt in Officialibus perpetuis; non autem in tēporalibus, quia temporales pendente Inquisitione absque aliqua causæ cognitione possunt suspendi, vbi finito officio adhuc in exercitio illius tempore visitationis reperti fuerint, vt resoluit Parif. de Put. de syndic. in verb. Officialis finito officio, num. 6. quem refert, & sequitur Auil. in cap. 5. Prætor. in princ. num. 3. Portoles verb. Inquisitio, num. 3. Mastril. de Magistrat. lib. 6. c. 3. n. 5. & de iure nostro municipali probatur per const. 1. in fine ibi: *Durant la Inquisicio sian suspesos del offici, si algu ne obtenen.* Et constitution. secunda in fine ibi: *E ell tenint la Taula sia suspes del offici.* Et constitutione sextam ibi: *En la fi de la administracio del dit Official quen fos remogut.*

29 Scitas sub titul. de Offici de Iutges de Taula, quod secus est in Officialibus perpetuis, qui durante tabula seu visita: suspendi non possunt, vt in const. 7. verb. ibi: *Sie entes empero.* eod. tit. de Offici de Iutges de Taula, & ibi Mier. par. 1. coll. 4. num. 10. fol. 87. nisi in casibus supra relatis à n. 1. vsq. 8.

30 Proprium enim tempus visitandi, & syndicandi Officiales temporales est post finitum eorum officium, adeò quod si Officialis antea durante officio coram superiore conueniretur, posset excipere, expectandum esse Syndicatum, pro vt ita ex Bar. Puteo, & alijs fuisse pluries determinatum in magna curia, refert idem Mastril. dict.

31 lib. 6. cap. 5. num. 11. Ea ratione moti, quod si aliter fieret Visitatorum iurisdictio deficeret, cum in eorum literijs eisdem concedatur potestas pro syndicandis Officialibus præteritis, ad tradita per Cathal. de syndicat. quæst. 81. Pute. in eod. tractat. verb. durante Officio cap. 1. num. 4. esset enim incōpatibile Iudicem eodem tempore, iustitiam administrare, & syndicari, quia promiscuis actibus non debent Officia turbari l. cōsulta diualia, C. de testa. Caual. de brach. regal. part. 5. nu. 4. & sequent.

32 Verum prædicta limitantur, vt nō procedant, quotiescunque Officialis durante officio ad partium instantiā conuictus fuerit de aliqua Barataria, iuxt. text. in l. Iubemus, C. ad l. Iul. repetund. Foller. in const. Magister Iustitiarius, nu. 43. Roman. consil. 415. n. 3. &

3.& 4. Ioan.Anton.de Nigro,in cap. 132.nu.72.tit.de syndi. subdens,quod in hoc casu posset per partes Principi supplicari,vt Officialem puniat pro furtis.Speculat.in titu. de supplicatione.§.sequitur vers.Itē durāte.Cathal. de synd.n.30.Amode. in simili tract. nu.42.&43.Pute.in eod.tract. verbo. Barateria,cap.1.num.2. vbi ait, quod pendente officio,eo priuatur.& nu.5. in verbo durante officio,cap.2.n.3.6. 7.9.& 12.& in verbo compositio,cap. 6.num.5. subdens hanc esse communem opinionē latissimè Farina.cons. 5.num.2.cum seq.Testay.alleg.9.nu. 157.Auil.in cap.9.Prætor.Glo.Los ca

33 stigue, Michael Ferrer in 2.p.obser. cap.23.& de iure nostro habemus textum expressum in Costi. vnic. Que los Officials pugan esser punits durāt llurs officis: Quæ expresse loquitur in Officialibus triennalibus: vt colligitur, ibi *Lo pugan punir jat sie lo temps de tenir taula no sia encara vingut* pag. 134. & notat. ibi, Miet. part.1.coll.5. cap.17.fol.mihi 114. Et licet id non expressisset dicta constitutio:nihilominus ita esset tenendum,nam quamuis Officiales annales,& temporales regulariter non debeant visitari, nec syndicari nisi finito eorum officio, vt diximus sup.num.30.& 31.& in cap.3. numer.28.in fine.

34 Tamen fallit,quando commiserint furtum seu Baratariam, & partes instarent,vt dictum est,quia tunc etiam durante officio possunt syndicari, sicut visitari,& syndicari possunt Officiales perpetui, qui possunt quandocunque syndicari,& in hoc casu temporales perpetuis assimilātur,ita not. in terminis Ioseph. Cumia. de synd. cap.17.num.10.& 11.Qui etiam loquitur in Officialibus ad beneplacitum, qui pariter perpetuis assimilantur. Hinc Bajard.ad clar.quæstio. 73. nu.

35 46.dicit, quod Officialis ante syndicatum potest conueniri in sex casibus quorum primus est si fuerit Officialis perpetuus. Secundus si actio esset tempore peritura. Tertius si commiserit furtum siue Baratariam in officio, Quartus,si ita Princeps iusserit,Quintus potest conueniri à non subditis. Sextus,quando pro delicto imponi-

36 tur pœna priuationis officij. Quibus etiam addi potest,quod Officialis conuictus de nimia negligentia potest durante officio syndicari, conueniri, ac priuari,l.si quos,C.de Officio præfect. præt.Orient.Amode.de syndic.num. 43. Pute. in eod. tract.in verbo Bara-

37 taria,cap. 1. Item quando videret aliquos rixari,& non se interponeret,durante etiam officio, potest suspendi,& remoueri secundum Cyn.in l.Si seruus,C.de noxal.Amode.in dict.num. 42. Gutier. pract.qq. lib.4.quæst.28.

38 nu. 5. Item ob nimiam sęuitiam:quia etiam durante officio suspenduntur, & remouentur Officiales vt in l. 1.& 2.vbi Bart.ff.de his, qui sunt sui, vel alieni iur.Foller.in dict.Const. Magister Iustitiarius.num.43. D. de Pont. decis.7. num. 12.& decis.16.num.33. Guid.Pap.decis.62.& singul.564.ver

39 bo.Iudex.Item Officialis, qui non habet integram familiam pro qua percipit salarium,vt in l.1.& 3.C.de Officio præfect.prætor.Amode.in d.tract.

40 de synd.num.43. & nu.44. vbi quod Officialis,qui pro officio habendo dederit pecuniam potest durante officio

41 puniri,ac illo priuari.Similiter propter longam corporis infirmitatem, & incurabilem potest officio suspendi, Amode.dict.num.43.versicul. Secundo, Albert.& Salic.in dict.l.Si quos, C.de Officio præfect. prætor. Orient. Vant.de nullita.ex deffectu iurisdict. Ordin.num.135.Item si non admitteret appellationem ad superiorem, & sic faceret aliquid,quod esset in præiudicium iurisdictionis superioris ad text.& ibi Bald. in l. Si appellationē, C. de Appellatio. Alex. in addit. ad

Bart.

Bart. in l. pars literarum, ff. de Iudic. plures alios casus referre potuerimus, quos consulto omittimus.

Illud autem in hac materia te scire oportet, quod Iudex tabulæ, seu Visitator durante suspensione Officialis, contra quem inquiritur potest, authoritate Regia, ponere interim alium Officialem in illo officio, vt tradit Mier. part. 1. fol. 55. n. 28. & 32.

CAPVT VIII.

DE GRAVAMINIBVS, ET EXCESSIBVS OMNIVM MAGISTRATVVM, IVDICVM ALIORVMQVE OFFICIALIVM, ET Reipublicæ Administratorum in eorum officijs commissis.

SVMMARIVM.

1 *GRAVAMINA, ex iniustitiarum materia profundũ pelagus continent.*

2 *Excellentissimus Prorex est primus omnium Magistratuum.*

3 *Duces, Comittes, Præfecti Militares Excersitus reliqui clarissimi viri maiorem administrationem habentes, rationem suæ administrationis reddere tenentur.*

4 *Excellentissimi Proreges solitum fuit priscis temporibus syndicari.*

5 *Hodie publicæ honestati congruit, vt non syndicentur, & assignatur ratio, num. 6.*

1 CVM grauamina, & excessus Magistratuũ, Iudicũ, & aliorũ Officialiũ, ex testium dictis in eorum offentionẽ receptis, in lucẽ proferantur: ideò congruenti ordine videtur, hoc in loco de illis pertractãdum. Cæterum, quia grauamina, & in iustitiarum materia profundum pelegus continet: vt dicit Belluga. in suo speculo, rub. 11. in principio: Propterea ne le[illegible]i omnia prædicta, sub vnico capitulo compræhendentem, tædium generemus, illam per diuersa capitula explicare decreuimus, incipiendo à maioribus magistratibus, & vsque ad infimos Officiales prosequiendo.

Verum

2 Verũ quia inter Magistratus omniũ primi, & supremi sunt Excellentissimi Proreges; de ipsis ideo pri⁹ agendum erit, non tamen tanquam obnoxijs huic censuræ visitationis; sed solummodo, vt eisdem patefactum, & notum sit, quæ eis incumbant, ratione
3 sui excelsi muneris. Nam, quamuis omnes, qui curam aliorum gerunt rationem administrationis reddere teneantur, etsi sint viri clarissimi, & habentes maiorem administrationẽ, & si sint Comites, Duces, vel Aulæ Imperialis Officiales, Præfecti Militares Exercitus, Imperij, aut Consiliarij eiusdem, vt in l.1.C. Vt omnes cautæ, tam ciuil. quam crimi. & in terminis hoc notat. Paris. de Pute. de syndic. verbo. Viso de modo procedendi nu. 2. fol. 31. dicens solitum, & obseruatum fuisse Vicereges, & Locumtenen-
4 tes Regum syndicatui, & ratiocinijs
5 subiacere; Verumtamen quia talis obseruantia hodie non est in vsu, nec publicæ honestati congruit, vt scit, quinimò conueniens est, quod Excellentissimi Proreges ab huiusmodi visitatione sint inmunes, iuxta Platonis
6 dictum libr 6. de legibus ibi. *Nemo Iudex, Magistratus ve sit, qui gesti officij rationem non referat, præter eos, qui regum instar finem rebus imponunt.* Quod dictum confirmat Simancas de Repub. lib. 7. cap. 23. dicens quòd summorum Iudicum authoritas, non est exponenda, calumnijs, & accusationibus imprudentissimis subiectorum. Propterea relictis his, quæ ad visitationis Iudicum pertinent, ad alia, quæ in eorum excelso munere spectant, procedamus.

CAPVT IX.

DE ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO PROREGE, ET CAPITANEO GENERALI.

SVMMARIVM.

1 *PROREGIS potestas amplissima est, cum omnia facere valeat, quæ specialiter, & personaliter ipsemet Rex facere potest.*

2 *Locumtenens Generalis omnes honores, & prærogatiuas Regias seruat, quia Principem præsentat, & alter Rex est repræsentatus, & hinc Alternos appellatur*

quinimò

tur iudicare per directum, & obligetur ex contractu iurato ad iustitiam.

23 *Proreges in Cathalonia vouët, in causis ciuilibus, & criminalibus, quando Senatores Regiæ Audientiæ sunt in numero pari votorum, & quid in hoc casu obseruare debent.*

24 *Laudantur Excellentissi. Dux de Alburquerque, qui fuit huius Principatus Prorex. Nec non & Excellentissim. Dux de Alcala, qui post eum fuit etiam dicti Principatus Prorex de ipsorum clementia, & rectitudine in administratione iustitiæ & refertur casus singularis, qui euenit tempore regiminis dicti Ducis de Alcala in quo præclarum sui acutissimi ingenij acumen ostenditur, vt num 25.*

26 *Proreges in Cathalonia tenentur relaxari mandare carceratos, postquam per Senatum fuerit conclusum, & deliberatum illos fore relaxandos.*

27 *Limita, vt non teneantur, quãdo post cõclusionem Senatus aliquod aliud nouum delictum contra carceratũ superuenerit, pro quo illum detinere iuste possent.*

28 *Proreges in materia iustitiæ non debent recedere, à voto Regiorum Consiliariorum, quia nec ipse Rex ab illarum voto recedere consueuit.*

29 *Prorex neutri parti fauere debet neque partialem se ostendere.*

30 *Proreges contentiones, & inimicitias inter Magnates ortas, et suscitatas confestim reprimere, & componere debent, & traditur ratio numer. 37.*

31 *Proreges sapientes esse oportet, quia necessaria, adeo Principi est sapientia, sicut corpori anima.*

32 *Rex Salamon dum Regnum gubernaturus esset, sapientiam à Deo humiliter postulauit, & eam, & diuitias cõsequutus fuit, & sic plus quam petijt obtinuit.*

33 *Prorex licet gratiam, & remissionẽ delictorum concedere possit, non tamen nisi ex iusta publica, & rationabili causa Reipublicæ vtili, & quam rarissime id facere debet, quia aliàs peccatum mortale committeret.*

34 *Prorex domi retinere nõ debet famulos gratias delictorum ab ipso obtinentes mediãte pecunia, licet illa ad eum non perueniat.*

35 *Domus Principis, & cuiuslibet alterius supremi Iudicis est velut signum ad sagittam positum, & Procerum, ac Magistratuum exemplar.*

36 *Proreges carceres, & carceratos visitare tenentur, tam de iure communi, quam municipali, & assignatur ratio, seu effectus huius visitationis num. 37.*

38 *Proreges in carceribus causas miserabilium personarum carceratorum,*

rum, pro leuibus delictis detentorum celeriter expediri debent.

39 Proreges non debent facilè extractionem frumentorum a Regno concedere, nisi Regnum fuerit prius bene prouisum.

40 Proreges tempore penuriæ, & necessitatis frumenti, extractionē illius omnino à Regno prohibere debent, & à similibus concessionibus se abstinere.

41 Prouincia Cathaloniæ habet Regna vicina externa, partim Francorum, & partim Turcorum, & propterea aduersus hostes sunt in limitibus Prouinciæ constituta præsidia, & in eis sunt multi Milites stationarij.

42 Rex Hispaniæ in Cathalonia Capitaneum Generalem deputauit ipsum Excellentissimum Proregem Locumtenentem suum, ad quem militaria omnia auxilia, & ministeria pertinent.

43 Prorex vti Capitaneus Generalis Milites fortissimos, & strenuos viros habere debet, quibus permitti non debet, quod inhonestè viuant.

44 Capitaneus Generalis in rebus bellicis cuncta agere debet cum consilio.

45 Secretum earum rerum, quæ circa res bellicas deliberantur summopere est obseruandum.

46 Insidijs vti licitum est, in bello iusto contra inimicos: non licet tamen eos sub fide data decipere, nec falsum eis dicere, quia nulli hominū est mentiendum.

47 Capitaneus Generalis curam habere debet, quod Regnum in quo ipse præsidet, sit armis offensiuis, & defensiuis bene munitum, quia ex illorum abundāti prouissione prosperi belli successus admodum dependent.

48 Capitaneo Generali incumbit prohibere extractionem armorum à Regno.

49 Principi tantum licet armifirationes, & armamenta publica detinere, & ea in qualibet Ciuitate tenere.

50 Capitaneus Generalis prouidere debet, quod præsidijs comeatus abundent, et pro infirmitatibus Militum medicamenta necessaria in eis existant.

51 Capitaneus Generalis in ocio pacis visitare debet, præsidia, et castra, et eorū mænia reparare, et redificare, nec prædicta ad tempus belli expectare, et similiter eo tempore egregiè ad bellum se præperare, vt num. 52.

53 Capitaneo Generali vtilis est historiarum cognitio, quia ex aliorum euentu fortissima exempla sumuntur, et ad parem laudem assequendam inuitat.

54 In optimo, et fælici Capitaneo Generali quatuor sunt necessaria Sciētia rei militaris, Virtus, Authoritas, et Fælicitas.

Capitaneo

55 *Capitaneo Generali constituto cum militibus suis ante aciem inimicorum incumbit illos ad prælium audacter hortari*

56 *Capitaneus Generalis debet esse liberalis, & benignus ergà suos subditos, quia ex hac affabilitate, et humilitate consequi sperantur gloriosissimi, triumphi, & victoriæ.*

57 *Capitaneus Generalis quid considerare, & facere debet, antequam irruat in hostes, & postquã accesserit ad pugnam, & victoriam obtinuerit, spolia inimicorum cum exercitu diuidere debet.*

58 *Capitaneus generalis militibus iubere debet, quatenus præpositis suis obedientes existãt, & vbi inobedientes fuerint pæna capitis sunt plectendi.*

59 *Milites Ducem suum deserentes, vel dum acies ordinatur relicto signo fugiẽtes pæna capitis sunt puniẽdi.*

60 *Belli tempore sub pæna mortis, non licet militi recedere, nec Duci sub eadẽ pæna capitali ei licentiã dare.*

61 *Limita nisi paucis, & ad breue tempus, et nõ vrgẽte opposito hospite.*

62 *Pænæ plures constitutæ sunt aduersus milites de quibus remissiue.*

63 *Bellum quando dicatur iustũ, vel iniustum, quandoque liceat Christianis in bello vti auxilio infidelium, et Sarracenorũ de rebus in bello captis, de Pijratis, et deniq. de bello nauali et terrestri alijsq. quotidie circa res bellicas occurentibus, vide remissiue.*

64 *Proreges tenẽtur purgare maria ab incursu Piratarum, & Prædonũ, vt libera sit vnicuiq. nauigatio.*

65 *Consuetudo dandi vestitum semel in anno remigantibus, seu forsatis in triremibus, à quo tempore, & vnde sumpta.*

66 *Nauigatio quo tempore incipere debet, & quo finire.*

67 *Victus, quis, et quomodo antiquis tẽporibus militibus præstabatur, & quod in mẽse Nouẽbris mãdabatur dari vinũ nouum, & sic pariter circa paleam, & fenum.*

1 VNCTIS notum est, Proregis potestatẽ amplissimam esse: cũ omnia facere valeat, quæ specialiter, & personaliter, ipsemet Rex facere posset, adeo; quod dicitur esse corpus Regis, cuius Locũ tenet, l. Si supra aliquẽ §. cũ plenissima, ff. de Officio Procõsul. l. si Augustæ, ff. de Legi. c. 1. de Officio Vicar. Vincẽt. de Franch. decis. 165. n. 2. libr. primo.
2 Franc. Milanen. decis. 8. n. 72. lib. 2. Et ea de causa Alternos appellatur ad tex. in c. legatos vbi glo. in verb. Proconsulũ de Officio legat. in 6. Oliba de iure fisci cap. 4. num. 64. Bellug. in specul. princip. rub. 6. nume. 4. In fine vbi, quod Locumtenens Generalis omnes honores, & prærogatiuas Regias seruat: quia Principẽ repræsentat, & alter Rex est repræsentatus Ioann. Franciscus de Ponte de

 potest.

potest. Proreg. tit. 1. n. 1. Ideoq. potitur iisdē priuilegiis, & prerogatiuis, quib⁹ Rex ipse vtitur l. Vnicuiq. C. de Prox. sacr. scrin. lib. 12. cap. fi. 93. dist. Rema. singu. 367. Surd. cōs. 281. n. 1. & seq. & cōs. 540. Et propterea reputatur Prin-
3 ceps, cum eius vices habeat, vt dicit Marsil. in l. Si quis obrepserit n. 2. ff. de Fals. Anton. Scap. de iur. nō scrip. tit. de Prinepe c. 1. Ioan. Grand. de bell. exul. q. 1. n. 9. Sicq. idē honor, & reuerē tia debetur sicut Regi. l. eos, C. de Ap-
4 pellat. l. fi. C. de Officio Viccarij. Et idcircò Prorex sedet in eodē supræmo solio vbi sedere consueuit Rex, quando est in Regno, & præfertur omnibus Prælatis, & quibuscunque Magistratibus Regni: vt not. in capit. fin. 93. distinct. Cassane. in cathal. glo. mundi part. 5. consider. 32. Bellug. in specul. Princip. rubr. 6, in principio Mennoch. consil. 885. numer. 9. Bouadill. libr. 3. capit. 2. n. 1. sub litera C. Mastril. de Magistr.
5 lib. 5. c. 7. n. 33. & 35. Quare cū in tā grāui, & excelso munere constitutus sit, eius præcipuū munus, est facere iudicium, & iusticiam, vt oppressos de manu calūniantiū liberare, pupilisq. ac viduis, qui facilius opprimuntur à potentibus auxiliū præbere. Ac non solùm sibi subditos non cōtristare, sed nec pati, vt ab alijs contristētur, cap. Regū 23. q. 5. Lucas de Penna. in l. 2. C. de Lucris Aduoc. lib. 11. in fine vbi quoq. dicit, quod hæc debet cūcti agere, qui in decretis sibi Prouincijs vicem supplent Imperatoris: vt in auth. vt Iudic. sine quoquo suffragio. § volumus coll. 2. & cōfert illud Reg. 3. c. 10. *Constitui te Regem vt faceres, iudicium, & iustitiam*, & Hieremi. cap. 22. ibi, *Audi verbum Domini Rex Iuda, qui sedes super solium Dauid tu, & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas, hæc dicit Dominus facite iudiciū, & iustitiam, & liberate, vt oppressum de manu calumniatoris.*
6 Vnde manifestè apparet, quod tenetur ideo Prorex in administranda iustitia seipsum prius iustificare, & secūdum iustitiam viuere, iniustitiasq. & grauamina reparare, ad tradit per Bellug. in specul. princip. rub. 24. versiculo postremo. Quam si rectè administrauerit ab Altissimo æternæ gloriæ præmium consequetur, & iustus ab eo vocabitur, sicut, è conuerso tremendum Dei iuditium timere debet iuxta illud Prouerbiorum 25. *Abominatio est Domino vita impij, qui autem sequitur iustitiam diligetur ab eo*, & Psalm. 8. *Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam, sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam*, & in Psalm. 105. *Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.*
7 Et vice versa legitur Saul Regem reprehensum, & contraxisse offensam: quia non exercuit iustitiam in Achab hostium Regem 1. Reg. 17. & Reg. 3. capit. 20. legitur. *Quia dimisisti virū dignum morte de manu tua, erit anima tua, pro anima eius.* Et certè si Prorex rectum iudicium non seruauerit à Deo redarguetur, iuxt. illud Ioan. 16. *Arguet mundum de peccato, de iudicio, & de iustitia*,
8 Quinimo, & tenetur iustitiā sine personarū exceptione administrare: vt legitur Deut. c. 13. *Si frater tuus, et amicus tuus, & vxor tua, quæ in sinu tuo dormiuit deprauare voluerit ipso,*

rit veritatem, sit manus tua super eos, & effundes sanguinem ipsorum.

9 Præclaræ, permultæque sunt huius virtutis iustitiç dotes, quas Prorex enixè amplecti, atque studere debet, est equidem iustitia, vt legitur apud Cyprianum in lib. de duodecim abusionibus, Pax populorū; Tutamen patriæ, Immunitas plebis, Nutrimētum gentis, Gaudium hominum, vnde Esayas c. 32. & 34. *Opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ, silentium, & securitas vsque in sempiternum, & sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* Et Psal. 71. legitur *Orietur in diebus eius iustitia, & abundabit pax.* Hinc Psal. 84. *Iustitia, et pax osculata sūt.* Vnde eā remota, quid aliud sunt Regna, nisi latrocinia dicit diuus August. libr. 3. de Ciuitate Deī capit. 4. Ideo Atilio. lib. 2. Etichorū inquit. Iustitia regnantis vtilior est subditis, quā fertilitas tēporis, et propterea scriptū est. Sap. 1. *Hanc virtutem colore, ac vnicuiq. sua iura seruare summum bonum est*, c. cū deuotissimā 12. q. 2. *Initium enim viæ bonæ est facere iustitiā, & accepta apud Deum magis, quam immolare hostiam.* Prou: cb. 20. Vnde iustissimè Iustitia, Regina Virtutum est. Sine qua reliquç virtutes non lucent, nec perfectionem capiunt: vt in Auth. vt omnes obed. Iudic. in principio. §. 1. Et ob id non solum apud Fideles: sed Ethnicos, & Gentiles est obseruata: quia inter bonos, & inquos æqualiter vim habet, vt per Tull. lib. 2. Officiorum. Nihilq. est in mundo boni, vel mali, quod iustitia non indigeat, & propterea nulla virtus laudatur, nisi quæ coniunctam habet iustitiam, vt dict. Auth. in principio. Hinc Beatus Ambros. In examen dixit, vbi Prudentia, ibi interdum Malitia, vbi Temperantia, ibi Imperitia, vbi autem est Iustitia, ibi omnium aliorum virtutum est concordia, vnde Plat. lib. 1. de Republic. dixit, quod iniustitia seditiones, inimicitias, contentionesque parit: iustitia vero concordiam, & amicitiam: est enim constitutio diuina, & non humana, vt legitur in capit. graue. 35. quæstio. 9. Quia de cælo procedit: vt habetur Psal. 88. *Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit*, imo, & ipsamet iustitia gloriatur, quod semper fuerit cum Deo: vt habetur Prouerb. 8. *Dominus possedit me in initio viarum suarum, & cum eo eram cun-*
11 *cta componens.* Et bene dicit: quia hæc namque maiores informat, vt in l. Cum plures. §. Cum tutor. ff. de Administ. tuto. l. Iure oportet. §. Cum reliquis, ff. de Tuto. & curat. Hæc cupiditates, & nequitias refrænat, vt in auth. vt Iud. sine quoque sufrag. §. Cognitio, & cap. auaritiæ extra de electio. Hæc docet pudititiam, & cōpescit carnis petulantiā, vt in auth. quibus mod. natural. §. Nouimus, & in tit. de Adul. ff. C. & extra de vita & honest. cleric. Hæc docet sui ipsius fragilitatē cognoscere, vt in auth. obedi. Iudices. in prin. Auth. de nuptijs in princ. Hæc tādē hortatur ad clementiā, & impietatē detestatur, vt in rub. inst. & ff. Hæc demū finalis, & potissima intentio est, homines inuitare ad bonum, & ab illicitis deuiare, ne perdant animas, vt in Auth. vt non luxurientur contra naturā. §. fin autē, l. Imperialis C. De nupt. cum simil. Hæc rursus tendit ad vtilitatem sibi ipsi, & omnibus Reipublicæ, cum per eam honestè viuere doceatur, vt

in l.Iustitia, ff.de Iust.& iur.§.Iuris præcepta.inst. de iur.natur. gent. & & ciuil.Hæc enim facit homines dignos immortalitate æternę gloriæ: vt legitur Sap.1.nam qui eã seruat Beatus est,Prouerbio.19. inde Eccles. 4. *Pro iustitia agonizare, pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos*, Vnde Psal. 44.inquit.*Quia dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. Alia quam plurima de laudibus iustitiæ dicere poteramus: sed hæc dicta sufficiant pro animaduersione Præsidum, quos humiliter de-

10 precantes rogamus, quatenus vt vigilantissimi, & rectissimi Præsidentes de iniustitijs,& grauaminibus subditorum,curam,& solicitudinem habeant; quia Deo Optimo Maximo rationem pro illis, reddere tenentur, iux. tex.in §.Scriptum est exemplar, versicul. Vos autem negligentes coll. 2.in auth.vt iud.sine quoquo suffrag. August.Dulce.de synd.n.8.&.9.Aui. in capitibus Prætorum in prohemio verbo Conscientia n. 1. fol. mihi 12. Et confert dictum Pauli ad Hebræos cap. 3. vbi inquit *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim preuigilant,tanquam rationem reddituri,pro animabus vestris*.

11 Hinc ex prædictis infertur, quod bono, & æquo Præsidi congruit, vt contra iustitiã nullis parcat:sed quod suum est vniquiq. reddat: ita vt sedẽdo in trhono, ex ore eius procedat gladius bis acutus,rectissimaq.sentẽtia,vt in cap.ex ore de priuilegijs,nil enim est, quod lumine clariore præfulgeat,quam recta fides in Principe cap.couenior.23.q.18.& in cap.si Imperator 96.distinct.Ideoq.primũ debet purgare Prouinciam malis hominib⁹:vt sunt Latrones,Plagiarij,Fures illorũ Receptatores,Adulterij,Impij, Parricidæ,Vsurarij,Sagrilegi,Assasini,& deniq.Vagamũdi,& validi Mendicantes,nec nõ,& omnes alij pacẽ, & quietem publicã perturbantes: vt probatur ex tex.in l.3.& l.Congruit, ff.de Officio præsid.Bellug.in specul. Princip.rub.23.vers. Sed pone, n.25. D.Ludou.à Peguer.in pract.c.5.n.6. & 7. & Ioan.Franc.de Ponte. de potest.Proregis tit. 1.n.3.

12 Insuper Prorex omnia,quæ in suo regimine egerit,cũ consilio suorũ Senatorũ agat: quia ipse solus sine consilij maturitate agere non debet,iux. tex.& ibi Bal.& Ias.in l.Placet. in 1. lectura n.8.C.de S.S.Eccle.in verbo. ibi. *Rationabilis cõsilij tenet, quod Princeps debet omnia põderosa facere nõ per se: sed cũ cõsilio procerũ suorum,vel Senatorũ:* vt in l.Nõ dubiũ de Senato.Hinc Dionys. Cassian⁹ in vita Adriani Imperatoris scribit: q Imperator in quocũq.negocio libenter patiebatur admoneri, & corrigi, nedũ à Magistratibus,etiã ab humili quacunq.persona; ac ideo Prorex licet sapiẽs sit libenter Magistratuũ cõsilia amplecti tenetur, vt ex pluribus probat Mastril.de Magist.lib.2.c.1.n. 42.Bouad.lib.2.c.6.Quia si aliter fieret magno labore ipse cõsumeretur, & esset vltra vires suas, quod sustinere non posset. Exod.18. Et se ipsum in consilio suo affligeret Eccles. 30. *Princeps enim audire debet cõsilia, et verba prudẽtũ, et erit Dñs cũ eo:* Exod.18.& Hierem.38.& bono consilio acquiescere Prouer. 1. Nam qui cũcta agit,cũ cõsilio regitur Sapientia Prouerb.13.& astutus omnia cum consilio agit, vt ibi, & hinc legitur: *Audi Consilium, & suscipe disciplinam, & eris sapiens in nouissimis*

nouiſsimis tuis: Prouerb, 19. Qui autē bono conſilio non acquieſcit dignitatem amittere debet, exemplo Roboam, qui Senioribus non credit 3. Reg. capit. 12. & Paralip. 2. capit. 10. & in capit. denique 8. quæſti. 1. & eſt ad inſtar vxoris Loth, quæ in ſtatuam eſt conuerſa Geneſ. 19. Hinc dicitur, ſine conſilio nihil eſt faciendum, & poſt factum non pœnitebit Eccleſ. 32. Vnde Saluſtius priuſquam incipias, conſultò, & poſtquam conſuleris maturè facto opus eſt.

13 Ex quibus ſacræ paginæ authoritatibus credendum eſt, Sereniſsimum Regem Iacobum, motum atque impulſum fuiſſe, ad ſuſcipiendum Conſilium, à ſancto Doctore Confeſſoreque ſuo B. Raymundo de Penna fort populari noſtro, ſuper negotijs, anguſtijs, tribulationibus, & factis ſuis, vt colligitur ex quadam Epiſtola per eundem Sanctum, eidem Sereniſsimo Regi directa, manu propria ipſius Sancti ſcripta, in archiuo Regio huius Ciuitatis nuper reperta, quam vti reliquiam Sanctam, hic pro mea, ac fidelium conſolatione, tranſcribere decreui, quæ eſt thenoris huiuſmodi.

EPISTOLA SANCTI RAYMVNDI DE Penna fort directa Sereniſsimo Regi Iacobi Primo.

14 *INCLYTO, & in Chriſto Magniphico Domino Iacobo Dei gratia. Regi Aragonum, Maioricarum, & Valentiæ, Comiti Barcinonæ, & Vrgelenſis, &c. ac Domino Montis Peſulani. Frater Raymundus de Penna forti in Ordine Fratrum Prædicatorum minimus Salutem, & Spiritus ſancti Conſolationem. Serenitatis veſtræ literis diligenter inſpectis, refero gratias quantas ſcio, & valeo patri luminum largitori omnium gratiarum ſuper tribus, primum, quia veſtra celſitudo mei pauperis veſtri dignata eſt recordari infirmitatibus meis compatiens, & de ſalute requiens. Secundum, quia tribulationes veſtras, & tribulationum radices, veſtramque innoſcentiam mihi deuoto veſtro, tam familiariter, tamque humiliter intimaſtis. Tertium, quia ex ipſarum literarum thenore, pacientiam veſtram, & circumſpectionem, diſcretionem veſtram intelligens. Confido, quod ille, qui ſcrutatur renes, & corda, cuius ſapientia attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, cui venti tentationum, & mare tribulationum obediunt, ad cuius nutum tempeſtas in tranquillitate conuertitur, faciet miſericorditer, & diſponat, quod vniuerſa, & ſingula cooperabūtur vobis in bonū, & iuxta deſideriū veſtrū, & mīū poſt laborē ſequetur requies, triſtitia ſi qua fuit vertetur*

 in gau-

in gaudium, & iuxta mensuram dolorum erit mensura consolationum. Quando pater misericordiarum Deus absterget omnem lacrymam ab oculis Sanctorum. Quando recipiet vnusquisque secundum suum laborem multiplicatum præmium in retributione Sanctorum. Vtinam faciat me Deus participem illarum consolationum, quas desidero vos percepturas, cum in illa die remuneraturus est suos, iustus iudex Dominus Iesus Christus. Super eo speciali facto de quo placuit vobis mihi scribere aliquid si oportunitas se offerret. Non videtur mihi, quòd sit necessarium per Dei gratiam pro eo, quod sicut intellexi à dilecto in Christo Petro Alberti latore præsentium deuoto, & fideli vestro: expeditum est negotium iuxta votum sui tum, & sum, ero semper præstante Domino promptus ex animo, & paratus procurare secundum possibilitatem meam, & gratiam, quicquid honori vestro intelligerem expedire secundum Deum, & nostri ordinis honestatem. Quod tamen ita simpliciter scribo vobis non miretur vestra dulcis benignitas: sed parcat potius, & ascribat infirmitatibus meis, quæ sunt, & fuerunt istis diebus longe solito grauiores sit ipse, qui dat per omnia benedictus. Hæc ille.

---

15 PRÆTEREA eidem Præsidi maximopere incumbit prouidere, ne subditi grauaminibus vexentur, ab Officialibus, vt in auth. vt Iudices
16 sine quoquo suffragio. §. 1. coll. 1. verum vbi ad ipsorum aures peruenerint querimoniæ subditorum, eas libenter audiant, cum sit proprium Præsidis querelas subditorum audire secundum Roland. consil. 18. num. 1, volum. 3. Ioan. Franc. de Ponte. de potesta. pro reg. tit. de Elect. Official. tit. 3. § 1. n. 20. sed fidem omnimodam illis, non adhibeant ex text. in l. 2. C. de Officio Vicar. Deum Optimum Maximum in his imitantes, cui licet omnia certa, munda, & aperta sint oculis ad Hebræos cap. 4. & Danielis 14. & sic vidisset peccata Sodomorum nihilóminus noluit audita iudicare: sed manifestè cognoscere, quæ dicebātur ait: Genes. 18. *Descendam, & videbo vtrum clamorē, qui venit ad me opere compleuerint.* Principis, Prælatis, & Iudicibus dans in exemplum nequid dijudicent, nisi illis constito, vt Iudicibus cap. Deus Omnipotens 2. quæst. 1. Et hinc legitur Luc. 16. quod Villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum suum, quod dissiparet bona ipsius audiuit ab illo: quid hoc audio de te, redde rationem villicationis tuæ, iam enim nō poteris villicare. Et ideo cum Proreges intelligunt malam administrationem Officialium per frequentem clamorē subditorū descēdāt, & videāt per informationem, & detentionem legitimè receptam, an clamor, qui ad eos peruenit opere compleuerint, & vbi culpabiles inuenerint eos iustitia mediante puniant: sic subiectorū oppressionibus succurrendo, ad text. in cap. 1. de offi. ordin. Thes. in prohæm. decis. num. 12.

17 Rursus pro bono regni regimine, &

& iustitiæ administratione, & subditorum solatio plurimū interest, quod Excellentissimi Proreges libenter aditum ad se, omnibus venire volentibus concedant, publicamque Audientiam teneant, in qua hilari vultu sui copiā libenter faciant iux. text. cum glos. C. de pub. lætitia. lib. 12. Capib. in prohæm. de authent. Barb. num. 65. quia in hac Audientia concedenda optima pars iustitiæ cōsistit, vt dixit Gaspar Thesau. in addit. ad prohæm. decis. Antonij genitoris num. 24. Aliter autem licet sint Proreges instructi, ad iustitiæ opē, si difficilē accessū faciant, erit tanquā si fons aquæ præcludatur. *Quid enim prodest habere sapientiam, & iustitiam, si aditum ad iustitiam negas, si consulendi, & iudicandi potestatē intercludas, clausisti fontem: vt nec alijs influat, nec tibi prosit.* Dicit D. Ambros. de offic. 2. Hinc legitur de Rege Salomone, qui super tronum Israel sedendo læta fronte omnibus ad se venientibus Audientiam publicā tenebat, quem vniuersa terra videre desiderabat, vt audiret sapientiam eius, quam dederat Deus in corde eius; vt habetur Reg. 3. cap. 10.

18 Ex quo Proregi datur salubre documentum, quod in publica Audientia gaudens sit semper, & lætus: quia animi lætitia interdum corporis dolores mitigat. Tristitia vero humanæ vitæ æmula est, & passio mortifera, iux. illud. Prouerb. 17. *Animus gaudens floridam ætatem facit, spiritus tristis desiccat ossa.* Oportet itaq; quod Præses sit sicut aurum, quod preciosius, durabilius, tractabilius, & omni tempore fulgens est, visum, & cæteros sensus recreans: quia ex hac hilaritate, et adeundi facilitate, benedicetur à populis, à quibus etiam atque amore incredibili diligetur iuxta illud, quod legitur de Agesilao, qui interrogatus. Quo pacto gloriam quis inter mortales consequetur, respondit: pulcherrimum autem cū primis est, & in Principe longè speciosissimum exhibere se, se omnibus obuium, & facilem audire benignè, & comiter desideria adeuntium. Hinc miro præconio Pōpeius Magnus extollitur à Cicerone, & Iurisconsulti in Proconsule, & Præside, seu Prorege veluti necessarium deposcunt; vt scilicet omnium desideria audiant, & in adeundo se facilem præbeant, iux. text. in l. nec quicquam §. obseruare, ff. de offic. Proconsul. & legat. & vt refert Beroaldus in suo libello de optimo statu Philippum Macedonium Regem olim audiuit paupercula rogans, vt causam audire velller, qui cum respondisset ociosum se non esse exclamauit paupercula, etiā ne regnes tanquam imperare non debeat, qui adeuntes adire contemnit. Et quia difficiles aditus sæpissimè nociuerunt, vt expertus sum; ideo quantum meæ vires possunt deprecor, vt Proreges in adeundi facilitate libentissime perpendeant, vt veritatis eorum, quæ praue in prouincijs geruntur per se ipsos ita facilè scire possint: & enim magna incommoda ex difficili aditu ad Principem sequuntur, & præcipuè famulorum, & priuatorum extorsiones, vt ait Mastril. in tractat. de Magistrat. lib. 3. cap. 5. num. 37.

19 Cum ad Excellentissimos Proreges Regiosque Consiliarios, & supremos Magistratus spectet consulere dominum Regem circa Officialium electiones faciendas, ideo antequam aliquos proponant tenentur de eis plenā notitiam habere, iux. tex. in cap. bonæ el. 2. de postul. præl. vbi Abb. in notab. 2 iudicit, quod eligentes non saluant conscientiam suam, eligendo illum, cuius plenam non habēt notitiā, Ioan. de Plat. in rubr. quemadm. ciuil. mun.

in

in fine lib.10. Afflict.in cõst. vniuers. num.50. Bouadil. lib.1. cap.3. num. 4. D.de Pont. in tractat. de potest. Proreg.tit.de elect. Official.§.5.numer.6. vbi ait,quòd eligentes,& nominantes Officiales ad iustitiæ administrationem maximè animaduertere debent, ne in hac electione gratificent personas,nec etiam attendant preces, vel aliorum intercessiones: sed cunctis viribus inuigilent cùm acurata vitæ Inquisitione, morum,peritiæ, & aptitudinis eligentis, vt tenet etiam notabiliter Cardinal. in Clem. 1. de concess. præb. Alciat.de præsumptio. regul. 3. præsumpt.2.num.6. idque fieri debet seclusis penitus fauore ,& amicitia, ad text.in cap.pueri.1. quæst. 1. Burg. de Paz.in l.2.taur.numer. 86. & sic dicti Excellentissimi Proreges, cœterique Regij Consiliarij ad quorum officiũ spectat Principem consulere,tenentur proponere, meliores, & digniores, aliàs ipsi de eorum excessibus onerantur, iuxt. text. in l. si seruus seruum §. final.& §. si fornicarius,ff.ad l.Aquil. Ceruantes,in l. 2. Taur.n.12. Dom.de Pont.in loco supra relato num.7.subdens ex communi Theologorũ Schola,non solum committi, ex hoc mortale peccatum: sed teneri ad restitutionem omnium damnorum, siuè commutatiuam, siuè distributiuam iustitiam attendamus; & ibi multa tradit notatu digna circa nominationes Officialium; quæ fiunt per Proreges, ad quem de facili recurri potest.

20 Debent etiam ipsi Proreges animaduertere ne prętextu amplissimæ potestatis, & iurisdictionis, quam habent aliquid contra leges, & constitutiones disponant. Nam licet supremã habeant potestatem, & amplissimam iurisdictionem, verùm eam subordinatam detinent legibus, & constitutionibus Regni, vt per Petrum Gregor. in syntagmat. iur.part.3. lib. 47.cap. 21.num.2. Oliba de iure fisci.capit.4. num.61. Capic. decis. 130.num. 43.& 44. & colligitur ex tenore priuilegij, ibi: *Iuxta leges, & constitutiones, capitula pragmaticas, & priuilegia*

21 *Regni*. Et ex eo non possunt procedere de plenitudine potestatis secundum Lucam de Penna,in l. contra publicam num.11. versic.Hanc igitur,C. de re milit.lib.12. Antibol. in tractat. de muner.part. 3. num.31. Nec etiam ex abrupto, & dispensatiuo modo ma

22 ximè in Cathalonia,vbi dominus Rex regulariter, non potest vti potestate absoluta cum teneatur iudicare per directum, & obligetur ex contractu iurato ad iustitiam,vt not. Practici in vsat.Quoniam per iniquum, qui est primus tit. de Guiatges, Mier. tit. de ratificat.& confirmat. Reg. numer.8. collat.10.part.2. Cancer.part.3,cap. 3. num.44.

23 Et quia Excellentissimi Proreges solent in hoc Principatu votum suum præbere in causis ciuilibus, & criminalibus in Regia Audientia vertentibus, quando Senatores eiusdem sunt in numero pari votorum,vt refert Michael Ferrer in suis obseruа.part.1.ca. 86.num. 4. & 5. Ideò ipsos Excellentissimos Proreges animaduertendos censui,quod in causis ciuilibus votum præbentes, illud præbeant cum consilio alicuius Senatoris alterius Aulæ dictæ Regiæ Audientiæ, & in criminalibus potius proniores sint,in absoluendo, quàm in condemnando, quia præterquam, quod leges ita consulunt disponentes in dubio, melius esse nocentem absoluere, quam innoscẽtem condemnare, ad text.in l. Qui absentem, ff. de pœn. cum similib. ex alio in his Deo satisfacerent, qui summè diligit clementiam, & misericordiam iuxt. illud. Prouerbiorum 20. *Misericordia, & veritas custodiunt Reges, & roboratur clementia*

tia thronus illius. Et Ester. 3. *Volui potentem nequaquam abuti magnitudine, sed clementia, & bonitate gubernare subiectos, qui enim facit misericordiam, offert sacrificiũ.* Legitur Ecclesi. 35. Et præter id apud homines clementia, & pietate vtentes maximis præconijs, & laudibus consequentur, pro vt hanc laudem merito consequutus fuit Excellentissimus
24 Dux de Alburquerque, apud nos non satis laudandus, dum tempore sui regiminis in hoc Principatu, summa cũ rectitudine iustitiam exercens, nunquam voluit in criminalibus causis, præponderc votum suum, in paritate votorum contra reos: sed tantum in illorũ fauorẽ, idipsumq; mirificè obseruauit Præses ille. Dux de Alcala huius Principatus etiam Prorex dominus meus summè colendus, cuius clementiam, mansuetudinem, modestiam, beneuolẽtiam, & iustitiæ fortitudinem, quæ sunt propria preciosa monilia rectissimi, atque Sapientissimi Præsidis, hic sub breui, & in experto cala-
25 mo referre non libet. Semper, inquã, iste Præses in numero pari votorum animum, & votum suum protulit in reorum fauorem, dempto vnico solo casu criminis homicidij, per maritum crudeli animo ex leui causa in vxorẽ honestissimam commissi, & perpetrati, cuius homicidæ nomen honoris causa taceo. Contra quem in prima aula criminali fuit conclusum per quinque Senatores decapitari debere, à qua sententia fuit supplicatum in alia aula, vbi sex erant Senatores causæ supplicationis, tresq; ex illis fuerũt voti, quod erat decapitandus, tres autem ad Artem perpetuò carcerandus, & recludẽdus, quia Militaris erat reus ille. Et rectissimus Præses accuratè, & prudentissimè attendens, quod in prima instantia quinque Senatores reum istum ad mortem condemnauerint, & in secunda instantia tres, dixit sibi ipsi, crimen hoc grauissimum, & atrocissimum esse, quinque Senatores in prima instantia, & tres in secunda; octo Senatores sunt, iudicium illud firmius est, quod plurimorum sententijs confirmatur, & in atrocissimis criminibus, supremis Magistratibus, quãdoque licet transgredi iura. Ideò in casu isto clementiæ locum esse non videtur maximè in præiudicium partis instantis, cuius magna est, iustitiam semper acclamantis, & petentis, iustissimis igitur istis de causis animũ suum iuste mouentibus in se concludit votum suum proferri debere, aduersus reum illum, pro vt, ita protulit, & secundum illud fuit conclusum contra eum, & postmodum sententia publicata, & debitè exequuta magna cum satisfactione totius populi ipsum Præsidem laudantem, & benedicentem, quia populo sibi commisso subtili sapientia, & rectitudine iustitiam administrauerit.

26 Vlterius: quia ad ipsos Excellentissimos Proreges in Cathalonia spectat præcipere carceratos relaxare à carceribus, postquam per Senatum conclusum, & deliberatum fuerit, vt habetur, in constitut. 13. incip. Perque tit. de Custodia de presos pagin. 514. & contingit aliquando Proreges eosdem carceratos detineri mandari in eorum graue damnum, Ideo eadem humilitate, qua supra deprecor, ac rogo, quod facta declaratione in reorum fauorem perdictum Regium Senatum dictos carceratos incontinenti liberari, & re-
27 laxari mandent: nisi fortè superuenerit aliquod aliud delictum pro quo illos detineri posset: quia tunc ipsa constitutione permittente, id licitè facere potuerint, aliter autem in conscientia non omnino tutos esse crederem, eò
28 quia Proreges in materia iustitiæ cõcernentes, non debent recedere à vo-

to

potest. Proreg. tit. 1. n. 1. Ideoq; potitur iijdē priuilegijs, & prerogatiuis, quib⁹ Rex ipse vtitur l. Vnicuiq. C. de Prox. sacr. scrin. lib. 12. cap. fi. 93. dist. Rema. singu. 367. Surd. cōs. 281. n. 1. & seq. &
3 cōs. 540. Et propterea reputatur Princeps, cum eius vices habeat, vt dicit Marsil. in l. Si quis obrepserit n. 2. ff. de Fals. Anton. Scap. de iur. nō scrip. tit. de Principe c. 1. Ioan. Grand. de bell. exul. q. 1. n. 9. Sicq. idē honor, & reuerētia debetur sicut Regi. l. eos, C. de Ap-
4 pellat. l. fi. C. de Officio Viccarij. Et idcircò Prorex sedet in eodē supræmo solio vbi sedere consueuit Rex, quando est in Regno, & præfertur omnibus Prælatis, & quibuscunque Magistratibus Regni: vt not. in capit. fin. 93. distinct. Cassane. in cathal. glo. mundi part. 5. consider. 32. Bellug. in specul. Princip. rubr. 6. in prinncipio Mennoch. consil. 885. numer. 9. Bouadill. libr. 3. capit. 2. n. 1. sub litera C. Mastril. de Magistr.
5 lib. 5. c. 7. n. 33. & 35. Quare cū in tā graui, & excelso munere constitutus sit, eius præcipuū munus, est facere iudicium, & iusticiam, vi oppressos de manu calūniantiū liberare, pupilhsq. ac viduis, qui facilius opprimuntur à potentibus auxiliū præbere. Ac non solum sibi subditos non cōtristare, sed nec pati, vt ab alijs contristētur, cap. Regū 23. q. 5. Lucas de Penna. in l. 2. C. de Lucris Aduoc. lib. 11. in fine vbi quoq. dicit, quod hæc debēt cūcti agere, qui in decretis sibi Prouincijs vicem supplent Imperatoris: vt in auth. vt Iudic. sine quoquo suffragio. §. volumus coll. 2. & cōfert illud Reg. 3. c. 10. *Constitui te Regem vt faceres, iudicium, & iustitiam*, & Hierem. cap. 22. ibi, *Audi Verbum Domini Rex Iuda, qui sedes super solium Dauid tu, & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas, hæc dicit Dominus facite iudiciū, & iustitiam, & liberate, vi oppressum de manu calumniatoris.*
6 Vnde manifestè apparet, quod tenetur ideo Prorex in administranda iustitia se ipsum prius iustificare, & secūdum iustitiam viuere, iniustitiasq. & grauamina reparare, ad tradit per Bellug. in specul. princip. rub. 24. versiculo postremo. Quam si rectè administrauerit ab Altissimo æternæ gloriæ præmium consequetur, & iustus ab eo vocabitur, sicut, è conuerso tremendum Dei iuditium timere debet iuxta illud Prouerbiorum 25. *Abominatio est Domino Vita impij, qui autem sequitur iustitiam diligetur ab eo*, & Psalm. 8. *Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam, sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam*, & in Psalm. 105. *Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.*
7 Et vice versa legitur Saul Regem reprehensum, & contraxisse offensam: quia non exercuit iustitiam in Achab hostium Regem 1. Reg. 17. & Reg. 3. capit. 20. legitur. *Quia dimisisti virū dignum morte de manu tua, erit anima tua, pro anima eius.* Et certè si Prorex rectum iudicium non seruauerit à Deo redarguetur, iuxt. illud Ioan. 16. *Arguet mundum de peccato, de iudicio, & de iustitia,*
8. Quinimo, & tenetur iustitiā sine personarū exceptione administrare: vt legitur Deut. c. 13. *Si frater tuus, et amicus tuus, & vxor tua, quæ in sinu tuo dormiuit deprauare voluerit ipso,*

rit veritatem, sit manus tua super eos, & effundes sanguinem ipsorum.

9 Præclaræ, permultæque sunt huius virtutis iustitię dotes, quas Prorex enixè amplecti, atque studere debet, est equidem iustitia, vt legitur apud Cyprianum in lib. de duodecim abusionibus, Pax populorũ; Tutamen patriæ, Immunitas plebis, Nutrimẽtum gentis, Gaudium hominum, vnde Esayas c. 32. & 34. *Opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ, silentium, & securitas vsque in sempiternum, & sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* Et Psal. 71. legitur *Orietur in diebus eius iustitia, & abundabit pax.* Hinc Psal. 84. *Iustitia, et pax osculata sũt.* Vnde ea remota, quid aliud suntRegna, nisi latrocinia dicit diuus August. libr. 3. de Ciuitate Dei capit. 4. Ideo Aristo. lib. 2. Etichorũ inquit. Iustitia regnantis vtilior est subditis, quã fertilitas tẽporis, et propterea scriptũ est. Sap. 1. *Hanc virtutem colere, ac vnicuiq. sua iura seruare summum bonum est*; c. cũ deuotissimã 12. q. 2. *Initium enim viæ bonæ est facere iustitiã, & accepta apud Deum magis, quam immolare hostiam.* Prouerb. 20. Vnde iustissimè Iustitia, Regina Virtutum est. Sine qua reliquę virtutes non lucent, nec perfectionem capiunt: vt in Auth. vt omnes obed. Iudic. in principio. §. 1. Et ob id non solum apudFideles: sedEthnicos, & Gentiles est obseruata: quia inter bonos, & inquos æqualiter vim habet, vt per Tull. lib. 2. Officiorum. Nihilq. est in mundo boni, vel mali, quod iustitia non indigeat, & propterea nulla virtus laudatur, nisi quæ coniunctam habet iustitiam, vt dict. Auth. in principio. Hinc Beatus Ambros. in examen dixit, vbi Prudentia, ibi interdum Malitia, vbi Temperantia, ibi Imperitia, vbi autem est Iustitia, ibi omnium aliorum virtutum est concordia, vnde Plat. lib. 1. de Republic. dixit, quod iniustitia seditiones, inimicitias, contentionesque parit: iustitia vero concordiam, & amicitiam: est enim constitutio diuina, & non humana, vt legitur in capit. graue. 35. quæstio. 9. Quia de cælo procedit: vt habetur Psal. 88. *Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit*, imo, & ipsamet iustitia gloriatur, quod semper fuerit cum Deo: vt habetur Prouerb. 8. *Dominus possedit me in initio viarum suarum, & cum eo eram cun-*
11 *cta componens.* Et bene dicit: quia hæc namque maiores informat, vt in l. Cum plures. §. Cum tutor. ff. de Administ. tuto. l. Iure oportet. §. Cum reliquis, ff. de Tuto. & curat. Hæc cupiditates, & nequitias refrænat, vt in auth. vt Iud. sine quoque sufrag. §. Cognitio, & cap. auaritiæ extra de electio. Hæc docet pudicitiam, & cõpescit carnis petulantiã, vt in auth. quibus mod. natural. §. Nouimus, & in tit. de Adul. ff. C. & extra de vita & honest. cleric. Hæc docet sui ipsius fragilitatẽ cognoscere, vt in auth. obedi. Iudices. in prin. Auth. de nuptijs in princ. Hæc tãdẽ hortatur ad clementiã, & impietatẽ detestatur, vt in rub. inst. & ff. Hæc demũ finalis, & potissima intentio est, homines inuitare ad bonum, & ab illicitis deuiare, ne perdant animas, vt in Auth. vt non luxurientur contra naturã. §. fin autẽ, l. Imperialis C. De nupt. cum simil. Hæc rursus tendit ad vtilitatem sibi ipsi, & omnibus Reipublicæ, cum per eam honestè viuere doceatur, vt

nouissimis tuis: Prouerb, 19. Qui autē bono consilio non acquiescit dignitatem amittere debet, exemplo Roboam, qui Senioribus non credit 3. Reg. capit. 12. & Paralip. 2. capit. 10. & in capit. denique 8. quæsti. 1. & est ad instar vxoris Loth, quæ in statuam est conuersa Genes. 19. Hinc dicitur, sine consilio nihil est faciendum, & post factum non pœnitebit Eccles. 32. Vnde Salustius priusquam incipias, consultò, & postquam consuleris mature facto opus est.

13 Ex quibus sacræ paginæ authoritatibus credendum est, Serenissimum Regem Iacobum, motum atque impulsum fuisse, ad suscipiendum Consilium, à sancto Doctore Confessoreque suo B. Raymundo de Penna fort populari nostro, super negotijs, angustijs, tribulationibus, & factis suis, vt colligitur ex quadam Epistola per eundem Sanctum, eidem Serenissimo Regi directa, manu propria ipsius Sancti scripta, in archiuo Regio huius Ciuitatis nuper reperta, quam vti reliquiam Sanctam, hic pro mea, ac fidelium consolatione, transcribere decreui, quæ est thenoris huiusmodi.

EPISTOLA SANCTI RAYMVNDI DE Penna fort directa Serenissimo Regi Iacobi Primo.

14 *INCLYTO, & in Christo Magniphico Domino Iacobo Dei gratia. Regi Aragonum, Maioricarum, & Valentiæ, Comiti Barcinonæ, & Vrgelensis, &c. ac Domino Montis Pesulani. Frater Raymundus de Penna forti in Ordine Fratrum Prædicatorum minimus Salutem, & Spiritus sancti Consolationem. Serenitatis vestræ literis diligenter inspectis, refero gratias quantas scio, & valeo patri luminum largitori omnium gratiarum super tribus, primum, quia vestra celsitudo mei pauperis vestri dignata est recordari infirmitatibus meis compatiens, & de salute requiens. Secundum, quia tribulationes vestras, & tribulationum radices, vestramque innoscentiam mihi deuoto vestro, tam familiariter, tamque humiliter intimastis. Tertium, quia ex ipsarum literarum thenore, pacientiam vestram, & circumspectionem, discretionem vestram intelligens. Confido, quod ille, qui scrutatur renes, & corda, cuius sapientia attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, cui venti tentationum, & mare tribulationum obediunt, ad cuius nutum tempestas in tranquillitate conuertitur, faciet misericorditer, & disponat, quod vniuersa, & singula cooperabūtur vobis in bonū, & iuxta desideriū vestrū, & mltū post laborē sequetur requies, tristitia si qua fuit vertetur in gau-*

in gaudium, & iuxta menſuram dolorum erit menſura conſolationum. Quando pater miſericordiarum Deus abſterget omnem lacrymam ab oculis Sanctorum. Quando recipiet vnuſquiſque ſecundum ſuum laborem multiplicatum præmium in retributione Sanctorum. Vtinam faciat me Deus participem illarum conſolationum, quas deſidero vos percepturas, cum in illa die remuneraturus eſt ſuos, iuſtus iudex Dominus Ieſus Chriſtus. Super eo ſpeciali facto de quo placuit vobis mihi ſcribere aliquid ſi oportunitas ſe offerret. Non videtur mihi, quód ſit neceſſarium per Dei gratiam pro eo, quod ſicut intellexi à dilecto in Chriſto Petro Alberti latore præſentium deuoto, & fideli veſtro: expeditum eſt negotium iuxta votum ſui tum, & ſum, ero ſemper præſtante Domino promptus ex animo, & paratus procurare ſecundum poſsibilitatem meam, & gratiam, quicquid honori veſtro intelligerem expedire ſecundum Deum, & noſtri ordinis honeſtatem. Quod tamen ita ſimpliciter ſcribo vobis non miretur veſtra dulcis benignitas: ſed parcat potius, & aſcribat infirmitatibus meis, quæ ſunt, & fuerunt iſtis diebus longe ſolito grauiores ſit ipſe, qui dat per omnia benedictus. Hæc ille.

---

15 PRÆTEREA eidem Præſidi maximopere incumbit prouidere, ne ſubditi grauaminibus vexentur, ab Officialibus, vt in auth. vt Iudices
16 ſine quoquo ſuffragio. §. 1. coll. 1. verum vbi ad ipſorum aures peruenerint querimoniæ ſubditorum, eas libenter audiant, cum ſit proprium Præſidis querelas ſubditorum audire ſecundum Roland. conſil. 18. num. 1, volum. 3. Ioan. Franc. de Ponte. de poteſta. pro reg. tit. de Elect. Official. tit. 3. § 1. n. 20. ſed fidem omnimodam illis, non adhibeant ex text. in l. 2. C. de Officio Vicar. Deum Optimum Maximum in his imitantes, cui licet omnia certa, munda, & aperta ſint oculis ad Hebræos cap. 4. & Danielis 14. & ſic vidiſſet peccata Sodomorum nihilominus noluit audita iudicare: ſed manifeſtè cognoſcere, quæ dicebãtur ait: Geneſ. 18. *Deſcendam, & videbo vtrum clamorẽ, qui venit ad me opere compleuerint.* Principis, Prælatis, & Iudicibus dans in exemplum nequid dijudicent, niſi illis conſtito, vt Iudicibus cap. *Deus* Omnipotens 2. quæſt. 1. Et hinc legitur Lucæ 16. quod Villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum ſuum, quod diſsiparet bona ipſius audiuit ab illo: quid hoc audio de te, redde rationem villicationis tuæ, iam enim nõ poteris villicare. Et ideo cum Proreges intelligunt malam adminiſtrationem Officialium per frequentem clamorẽ ſubditorũ deſcẽdãt, & videãt per informationem, & defentionem legitimè receptam, an clamor, qui ad eos peruenit opere compleuerint, & vbi culpabiles inuenerint eos iuſtitia mediante puniant: ſic ſubiectorũ oppreſsionibus ſuccurrendo, ad text. in cap. 1. de offi. ordin. Theſ. in prohæm. deciſ. num. 12.

17 Rurſus pro bono regni regimine, &

& iustitiæ administratione, & subditorum solatio plurimũ interest, quod Excellentissimi Proreges libenter aditum ad se, omnibus venire volentibus concedant, publicamque Audientiam teneant, in qua hilari vultu sui copiã libenter faciant iux. text. cum glos. C. de pub. lætitia. lib. 12. Capib. in prohæm. de authent. Baro. num. 65. quia in hac Audientia concedenda optima pars iustitiæ cõsistit, vt dixit Gaspar Thesau. in addit. ad prohæm. decis. Antonij genitoris num. 24. Aliter autem licet sint Proreges instructi, ad iustitiæ opẽ, si difficilẽ accessũ faciant, erit tanquã si fons aquæ præcludatur. *Quid enim prodest habere sapientiam, & iustitiam, si aditum ad iustitiam negas, si consulendi, & iudicandi potestatẽ intercludas, clausisti fontem: vt nec alijs influat, nec tibi prosit.* Dicit D. Ambros. de offic. 2. Hinc legitur de Rege Salomone, qui super tronum Israel sedendo læta fronte omnibus ad se venientibus Audientiam publicã tenebat, quem vniuersa terra videre desiderabat; vt audiret sapientiam eius, quam dederat Deus in corde eius: vt habetur Reg. 3. cap. 10.

18 Ex quo Proregi datur salubre documentum, quod in publica Audientia gaudens sit semper, & lætus: quia animi lætitia interdum corporis dolores mitigat. Tristitia vero humanæ vitæ æmula est, & passio mortifera, iux. illud. Prouerb. 17. *Animus gaudens floridam ætatem facit, spiritus tristis desiccat ossa.* Oportet itaq; quod Præses sit sicut aurum, quod præciosius, durabilius, tractabilius, & omni tempore fulgens est, visum, & cæteros sensus recreans: quia ex hac hilaritate, et adeundi facilitate, benedicetur à populis, à quibus enixè atque amore incredibili diligetur iuxta illud, quod legitur de Agesilao, qui interrogatus. Quo pacto gloriam quis inter mortales consequetur, respondit: pulcherrimum autem cũ primis est, & in Principe longè speciosissimum exhibere se, se omnibus obuium, & facilem audire benignè, & comiter desideria adeuntium. Hinc miro præconio Põpeius Magnus extollitur à Cicerone, & Iurisconsulti in Proconsule, & Præside, seu Prorege veluti necessarium deposcunt; vt scilicet omnium desideria audiant, & in adeundo se facilem præbeant, iux. text. in l. nec quicquam §. obseruare, ff. de offic. Proconsul. & legat. & vt refert Beroaldus in suo libello de optimo statu Philippum Macedonium Regem olim audiuit paupercula rogans, vt causam audire vellet, qui cum respondisset ociosum se non esse exclamauit paupercula, etiã ne regnes tanquam imperare non debeat, qui adeuntes adire contemnit. Et quia difficiles aditus sæpissimè nocuerunt, vt expertus sum; ideo quantum meæ vires possunt depræcor, vt Proreges in adeundi facilitate libentissimè perpendeant, vt veritatis eorum, quæ prauè in prouincijs geruntur per se ipsos ita facilè scire possint: & enim magna incommoda ex difficili aditu ad Principem sequuntur, & præcipuè famulorum, & priuatorum extorsiones, vt ait Mastril. in tractat. de Magistrat. lib. 3. cap. 5. num. 37.

19 Cum ad Excellentissimos Proreges Regiosque Consiliarios, & supprænos Magistratus spectet consulere dominum Regem circa Officialium electiones faciendas, ideo antequam aliquos proponant tenentur de eis plenã notitiam habere, iux. tex. in cap. bonæ el. 2. de postul. præl. vbi Abb. in notab. 12. dicit, quod eligentes non saluant conscientiam suam, eligendo illum, cuius plenam non habet notitiã, Ioan. de Plat. in rubr. quemadm. ciuil. mun.

in

in fine lib.10. Afflict.in cõst. vniuers. num.50.Bouadil. lib.1.cap.3.num. 4. D.de Pont. in tractat. de potest. Pro-reg.tit.de elect. Official.§.5.numer.6. vbi ait,quòd eligentes,& nominantes Officiales ad iustitiæ administrationem maximè animaduertere debent, ne in hac electione gratificent personas,nec etiam attendant preces, vel aliorum intercessiones: sed cunctis viribus inuigilent cùm acurata vitæ Inquisitione, morum,peritiæ, & aptitudinis eligentis, vt tenet etiam notabiliter Cardinal. in Clem. 1. de concess. præb. Alciat.de præsumptio. regul. 3. præsumpt.2.num.6. idque fieri debet seclusis penitus fauore,& amicitia, ad text.in cap.pueri.1. quæst. 1. Burg. de Paz.in l.2.taur.numer. 86. & sic dicti Excellentissimi Proreges, cœterique Regij Consiliarij ad quorum officiũ spectat Principem consulere,tenentur proponere, meliores, & digniores, aliàs ipsi de eorum excessibus onerantur, iuxt. text. in l. si seruus seruum §. final.& §. si fornicarius,ff.ad l.Aquil. Ceruantes,in l. 2. Taur.n.12.Dom.de Pont.in loco supra relato num.7.subdens ex communi Theologorũ Schola,non solum committi, ex hoc mortale peccatum:sed teneri ad restitutionem omnium damnorum, siuè commutatiuam, siuè distributiuam iustitiam attendamus; & ibi multa tradit notatu digna circa nominationes Officialium, quæ fiunt per Proreges, ad quem de facili recurri potest.

20 Debent etiam ipsi Proreges animaduertere ne prætextu amplissimæ potestatis, & iurisdictionis, quam habent aliquid contra leges, & constitutiones disponant. Nam licet supremã habeant potestatem, & amplissimam iurisdictionem, verùm eam subordinatam detinent legibus, & constitutionibus Regni, vt per Petrum Gregor. in syntagmat. iur.part.3. lib. 47.cap. 21.num.2. Oliba de iure fisci.capit.4. num.61.Capic. decis. 130.num. 43. & 44. & collegitur ex tenore priuilegij, ibi: *Iuxta leges, & constitutiones, capitula pragmaticas, & priuilegia*

21 *Regni.* Et ex eo non possunt procedere de plenitudine potestatis secundum Lucam de Penna,in l. contra publicam num.11. versic.Hanc igitur,C. de re milit.lib.12. Antibol. in tractat. de muner.part. 3. num. 31. Nec etiam ex abrupto, & dispensatiuo modo ma-

22 ximè inCathalonia,vbi dominus Rex regulariter, non potest vti potestate absoluta cum teneatur iudicare per directum, & obligetur ex contractu iurato ad iustitiam,vt not.Practici in vsat.Quoniam per iniquum, qui est primus tit. de Guiatges, Mier. tit. de ratificat.& confirmat. Reg. numer. 8. collat.10.part.2. Cancer. part.3.cap. 3. num.44.

23 Et quia Excellentissimi Proreges solent in hoc Principatu votum suum præbere in causis ciuilibus, & criminalibus in Regia Audientia vertentibus, quando Senatores eiusdem sunt in numero pari votorum,vt refert Michael Ferrer in suis obserua.part.1.ca. 86.num. 4. & 5. Ideò ipsos Excellentissimos Proreges animaduertendos censui,quod in causis ciuilibus votum præbentes,illud præbeant cum consilio alicuius Senatoris alterius Aulæ dictæ Regiæ Audientiæ, & in criminalibus potius proniores sint,in absoluendo,quam in condemnando, quia prætterquam,quod leges ita consulunt disponentes in dubio, melius esse nocentem absoluere, quam innocẽtem condemnare, ad text.in l. Qui absentem, ff. de pœn. cum similib. ex alio in his Deo satisfacerent, qui summè diligit clementiam, & misericordiam iuxt. illud. Prouerbiorum 20. *Misericordia, & veritas custodiunt Reges, & roboratur clementia*

tia thronus illius. Et Eſter. 3. *Volui potentem nequaquam abuti magnitudine, ſed clementia, & bonitate gubernare ſubiectos, qui enim facit miſericordiam, offert ſacrificiū.* Legitur Eccleſ. 35. Et præter id apud homines clementia, & pietate vtentes maximis præconijs, & laudibus conſequentur, pro vt hanc laudem merito conſequutus fuit Excellentiſsimus
24 Dux de Alburquerque, apud nos non ſatis laudandus, dum tempore ſui regiminis in hoc Principatu, ſumma cū rectitudine iuſtitiam exercens, nunquam voluit in criminalibus cauſis, præpondere votum ſuum, in paritate votorum contra reos: ſed tantum in illorū fauorē, idipſumq; mirificè obſeruauit Præſes ille Dux de Alcala huius Principatus etiam Prorex dominus meus ſummè colendus, cuius clementiam, manſuetudinem, modeſtiam, beneuolētiam, & iuſtitiæ fortitudinem, quæ ſunt propria precioſa monilia rectiſsimi, atque Sapientiſsimi Præſidis, hic ſub breui, & in experto cala-
25 mo referre non libet. Semper, inquā, iſte Præſes in numero pari votorum animum, & votum ſuum protulit in reorum fauorem, dempto vnico ſolo caſu criminis homicidij, per maritum crudeli animo ex leui cauſa in vxorē honeſtiſsimam commiſsi, & perpetrati, cuius homicidæ nomen honoris cauſa taceo. Contra quem in prima aula criminali fuit concluſum per quinque Senatores decapitari debere, a qua ſententia fuit ſupplicatum in alia aula, vbi ſex erant Senatores cauſæ ſupplicationis treſq; ex illis fuerūt voti, quod erat decapitandus, tres autem ad Arcem perpetuò carcerandus, & recludēdus, quia Militaris erat reus ille, Et rectiſsimus Præſes acuratè, & prudentiſsimè attendens, quod in prima inſtantia quinque Senatores reum iſtum ad mortem condemnauerint, & in ſecunda inſtantia tres, dixit ſibi ipſi, crimen hoc grauiſsimum, & atrociſsimum eſſe, quinque Senatores in prima inſtantia, & tres in ſecunda, octo Senatores ſunt, iudicium illud firmius eſt, quod plurimorum ſententijs confirmatur, & in atrociſsimis criminibus, ſupremis Magiſtratibus, quādoque licet tranſgredi iura. Ideò in caſu iſto clementiæ locum eſſe non videtur maximè in præiudicium partis inſtantis, cuius magna eſt, iuſtitiam ſemper acclamantis, & petentis, iuſtiſſimis igitur iſtis de cauſis animū ſuum iuſte mouentibus in ſe concludit votum ſuum proferri debere, aduerſus reum illum, pro vt, ita protulit, & ſecundum illud fuit concluſum contra eum, & poſtmodum ſententia publicata, & debitè exequuta, magna cum ſatisfactione totius populi ipſum Præſidem laudantem, & benedicentem, quia populo ſibi commiſſo ſubtili ſapientia, & rectitudine iuſtitiam adminiſtrauerit.
26 Vlterius: quia ad ipſos Excellentiſſimos Proreges in Cathalonia ſpectat præcipere carceratos relaxare à carceribus, poſtquam per Senatum concluſum, & deliberatum fuerit, vt habetur, in conſtitut. 13. incip. Perque tit. de Cuſtodia de preſos pagin. 514. & contingit aliquando Proreges eoſdem carceratos detineri mandari in eorum graue damnum, Ideo eadem humilitate, qua ſupra deprecor, ac rogo, quod facta declaratione in reorum fauorem perdictum Regium Senatum dictos carceratos incontinenti liberari, & re-
27 laxari mandent: niſi fortè ſuperuenerit aliquod aliud delictum, pro quo illos detineri poſſet: quia tunc ipſa conſtitutione permittente, id licitè facere potuerint, aliter autem in conſcientia non omnino tutos eſſe crederem, eò
28 quia Proreges in materia iuſtitiæ cōcernentes, non debent recedere à vo-

tu

to Regiorum Consiliariorũ: quia nec ipse Rex ab illorum voto recedere consueuit, vt in l. Humanum, C. de legib. l. etsi Prætor. ff. de offic. eius Tapia. lib. 4. iur. regal. de transact. cap. 4. fol. 39. Lucas de Penna. in l. omnes, C. de Decurio, Purpu. consil. 458. Afflict. in const. Castra. num. 2. Anto. de Bal. in tractat. crim. num. 25. lib. 5. fol. 201. Bellug. in specul. rubric. 10. tit. de Offic. exami. num. 7. & 10. cum sequent. Bouadil. lib. 2. capit. 6. Dom. de Pont. in tractat. de Potest. Proreg. tit. de deleg. caus. num. 15. & 25. & in tit. de Assen. §. 1. num. 7. & 8. Arnuff. Ruf. de iur. Regal. 16. priuil. numer. 12. tom. 12. Corset. de Potestate Regis quæst. 69.

29 Illud autẽ singulariter Prorex obseruare debet, quod neutri parti faueat, neq; se partialem ostendat, vt de Principe sic locutus est, Mastril. de Magistra. lib. 3. cap. 4. num. 287. Auil. in cap. 2. Prætor. verb. Parcialidad, num.
30 1. & 4. cum sequent. Quinimò quãprimum orta fuerit inimicitia, inter Magnates, & Nobiles confestim reprimat, & componat, ne ipsa Consanguineos, Affines, Vniuersamque Ciuitatem inficiat, vt not. Ioan. Fran. de Põte in tractat. de potesta. Proregis, tit. de Prouis. fieri solit. tit. 1. nu. 3. & 10. vnde Arist. lib. 5. Polit. c. 4. ait seditiones, nõ de paruis rebus fiũt sed ex paruis orta seditione, de rebus magis dissidetur, cœterũ tunc potissimum paruæ seditiones inualescunt, cùm inter Reipublicæ Principes agitantur. Itaq; talibus malis initio occurrere, & Principum, Potentiumque discordias protinus dirimere oportet, quoniam peccatum est in principio, ac paruus error in ipso, proportione respondet in alijs partibus: nam peccatum in principio cuiusq. rei, magna errata, & incommoda in cœteris partibus, ipsaq; tota Republica parit, quare nascenti in principio rei malo occurrendum est: tunc enim paruum est: id malum, & facilè tolli potest antequam vlterius serpat, sin autẽ inualuerit in alias partes diffusum, difficulter curatur, ad summum nobilium dissentiones secum vniuersam Ciuitatem trahunt. Idque tradit Plutarchus in Politicis, quem refert Simanc. de Repub. lib. 8. cap. 26. Vbi ait ex Catone, Principem Ciuitatis, & virum ciuilem oportere huiusmodi paruæ futuræ cladis initia, nihilo segnius præuenire. Itaque curanda, & opprimenda suscipere, vt ant nusquam existere, possint, aut si quæ extiterint præsocentur, ne paulatim assumptis viribus luculenter succrescant, ac postremò suaptè magnitudine Rempublicam taxent, & occupẽt. Et ob id Prorex sua prudentia, & authoritate omnes reprimat seditiones, dissensionesque diluat, carcere, exilio, alijsque pœnis, ita vt nullum earum
31 vestigium deinceps inueniri queat.

Quare Proreges oportet, quod doctrina, & scientia floreant: nam vt dixit Plato dialog. 5. de Republ. Principi non aliter necessaria est sapientia, quàm corpori anima, beatissimasque foreRespublicas iudicabat, vbi aut Philosophi dominarentur, aut saltim, qui gubernant diuina quadam sorte Philosopharentur, quem refert Marsil. Ficin. in eius vita. Valer. Maxim. lib. 7. capit. 2. & commemorat. D. Bernard. lib. de Dignitat. Diuin. amor. cap. 14. Boet. lib. 1. de Cõsolat. qui Beatam appellat Rempublicam, cui Princeps sapiens dominatur, Matthiens. dialog. relat. 3. capit. 8. per totum, & Aristor. lib. 2. Rhetor. ad Thead. cap. 23. Vbi fortunatos ait Thebanos, qui per do-
32 ctissimos Magistratus certo tempore recti fuerant. Hinc Salomõ Rex dum Regnum Gubernaturus esset, à Deo sibi electione data, vt quid vellet exposceret, scientiam sibi necessariam esse respondit, eamque humiliter postulauit, quod quidem à Deo domino placuit, vt simile responsum consequi mere-

mereretur, vt legitur Reg. 3. cap. 3. ibi: *Quia postulasti verbum hoc, & nõ petijsti dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens, in tãtum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit.* Et subdit, *Sed, & hæc, quæ non postulasti dedi tibi, diuitias, scilicet, & gloriam, vt nemo fuerit similis tui in Regibus cunctis retro diebus.* Et sic plusquam petijt obtinuit secundum D. Ambros. sermo. 18. in Psalm. 118. Munificientissimus enim est dominus, & Augustissimus Rex noster ait D. Basil. in const. Monast. cap. 2. indignèque fert, quandocumque quis exiguum à se aliquid petit, nec aliter Regi simile id petenti obuenire poterit, vt dixit. D. Iacob. capit. 1. si quis vestrum indiget sapientia: postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter.

33 Denique licet Prorex vti personâ Principis repræsentans, possit concedere gratiam, & remissionem delictorum, ad text. in l. rescripta in fin. C. de præcip. Imperat. offerent. l. 1. in fine. ff. de quæstio. l. si interueniente, ff. ad Senat. consult. Turpil. cum simil. Boss. de remed. ex solit. clem. Princip. num. 23. Surd. consil. 53. numer. 8. Rube. consil. 50. Gramm. vot. vlt. Borrell. de præst. Reg. cap. 38. num. 10. Ioseph. de Sese, de inhibit. Iust. Arag. §. 1. cap. 5. num. 1. Quod maxime procedit, & locum habet, quando non adest partis instantia, vt colligitur ex tenore ipsius tituli, seu priuilegij, ibi: *Et vbi desit partis instantiam pœnas tam; ciuiles quam criminales, & alias quasuis remittere, relaxare, & condonare pro vt nos facere possemus.* Vel aliter propter bonum publicum, & publica suadente vtilitate remissionem seu gratiam delictorum fecerit, vt per Michael Ferrer. 3. part. obserua. capit. 473. don Ludouic. à Peguer. decis. 39. num. 11. Cancer. part. 3. cap. 3. num. 51. Veruntamẽ non nisi ex iusta, & rationabili causa Reipublicæ vtili, & quã rarissimè ad huiusmodi gratias, delictorumque remissiones deuenire debet, l. relegati in fine, & l. ad Bestias, ff. de pœn. §. planè Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. Farin. post alios quæst. 6. num. 19. aliàs peccatum mortale committeret, vt è Theologis dixerunt notanter Sanctus Antoninus de Florentia. part. 3. tit. 9. cap. 2 §. 5. & tit. 29. cap. 1. Nauar. in summ. cap. 25. num. 14. Sot. lib. 5. de Iust. & iur. quæst. 4. Conrad. quæst. 192. artic. 4. conclus. 2. Syluest. verb. Iudex, lo 1. num. 16. Armill. in verb. pœna §. 18. Bannes de Iustit. & iur. quæst. 67. artic. 4. Aragon. in simil. tractat. quæst. 60. artic. 5. Gregor. de Valent. 22. quæst. 21. puncto. 4. Molin. de iust. commu. tract. 4. disput. 48. Ideoq; Prorex non solum facere non debet, quod non licet, sed etiam, quod non decet, secundum honestatem iuxta ea, quæ tradit Molin. de Iust. & iur.
34 disput. 88. ac ideo domi retinere non debet famulos gratias delictorum ab ipso obtinentes mediante pecunia; licet illa ad eum nõ perueniat, alioquin si talia, impunè permittat; quid aliud erit domus ipsius, quam scelestorum hominum asylum, & nebulonum receptaculũ, vt post Molin. in loco proximo citato, not. Mastril. de Magistra.
35 lib. 3. cap. 7. numer. 50. 51. & 52. debet enim esse domus Principis, & cuiuslibet supremi Iudicis, velut signum ad sagitam positum, & procerum, ac Magistratuum exemplar, vt dicit idem, Mastril. dict. loco num. 48.

Late

36 Late patens Proregis cura esse debet, in visitatione carcerum,& carceratorum: etenim in ea suprema ipsius
iurisdictio ostenditur, vt dixit Orosc.
in l.Imperium n.29.ff.de iurisd.omn.
Iudic.ideoq; receptum est, vt ipse per
tres vices,vel adminus bis quolibet anno Visitationem Generalem faciat in
eisdem carceribus, de carceratis omnibus;eorumque causis, licet hoc per
Magistratus ordinarios in qualibet
hebdomada fieri debeat,ad text. in l.
fin.C.de Custod.reorum,verum apud
nos die Sabbato cuiuslibet hebdomedæ fit visita in Regijs carceribus per
Excellentissimum dominum Proregem,& Regij Consilij Doctores,& Iudices Curiæ pro obseruantia constitutionis Regis Ferdinandi incip.Per donar expeditio,titulo de Audiencia, y
37 Consell Real pag.71.Quę quidem visitatio, est admodum necessaria, tam
pro expeditione causarum carceratorum, quam vt eorum necessitatibus,
alijsque carcerum incommodis benignè succurratur ad text.in l.Iudices
C.de Episcop.Audient.Bal.in l.illicitas §. ne potentiores in fine, ff. de Offic.Præsid.Ripa.post alios in l.4.§.hoc
autem iudicium, ff. de damn. infect.
Auenda de exeq. mand. Princip. lib.
1.cap.19.num.8.Dom.de Pont.in tractat.de Potestat. Proregis titul. de diuers.Prouis. §. de don.& expensas nu,
10.qua de causa sæpissimè pro vt in dicta constitutione 3.disponitur fieri de-
38 bet,ibiq; idem Excellentissimus Prorex vbi causæ pauperum, & miserabilium carceratorum, fuerint de criminibus leuibus eas celeriter expediat,&
expediri faciat iux.tex.in l.leuia.ff.de
acusat.ibi *Leuia crimina audire, & discutere de plano, Proconsulē oportet, & vel liberare eos, quibus obijciuntur vel fustibus castigare.*
Idque summa discutione,& celeri expeditione iuxt.notat per Bald. in l.1.
2. lectu, ff.de Officio consul.cap.Deus
Omnipotens 2. quæst. 3. dict.l. fin. C.
de Custo.reorum. quæ quidem causæ,
non nisi in carceribus fieri debent, vt
dixit Auil.in cap.Prætor.35.versic. Fagan,fol. mihi 242.

39 Summè Excellentissimi Proreges,
debent etiam animaduertere, ne in
materia frumentariæ extractionis,
quod ius de regalibus est, ad text. in
cap.1.verb.portus ripatica, secundum
Bald.& ibi Andr.quæ sint regal.Lauden.de Princip.quæst.362.Card.Tuscus in verb.regalia, num.16.facile extractionem frumentorum à Regno
concedant: nisi prius fuerit bene prouisum Regnum,ad tradita per Lucam
de Penn.& Plat. in l. si quis per diuinam,C. de aquæduct. lib. 11. l. præses
prouinciæ,C. de seru, & aquæd.Ripa
in tractat.de pest. part.2.sub.num.16.
&189. Florian. in l.si pendentes § si
quid cloacarij,ff.de vsufr. Montalt. in
l.4.tit.5.quæstion.5.Auenda. de exeq.
mandat.lib.1.num.36.optime Mexia
de tax. Pan. conclus.1.num.56.vbi dicunt,quod concessiones Regiæ, vt frumentum, è regno extrahi possint, intelligi debent prouiso prius Regno,
cuius publicæ vtilitati prius cauendū
40 est.Quando autem in Regno adest penuria,& necessitas frumentorum,tunc
Proreges illorum extractionem omnino prohibere debent, & à similibus
cōcessionibus se abstinere, vt per Frā.
March. decis. 230. & 236. part. 2. Socin. Iun. consil. 76. vol.4. Pancirol.
consil.116. num.22. Bertaz. consil.83.
vol.1.in criminal.Surd.consil.210.nū.
9.vol.2.& 558.vol.4.Rimi.Iun.consi.
183.vol.3.

41 Cùm autem hæc Prouincia Cathaloniæ habeat Regna vicina externa,
partim Francorum,partim Turcarū,
& propterea sint constituta præsidia
in limitibus Prouinciæ aduersus hostes, sintque multi milites stationarij
in præsidijs, propterea dominus Rex
Capi-

42 Capitaneum Generalem in Prouincia deputauit, ad quem militaria omnia auxilia, & ministeria pertinent, quem Magistratum, Magistro militum compararunt, l. I. C. de Officio Magist. milit. hoc autem munus Capitanei Generalis deseruit ipse Excellentissimus Prorex. tam in hoc Principatu, quàm in alijs Regnis, vt tradit Surg. de Neap. illustr. cap. 22. numer. 10. Freci de subfeud. lib. 1. titul. de Offic. Magn. Comesta. & in tit. de offic. Magn. admirat. Mastril. de Magistrat. lib. 5. cap. 13. num. 9. Quare oportet vt Excellentissimus Prorex in hoc munere Capitanei Generalis inter alia sequentia animaduertat.

43 Primò, quòd Milites fortissimos, & strenuos viros habeat vt in l. tam collatores in prin. C. de re milit. l. fortissimi, ac deuotissimi milites, C. de eroga. milit. anno. lib. 12. quibus permitti non debet, quod inhoneste viuant, nec sensualibus delitijs se dederint iuxta illud Faceti poetæ.

Nihil valet in bello, qui delitiosè viuit.
Nec sine duritia bellica palma datur.

Quapropter tales milites eligere debet, qui in aduersitatibus, & belli sudoribus sustinendis, patientes sint, sustinereque possint, famem, sitim, æstũ, frigus, & cœteras calamitates, quæ innumerabiles sunt, vt in l. vnica §. I. C. de cad. toll.

44 Secundò ipse Capitaneus Generalis in rebus bellicis cuncta agat summo cum consilio, quia admodum illud necessariam est, iux. illud Prouer. 20. ibi: *Cogitationes consilijs roborantur, & gubernatulis tractanda sunt bella, idest, prudentia, & consilio.* Et in lib. 1. Machabeor. capit. 5. ibi: *In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in præliũ.* Et Tuchidides lib. 2. *Magna ex parte bellum vincitur consilij, & pecuniæ vi.* Vnde Io. Magn. lib. 4. Historiæ Gothicæ, capit. 20. ait ibi: *Quamuis multa sint ad rem bellicam necessaria: nihil tamen æquè, ac consilium valere putandum est.* Idque non solum publicò omnium consensu, sed ipsa experientia, quæ rerum est omnium magistra, compertum habemus. Equi, Arma, opes, fortunæ denique ipsa, quæ in bellicis rebus plurimum posse existimatur, nisi bono consilio dirigantur, tanquam fluxa, & caduca euanescunt, sæpeque illis perniciem afferre solẽt, qui eis vti nesciunt. Et Belisar apud Procopium, lib. 2. de Bello Persico inquit. *Bellum sanè ac diligenti consultatione administratũ fæliciter succedere solet.* Quem refert, & sequitur Bouadill. lib. 4. capit. 2. numer. 30. subdens ex Cicerone, quod parua sunt foris arma nisi sit consilium domi, & idem in lælio ibi: *Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum magnæ res geruntur: sed consilio, & auctoritate.* Hinc dixit Euripides in Hecuba. *Consilium quamcunque vim exercituum armatorum vincere posse.* Quasi vere affirmet, multò vtilius esse in militia prudens Ducum consilium, quam militum multitudo.

45 Tertio secretum earum rerum, quæ circa res bellicas deliberantur valde est seruandum, vt colligitur ex Antigono Macedoniæ Rege, qui Phlippo in conspectu multorum interroganti, quando exercitus in hostes iturus esset. Respondit, Tu forsan solus audire debes strepitum buc-

 cinarum,

cinarum? vt his verbis significaret, per exiguam esse sui filij prudentiam, quòd coram omnibus petiuisset, quod occultum esse oportebat. Nam in bello nihil est conuenientius, quàm cautè decreta, & deliberationes Principum, atque Ducum obseruare: nam, vt Veget. lib. 3. de re milit. c. 6. adnotat. *Nihil magis tutum in bello quàm, vt in eo agenda antequam fiant non denuntientur.* Quamobrem veteres solebant suis in legionibus depictum Minotaurum afferre, qui mediam atque infimam partem corporis Tauri habebat, & alteram atque supremam hominis, vt inde omnes intelligerent. Quemadmodum Cretenses in occultiori loco laberynti, quod Dædalus construxerat monstrum illud, quod Phasiphes Regis Minois vxor, cuius meminit Virgilius in 6. Eneidorum clauserunt, sic etiam; & sapientes Duces in intimis suis præcordijs occulta rerum militarium sua consilia conseruare debēt, qui de hac re plura legere voluerit legat Alciatum in Emblemate. Limine quod Coeco. Higinum in lib. fabularum in cap. 39. 40. 41. & 42. Palephatum lib. 1. cap. 3. de non credendis fabulosis narrationibus. Isocra. in oratione 5. de Elena, & Diodor. Sicul. libr. 5. suæ Bibliothecæ, Bouadill. qui plures ad propositum refert. lib. 4. cap. 2. num. 29.

46 Quartò in bello iusto contra inimicos licitum erit, vti insidijs, occultando ab eis ea, per quæ volumus eos impugnare: tum quia sic vti insidijs, fuit præceptum Dei, qui nihil iniustè agit, vt patet Iosue. 8. & quod bellum iustum ortum habuerit, à Deo ordinante, & præcipiente illud fieri, in multis locis Sacræ Scripturæ, scilicet, Numer. 10. & Deuteron. 22. legitur, dominum viris præcepisse bellare, vnde Dauid ait de Deo. *Quis docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Tum etiam quia propositum ipsius Capitanei Generalis inimicis aperire non tenetur: ex eo enim inter cætera præcepta artis militaris hoc præcipuè ponitur de occultandis consilijs, ne ad hostes perueniant, & talis occultatio pertinet ad rationem insidiarum, quibus licitum est vti in bellis iustis. Non tamen licet eos sic decipere, quòd dicatur eis falsum, vel non seruetur promissum: quia nulli hominum est mentiendum, ita Diuus Thom. 2. 2. quæst. 4. quia etiam hosti fides seruanda est, vt in capit. noli. 23. quæst. 1. l. conuentionum, ff. de pact. Caualcanus de brachio regal. part. 3. numer. 149.

47 Quinto Capitaneus Generalis summè curare debet, quòd bene munitum sit regnum in quo ipse præsidet, tum armis offensiuis, tum defensiuis: etenim ex illorum abundanti prouisione prosperi belli successus admodum depēdet, vt not. Girolamus Cataneus de re milit. lib. 1. cap. 14. quem refert, & sequitur. Bouadill. lib. 4. cap. 2. nu. 30.

48 Et sic ad ipsum spectat prohibere extractionem armorum à Regno, vt in l. 1. C. vt armorū vsus: Dom. de Pont. de Proreg. tit. de diuers. prouisio. rub. de arm. num. 1. cum sequent. Mastril. de Magistr. lib. 5. cap. 9. n. 52. vbi idem ait de alijs rebus ad bellum pertinen-
49 tibus. Hinc dicitur, quòd Principi tātum licet armificationes, & armamēta publica detinere ad text. in l. iure, C. de fabricens. lib. 11. & in Authen. de armis in prin. vbi ad solum Principē aiunt spectare arma fieri facere, illaq; priuatis venditione exponere, & armamentum in qualibet Ciuitate tenere secundum Pereg. qui alios allegat de iure fisci lib. 1. titul. 1. numer. 14. Rosental. capit. 5. conclus. 19. Borrel. de præstant. Reg. capit. 6.

Petr.

Petr.Gregor.Tholosa.de Repub. lib. 9.cap.1.vbi ait,quod solebant in Republica arma locis publicis concludi, quæ tempore belli indigentibus dabantur, sicuti in tumultibus repentinis, vt refert Cicero pro Caio Rabirio orat. 17. cum de seditione contra Saturninum ageretur ibi: *Eo tempore ex ædificijs, armamentarijsque publicis,arma Populo Romano C. Mario Consule distribuente data, vt Imperium populi Romani maiestasq; conseruaretur.* Et propterea Iustinianus in d. Auth. de armis, quæ est Nouel. 85. non alia de causa armamenta publica statuit, eaque penes priuatos esse prohibuit: sed in publicum sacrum armamentum reponerentur, nisi propter motus seditiones,& contentiones,ex quibus homicidia committi poterant, & coniurationes in priuatos,& Rempublicam,quia(vt ibi subdit) Deus commisit subditos Principibus,vt illæsi,& sine calumnia custodiantur, ita enim expedit Reipublicæ, quæ aliter Regi non posset, Principique soli data est potestas à Deo,ad Romanos cap.13.& ipse solus vitæ, & necis, accepit potestatem, vt per se vel per Magistratus suos,quandò oportet, non temere, & contra quos oportet eo vtatur ad vindictam malefactorum, & bonorum laudem. Multaque alia circa hæc cumulat Tholosa.in loco citato Decian. in tract.criminal.lib. 8. cap.3.num.1. & sequent. post infinitos Farin.quæst. 108. per tot. & Reguer Sextin. de regal. lib. 2. capit. 1. numer. 7. cum sequent.

50 Sextò curam quoque, & solicitudinem habeat,quod presidijs, commeatus abundent,nec non,& pro infirmitatibus militum medicamenta necessaria existant:sæpius enim magis penuria, quam pugna consumit exercitũ, quia ferro sæuior fames est,dicit Vegetius. lib.3.de re milit. cap.3.& lib.4.cap. 7. ideoq.tempore pacis prouidenda sunt victualia in præsidijs, & fortalitijs ne tempore belli vellimus periclitari, vt notot.Biesius de Repu. lib.3.cap.8. in fine.Girolamus Cataneus de re milit. lib. 1. capit. 3. Alua. in simil.tractatu. lib. 1. foli. 50. pagin. 1. in fine, & sequent.

51 Septimò debet ipse Capitaneus Generalis in ocio pacis visitare præsidia, & castra,illaque, & eorum mœnia reparare, & reædificare, nec prædicta ad tempus belli expectare, secundum Luc.de Pen.in l. hac prouidentissima col.1.versic.primo, C. de quibus muner,nemini liceat lib. 10.Roland. cõsil.84.num.7. vol. 2. vbi refert eund. Luc. de Penn. dicentem, melius esse in ocio pacis, cum libera, & habilia membra sunt, incolas ad talia attendere, & mœnium constructioni vacare, quàm bellis instantibus tempore quo vix fieri possunt ea velle statuere. Et facit l.ne splendidissime,& ibi glo. & Salicet. C.de oper.public. Conrad. in curiali breuia,lib.1.cap.9.§.1.num. 29.fol.17.

52 Octauò similiter etiam tempore pacis tenetur Capitaneus Generalis ad bellũ egregiè se præparare,vt dicit Biesius de Republic. lib. 4. capit. 7. fol.179. & Patr. in simil. tractat. lib. 9. titul. 1. fol. 108. vbi inquit ibi: *In pace habenda sunt, non quibus bellum inferre possumus: nam res nimij impendij,nimiique laboris esset: sed quibus fines nostros ab incursionibus, ac latrocinijs tueri valeamus, vel vbi maior vis impulerit, tali auxilio nostris hominibus occasio detur, vt pecora deducant, suaque omnia ex agris,in oppida conferant, & qui lignatum*

pabulatum, aquatumue progressi essent, intra munimenta se recipiant. Est enim res non parua primos belli impetus sustinere, ac frænare, & quasi acuti gladij aciem ludificare: improuisus namque terror, mentem hominibus, consiliumque eripit, & membra omni ex parte debilitatur, maiora sibi quisque fingit, quæ ignorat, Petr. Gregor. de syntagmat. iur. secunda part. lib. 19. capit. 2. numer. 11. Ideoque Casiador. Epistol. 1. & libro nono epistol. 40. inquit. *Ars bellandi si non præluditur, cùm fuerit necessaria, non habetur, discat miles in ocio, quod facere possit in bello. Animos subitò ad arma non erigunt, nisi qui se ad ipsa idoneos præmissa exercitatione confidunt.* Hinc Iustinianus Imperator Prætori Traciæ in constitution. 16. scripsit. *Curæ autem habebis, vt milites quidem bellicis exercitationibus meliores, & alacriores afficiant, paganos vero per legem componat, vt iusti ab homini improbitate immunes reddantur.* Sequitur Onosander lib. 1. de re milit. fol. 9. pag. 2. & lib. 3.

53 cap. 6. fol. 81. Vtilis est etiam his, qui armato præsunt, historiarum cognitio, tum quod in capiendis consilijs, ex aliorum euentu firmissima exempla sumuntur, tum quod laudata in alijs virtus, nos ad parem laudem assequendam inuitat, & castigata ignauia fortiores reddit, refert Patricius de Republic. lib. 9. titul. 2. fol. 208. pagin. 1. ad finem: Ioann. Boter. in tractat. de ratione status. lib. 2. fol. 35. pagin. 2. & sequent. Marchus Anton. de Camos in sua Microcosmia 2. part. dialogo. 9. pagin. 111. col. 1. requiritur

54 quoque in summo Capitaneo Generali, vt inquit Cicero pro lege Manilia, quatuor in esse, scilicet scientiam rei militaris, virtutem, authoritatem, & fœlicitatem, deinde addit. Labor in negotijs, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo Innoscencia in rebus omnibus, temperantia, ingenium, & humanitas.

55 Nonò, exposito iam Capitaneo Generali ad prælium, forti animo, & alacri fronte, ensemque in manibus euaginato, debet hortari suos milites, & exercitum, eos inuitando Hostili animo, ad pugnam contra hostes, quorum timor, quandoque solet, accedente mortis cogitatione perturbare, vt dicit text. in l. hac consultissima, §. at cum humana fragilitas ibi: *Mortis quoque cogitatione turbata*. C. de testam. ideoque Diuus Hieron. ad Demetriadem scribens, inquit. Paratas ad prælium acies, strictosque mucrones sermo Imperatoris accendit: nam, vt refertur in adagio: *Peior est bello, timor ipse belli*. Et propterea oportet istas exhortationes ad expellendum timorem per Duces ante prælium audacter, & animosè fieri iuxt. illud, quod legitur. Deutero. capit. 20. ibi: *Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris aquitatus, & currus, & maiorem quam tu habeas aduersarij exercitus multitudinem: non timebis eos, quia dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Ægypti. Appropinquante autem iam prælio: stabit Sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populu. Audi Israel; vos hodie contra inimicos vestros pugnam committis:*

Non

non pertimescat cor vestrum. Nolite metuere, nolite cedere: nec formidetis eos: quia Dominus Deus vester in medio vestri est: pro vobis contra aduersarios dimicabit: vt eruat vos de periculo, & inferius ibi: *His dictis addent reliqua, & loquentur ad populum, quis est homo formidolosus, & corde pauido, vadat, & reuertatur in domum suam: ne pauere faciat corda fratrũ suorũ, sicut ipse timore perterritꝰ est.* Alia refert Marchus Anton. de Camos in Microcosm. 1.part. dialogo.8. pag.84.col.1.

56 Decimò oportet Capitaneos Generales, liberales, & humanos esse erga inferiores, præclarum vtique Ducibus viaticum est, hanc aflabilitatem, & humanitatem habere ad victorias, & triumphos consequendos dicit Gregoras lib. historiæ Bizantinæ. Alaua.lib.1. de re milit. fol.5. lib.2. Hinc legitur, quod Iulius Cæsar, milites suos commilitones appellabat, licet de hac infima humilitate repræhensus fuerit à Augusto Cæsare, vt refert Suetonius in Cæsare num. 67. Eutropius de gestis Roma. de August. Cæsar.

57 Vndecimò ante pugnam seu prælium Capitaneus Generalis summè cõsiderare, & dicere debet, quantæ vires nostræ sint, quantæq; aduersariorum, quales milites, qui socij, quæ vectigalia, quo etiam studio in nos animati, quantæ sint pecuniæ, cogitare quoque etiam debet, quibus munimentis vrbs valida sit, quibusque commeatibus firmata; quo præsidia, oppida castellaq; ditionis nostræ teneantur, quibusque machinis armamentarium abundet, vt referunt Patri. de repub. lib.9. tit.1. fol.199. Bielius de Repub. lib. 4. c.7. fol.174. Redin. de Magest. Princip. verbo, non solum hostibus, num. 27. fol. 69. Barto. Philip. in tract. de consil. & consiliar parti.2. discursu. 14. §. 3. & 4. fol.115. qua consideratione facta debet similiter bonus Dux non aperto Marte, in quo est commune periculum attentare, sed ex occulto procedere, vt integris suis, quantum possint hostes interemi, vel certè terreri, vt not. Vege. lib.3. de re milit. cap. 9. Redin. de Magesta. Princip. dicto verbo, non solum in Hostilibus, num. 27. fol. 69. nunquam autem irruat in hostes nisi prius offerat eis pacem, contra rebeldes acriter procedat, spoliaq; inimicorum cũ exercitu diuidat, aliaque militaria præcepta tradita ab Spiritu sancto fidelissimè obseruet, & omnia ei cooperabuntur in bonum pro vt sic legitur in Deuteron. capit. 20. ibi: *Quando accesseris ad expugnandã Ciuitatem offeres ei primum pacem si receperit, & apparuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum: oppugnabis eam. Cumque tradiderit dominus Deus tuus, illam in manu tua percuties omne, quod in ea generis masculini est, in ore gladij absq; mulieribus, & infantibus, iumentis & cæteris quæ in Ciuitate sunt, omnem prædam exercitui diuides, & comedes de spolijs hostium tuorum, quæ dominus Deus tuus dederit tibi.*

58 Duodecimo ipse Capitaneus Generalis militibus iubere debet, quatenus præpositis suis obedientes existant, & illorum mandatis pareant, vt in l. 3. §. si præsides, ff. de re milit. & vbi inobedientes fuerint pœna capitis eos puni-

 rimaн-

ri mandet dict.l. 3.§. in bello,l. omne
59 delictum.§.contumacia,ff. eod. In qua pœna puniri etiam poterunt, quando Ducem, seu Præpositum deseruerint, vel protegere noluerint, vt in d. l. 3.§. fin.d.l.omne delictum.§.fin. Et vbi tẽpore pugnæ, signo relicto vel dũ acies
60 ordinatur fugerint: tunc in eadem pœna capitis incidunt, vt in d. l. 3.§. Qui stationis,ff.de re milit.quia belli tempore sub pœna mortis,militi non licet recedere, nec Duci sub eadem pœna capitali ei licentiam dare,l.1.C.de co-
61 meat.lib.12.l.non omnes, §.1. ff. de re milit. nisi paucis, & ad breue tempus, & non vrgente opposito hoste l. per hãc.§.vt autem, C.de erogat.milit.anno.lib.12. graue enim crimẽ est à signis tempore belli,abire,& fugere probat tex.in l.1.§.desertor. C.de desetto. lib. 12. Hinc militum pauidorum, & primo fugientium pœnæ statutæ sunt in d.l.omne delictum.§.qui in acie. ff. de re milit.ibi: *Qui in acie prior fugam fecit, spectantibus militibus propter exemplum capite punitur.* Vnde Iustinianus in l.1.§.fin.C. de desetto. lib. 12. Inquir eum qui flagitiosa ignauia delitescit, inquiri, & inuentum de generis morte gladium subire iubet, Rectoresq; Prouinciæ, qui hoc crimen vel gratia, vel dissimulatione distulerint vindicare patrimonij, & existimationis damno subijcit, &
62 priores officij capitali supplicio. Quãplurimæ aliæ pœnæ contra milites constitutæ sunt, de quibus latè tractãt Alexander ab Alexan.lib.22. Genial. dier.cap. 13. & Mosquer.de Figueroa. in suo Commentario de disciplina, militar fol.116.& sequent.& fol.120.par. 2.& sequent.lib.4. & de varijs criminibus militum,& pœnis tradit Tiber. Decian.in 2.tom.crimin.lib.7. capit. 15.Petr. Gregor.de syntagmat. iur. 2. part.lib.19.cap.10. & seq. & Boter.de ratione status, lib. 9. fol. 167. Ferretus de re milit.tit. de milit.Iust. n.49.

63 Demùm, vt concludamus super hac materia belli,quando scilicet dicatur iustum,vel iniustum, quãdo liceat Christianis in bello vti auxilio infidelium,& Sarracenorum,de rebus in bello captis, de piratis, de ementibus res furtiuas, & de multis alijs quotidie occurrentibus,tam in bello maritimo seu nauali,quàm terrestri vide late,Caualcan.de Brachio regal. p. 6. fragm. 25. per tot Iacob.de Graff. decis.aureæ casuum conscientiæ part. 2.lib.2.cap. 20.de bello per tot.& cap.21.de Treuga. innumeros citat Bouadill. lib. 4. cap.1.2.3.& 4.vbi plenissimè, & eruditè hanc materiam pertractat, & ex nostratibus Michael Ferrer.part.3.obseruantiarum cap. Oliba, de iure fisci cap.4.num.60.& seq.

64 Illud autem pro coronide huius capituli animaduertendum censui,quod sicut ad Proreges expectat purgare Prouinciã malis hominibus, vt diximus supra,n.17.sic etiã tenentur purgare maria insulti quoque,est Prouincijs adiacentia ab incursu Piratarum, & prædonum,vt libera sit vnicuiq; secura nauigatio, & ab illis Prouinciæ non dãnificentur dicit.Luc.de Pen.in l.vnica per illũ tex.C.de classis li. itemquem, & alios circa materiam triremium Nauium,& rerum bellicarum, refert Ioan.Franc.a Ponte in tract. de Potesta.Proreg.titul.11.de triremibus cæterisque nauibus per tot.

65 Scire etiam debent Excellentissimi Proreges,quod Militibus super triremes nauigantibus pro victu, qui ipsis præstatur,fit excompotum pro rata in corũ stipendijs, & circa solitum dari vestitũ remigibus, vulgo dicti forsars semel in anno, quod pariter antiquis temporibus à populis exigebatur iux.
66 tex.in l.1. C.de milit. vest. lib.12. Qui statuit dandum esse Kalend. April. vt hodie est consuetum, quia eo tempore, vt dicit gloss. incipere debet naui-

nauigatio vsq. ad kalend. Octobr. quæ allegat. tex. in l. Quoties, C. de Naufrag. lib. 11. & in l. 1. C. de Eroga. milit. anno dicitur, quod militibus dari con
67 suetum erat bucellatum, quod est certa panis species diebus duobus in hebdomada, tertio die panē, vno vinum, alio die acetū, vno die lardum, biduo carnē veruicinā: Verū in mense Nouēbris mādatur dari vinū nouū, quoniā veteris dispēdiosa videtur erogatio. vt in l. Iubemus eod. tit. & circa palеā, & fænū sunt tex. in l. 2. & in l. Prouincialium tit. eod. Quæ adnotare mihi visū fuit, vt videatur, quod omnia reperiūtur scripta, statuta, & solita fieri.

CAPVT X.

DE ADMODVM REVERENDO, AC PERILLVSTRI CANCELLARIO, ET REGENTE, EGREGIISQ. REGIIS CONSILIARIIS SACRI REGII SENATVS.

SVMMARIVM.

1 *CANCELLARIVS, & Regens Cancellariam Doctoresque Regij Consiliarij in hac Prouincia Cathaloniæ sunt Magistratus ordinarij.*

2 *Officium Cancellarij, & Regentis Regiam Cancellariam erectum, & creatum fuit, pro regimine, et administratione Iustitiæ, adeo, quod negocia iustitiæ non aliter expediri possunt nisi cum subscriptione Cancellarij, Vicecancellarij, aut Regentis Regiam Cancellariam quam in personam domini Regis administrare tenentur, vt num. 3.*

4 *Cancellarius, Vicecancellarius, & Regens Regiam Cancellariam in exercitio administrationis iustitiæ non possunt per dominum Regem, nec eius Primogenitum vigore Constitutionis Cathaloniæ impediri.*

5 *Cancellarius Vicecancellarius, & Regens Regiam Cancellariam, cum in eorum officio, & illius exercitio*

exercitio liberam habeant in Cathalonia administrationem, ex eo inde apparet magnam habere auctoritatem, potestatem, & iurisdictionem.

6 Rex in Cathalonia prouidere debet officium Cancellarij in aliqua insigni persona Ecclesiastica graduata in iure Canonico, vel ciuili, nata naturali, & domiciliata, realiter, & defacto cum veritate, & sine dispensatione Regnorum coronæ Aragonis.

7 Declara vt intelligatur in Cancellario, & Vicecancellario totius Coronæ Aragonis, secus vero in Cancellario Cathaloniæ tantum quia hic debet esse Cathalanus.

8 Cancellaria duplex reperitur vna, quæ vocatur magna, & altera parua, ista firmat literas intra suã Prouinciam tantum, & Magna in negotijs totius Coronæ.

9 Cancellarius in Cathalonia consueuit esse Archiepiscopus, vel Episcopus, aut alius insignis Prælatus.

10 Nobilis, ac Perillustris D. Petrus à Puigmari, et Funes, egregius Doctor, & Abbas insignis Monasterij S. Michaelis de Cuixano Ordinis sancti Benedicti cuius animi dotes laudantur, est hodie meritissimus Cancellarius Principatus Cathaloniæ.

11 Cancellarij, & Regentis Cancellariam authoritas nedũ hodie magna est, verum & priscis temporibus fuerunt in maxima existimatione.

12 Scribæ mãdati in subleuamẽ Cãcellarij, & Regẽtis Regiã Cãcellariã ĝ ipsorũ ordine, et mãdato distribuunt causas inter Doctores Regiæ Audientiæ, eas illis committendo nomine domini Regis.

13 Cancellarij officio incumbit, in rescriptis, et regijs iussionibus se subscribere, & viua voce aliquid implorantibus respondere, regiũq. sigillum penes se retinere legesque Regni iniquas Cancellare.

14 Cancellarij præminentia, & authoritas magna est, quia ipse omnibus Iudicibus, & Magistratibus præest, & ipsi subjiciuntur, Doctores Regij consilij, nec non Prælati, in domo regia existentes, clerici, Capellani, & cæteri domestici de domo Regia.

15 Cancellarius in Cathalonia præest Gerenti vices Generalis Gubernatoris.

16 Sententiæ latæ per Cancellarium in Cathalonia super causis contentionum iurisdictionum non admittunt appellationem, supplicationem, nec recursum.

17 Cancellarius propter eius præminentem auctoritatem vocatur Illustris, Illustrissimusq eminentissimus, atque Gloriosissimus quæstor, & circa latus Principis stat, & eius personam representat.

Præro-

18 *Prærogatiua competens Cancellario assistendi circa Regem in eius absentia competit Vicecancellario.*

19 *Moyses fuit Dei Cãcellarius, Ioseph vir beatus Cancellarius, Regis Pharaonis Iosaphat vtiq. Cancellarius Dauid, & Summus Pontifex in Ecclesia Dei est illius Cancellarius.*

20 *Senatorum dignitas non minus existimanda est, cum Regij consiliarij sublimes personæ, & patres conscripti dicantur, & cum Principe vnum, et idem corpus faciũt, quorum auctoritas in tantum meruit augeri, vt ab eis appellari non liceat.*

21 *Sententiæ latæ per Regios Senatores non subjiciuntur visitationi, nec syndicatui, nec pro illis possunt ipsi syndicari.*

22 *Senatores Regiæ Audientiæ Cathaloniæ non syndicantur de sententijs latis cum deliberatione ipsius Regiæ Audientiæ, etsi prætendatur fuisse latas contra constitutiones, capitula curiarum, priuilegia, vsus, & consuetudines Cathaloniæ, & assignatur ratio n. 23.*

24 *Senatores Regiæ Audientiæ etsi in tam alta præfectura cõstituti sint, nihilominus Regiæ visitationi sunt obnoxij.*

25 *Senatorum præcipuum munus est iustitiam ministrare, & vnicuiq. ius suum tribuere, nec alterum lædere, & vtrumque pensum iustitiæ, & misericordiæ æquo libramine sustinere.*

26 *Iustitiæ temperamentum ex sacris literis comprobatur.*

27 *Iudex in criminibus puniendis debet esse conformis legibus, quæ appellantur inexorabiles, contra quarum auctoritatem non licet effundere preces.*

28 *Iudex, fortis, potens, & constans esse debet, adeo, quod nec vereatur magnitudinem cuiuscunque, quia non est qui resistat magestati suæ.*

29 *Iudex qui recte iudicat, bonum siquidem, & excellens opus facit, magnoque præmio coronabitur, & in huius conclusionis confirmationem refertur singulare exemplum cuiusdam Iudicis pagini qui iustissimus fuit in iudicando.*

30 *Iudices de eorum iudicijs Deo rationem sunt reddituri, & secundum qualitatem eorum gloriam, vel pœnam recepturi, & præter id parti lesæ ad omne interesse tenentur.*

31 *Iudex debet esse iustus, equus, et æqualis medius inter partes non declinans ad dexteram, nec ad sinistram.*

32 *Iudex ad furorem populi neminem condemnare debent, quia vanæ populi voces non sunt audiendæ per Iudicem n. 33. & n. 34.*

35 *Senatores Regiæ Audientiæ Cathaloniæ in consilio clausis ianuis causas sub magno silentio decidunt,*

& vouent, quinimo & iurat se habituros secretum eorum omniũ, quæ in ipso Regio consilio tractantur de cuius reuelatione in visita syndicari possent, & assignatur ratio, num. 36.

37 Secretum obseruare plurimum interest de eoq. custodiendo plura curiose, & notatu digna referuntur, tam ex sacris literis quam alijs.

38 Senatores reuelantes ea, quæ in consilijs secreto tractantur, non modo muneribus priuari debent, verum, & grauissimis pœnis puniri, & refertur Neapolitanis decisio. numer. 39.

40 Senatores vti Iudices supremi, & tanquam vices præfecti prætorio obtinentes iudicare possunt, secundum eorum conscientias sola veritate facti inspecta.

41 Limita vt non procedat in Cathalonia vbi Senatores Regiæ Audiẽtiæ obnoxij sunt iudicare secundũ iura patriæ, & non secundũ conscientiam aliter in visita syndicari possent.

42 Iudex, qui contra iura, & statuta iudicat, præsumitur esse in dolo, & mala fide.

43 Senatores recte iudicantes ordinem iudiciarium obseruare debẽt, tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis.

44 Ordo vbi non seruatur iudicium nullum redditur, & Iudex punitur.

45 Iustitia tunc fieri dicitur, quando iuris ordo seruatur, & viseuersa in dolo est Iudex, qui iuris ordinem non seruat.

46 Iudices in decidendis causis præcipites esse non debent, quia iniquitas omnia præcipitat.

47 Iudices iuris ordinem non seruantes, & contra illũ præcipitanter procedentes in visita syndicari possũt.

48 Iudices cauere debẽt, ne impetu iræ, vel alterius passionis in eorum officijs procedant, quia si impetu iræ sæuire festinarent, admitterẽt magis scelus, quam vindicarent.

49 Iudicium humanum quatuor peruertitur modis, Timore, Cupiditate, Odio, scilicet, & Amore.

50 Iudex iniquus, qui timore perterritus Christum Redemptorem nostrum iudicauit, exẽplum, et Epistola ipsius refertur, n. 51.

52 Cupiditatis exemplũ traditur dum Iudices munera pro iudicando recipiunt.

53 Munera execant oculos prudentum, & subuertunt verba iustorum. Qui enim munera recipit pacem cum legibus habere non potest, vt num. 54.

55 Iudex qui manus suas excutit ab omni munere in excelsis habitabit, & magis æstimabitur.

56 Iudex munera recipiens grauissimis pœnis punitur, & in vrbe Romana incurrit in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum.

Senatores

57 *Senatores Regiæ Audientiæ Cathaloniæ munera recipientes incurrunt in pœnam priuationis officij, & inhabilitatis ad aliud obtinendum.*

58 *Odij exemplum refertur cum contra quemlibet aduersarium molimur, merita causæ illius non attendendo, sed solum odium quod peior est ipsa ira.*

59 *Amoris exemplum traditur, quod locum sibi vendicat dum Iudex, Amico, vel propinco auxilium præstare contendit.*

60 *Amoris maximè lasciui effectus rectum Iudicis iudicium peruerti solet etenim vinum, & mulieres, vt legitur, in sacra pagina apostatare faciunt, sapientes, num. 61.*

62 *Iudex, licet de concubinatur, nec de adulterio syndicari possit, tamen ipsius honestati congruit, vt à visitatione, & colloquio mulierum se abstineat. Quia multa damna, & scandala inde oriri possunt, vt diuinis documentis testantur, vt num. 63.*

64 *Exhortatio, & depracatio dirigitur ad Iudices, eos rogantes, & deprecantes vt amissis odio, amore, metu, & munere summa cum æquitate, & rectitudine iudicent.*

65 *Iudices præbere debent auxilium pauperibus, peregrinis, viduis, & pupillis, maximè quando á potentibus opprimuntur.*

86 *Senatores Principi Consulere debēt, & vbi de grauibus tanquam leuibus, vel è contra consulunt tenentur de consilio maxime vbi illud iniustum fuerit, tunc enim Deus super ipsos consulentes conuertit.*

67 *Senatores licet sapientes sint, verum ipsorum prudentiæ initari nō debent, sed in omnibus actibus suis, et vt rectū cōsiliū tribuere valeāt sūma cum humilitate à Deo perquirere, & implorare debent, qui admirabilis est consiliarius.*

68 *Senatores in eorum officijs procedentes animaduertere tenentur, quid sit actū cuiquā tempori, quid debeant, vbi quandiu, qualiter, & quādo, & ab omnia, quæ ad eorū officia expectāt solicite debitū reddere tenentur, quia debitores iustitiæ sunt.*

69 *Senatores omni tempore pro iustitia administranda domorum portas, & Aulas apertas tenere debēt, et litigātes benigne audire, quos vbi audire noluerint, ex eo visitari, & synditari possent.*

1 CANCELLARIVS, & Regens Cancellariam, Doctoresq. Regij Cōsiliarij sunt Magistratus ordinarij in hac Prouincia: quia horum officium est creatum, institutum, & erectū per legē patriæ: vt in constit. 3. incip. Com segons la ordinacio titulo de offici de Canceller, pag. 92. vbi curia erigit, & instituit officium Regentis Cancellariam,

riam,& illius officij prouisionem do-
mino Regi tribuit;quod etiam in va-
catione officij Cancellarij,& Vicecan
cellarij aperte declaratur in constit.
2 4.incip.Primerament, pag.93.Huius
modi autem officia constat instituta
fuisse pro regimine, & administratio-
ne iustitiæ,adeo, quod negotia iusti-
tiæ cum subscriptione Cancellarij,Vi
cecancellarij,aut Regentis Cancella-
riam expediri debeant, & non aliter,
vt not.Oliba in vsatico alium namq.
de iure fisci cap.4.num.40.prope fin.
Mier.super dict constit. Primeramét
part. 2. coll.8.num.1. & 12.cum seq.
fol.66.vbi per illam constitutionem
dicit,quod Cancellarij, Vicecancella-
3 rij,& Regentes Regiam Cancellariā
tenentur in person[illegible]am domini Regis,
regere, & admini[illegible]are iustitiam iux-
ta vsaticos Barcino[illegible]æ constitutiones,
& capitula curiarum [illegible] generalium Ca-
thaloniæ,vsus,consu[illegible]tudines, priuile-
gia [illegible] & libertates Vniuer
[illegible] & singularium, per-
4 [illegible]d in exercitio ad-
ministrationis iu[illegible]tiæ nullatenus pos
sint per dominum Regem,nec eius
primogenitum i[illegible]pediri,& de his ob
seruandis iurame[illegible]rum,& homagium
præstare tenentur, antequam eorum
officijs vtantur,sub decreto nullitatis
actorum:vt ibi per [illegible]cum, quem super
forma iuramenti sequitur Michael
Ferrer p.1.obseruã.cap.74.
5 Ex quo cum à domino Rege in
officio,& illius exercitio impediri ne-
queant,& dicti exercitij liberam ha-
beant administrationem ex eo, inde
apparet magnam fuisse, & esse in Ca-
thalonia illorum potestatem, auctori-
tatem,& iurisdictionem,propter quā
dispositum fuit in dicta constit.4. in-
cip.Primerament,pag. 93. quod offi-
cium Cancellarij Regij prouideri de-
6 beat per dominum Regem in aliqua
notabili persona Ecclesiastica gradua-
ta in Iure Canonico,vel ciuili,nata na
turali,& domiciliata realiter,& defa-
cto cum veritate, & sine dispensatio-
7 ne Regnorum Aragoniæ,aut Valen-
tiæ , aut Regni Maioricarum. Quod
est intelligendum in Cancellario to-
tius Coronæ, & Vicecancellario.Non
in Cancellario Cathaloniæ tantum:
quia hic debet esse Cathalanus;ita de-
clarat Oliba de iure fisci.cap.4.n.39.
cuius ratio traditur ibi sub num.43.
8 Vbi inquit,quod duplex est Cancella-
ria,magna,& parua;quia Cancellaria
parua concedit,& firmat literas intra
suam Prouinciam tantum, & Magna
in negotijs totius Coronæ Regiæ.
Mier. vero super qualitate personæ
Cancellarij in dict.const. 2.incip. Lo
Cãceller p.2.coll.8.n.7.fol.66.dixit.
9 Quod talis Cancellarius consueuit
esse aliquis Prælatus, puta Archiepis-
10 copus,vel Episcopus.Et hoc anno 1624.
dum hæc scribo, reperitur Cancella-
rius huius Principatus Egregius Do-
ctor, ac Perillustris nobilis Don Pe-
trus à Puigmari,& Funes , Abbas in-
signis Monasterij sancti Michaelis de
Guixans, Ordinis sancti Benedicti
dominus meus Admodum colendus,
vir quidem integerrimus, & nunquā
satis pro dignitate laudãdus,omniūq.
virtutum genere ornatissimus , de
quo vtiq. dici potest,quod dicitur per
Psalmistam Psal. 66. *Lætentur, &*
exultent gentes:quoniā iudicat popu-
los in æquitate , & gentes in terra
dirigit.
11 Ex his igitur apparet in magna exi
stimatione,& honore fuisse, & esse in
hoc Principatu officium Cancellarij
& Regentis Regiam Cancellariam
eandemq.auctoritatem legimus. An-
tiquioribus sæculis habuisse,cum co-
rum officium esset decretare petitio-
nes secundum Lucam de Penna in l.
2. C. de petitio. bono. sublat. lib. 10.
quas

quas signabāt,&in eis se subscribebāt,
vt hodie faciunt Regij scribæ manda
12 ti,in subleuamen dictorum Cancella-
rij, & Regentis Regiam Cancella-
riam,propter multitudinem negotio
rum in Regia Audientia affluentium,
qui de eorum ordine, & mandato di-
stribuunt causas inter Doctores Re-
giæ Audientiæ,eas illis committendo
nomine domini Regis iuxta formam
constitutionū Cathaloniæ,vt in const.
2.incip.Lo Canceller,tit.de offici de
Canceller pag.91.Et ibi not.Mier. p.
2.coll.8.fol.66.Michael Ferrer part.
13 3.Obserua.cap.80. num.3.Ac insuper
etiam ad ipsius Cancellarij officium
pertinebat subscribere se in rescrip-
tis,& respondere viua voce aliquid
implorantibus,vt not Bal.in d.l.2. C.
de Petitio.bono.sublat.lib. 10.Bellug.
in specul.princ.rub.6.n. 8.vbi, quod
omnes literæ,& iussiones Regiæ subs-
criptionē Cācellarij debēt habere, vt
tenet etiā nostras Mier.p. 2.c.3.coll.8.
n.7.fol.69.& probatur in rub.,& in ni
gro.1.Auct.vt diuinæ iussiones coll.8.
& in l.fi.C.de diuersis rescrip. Ad ipsū
quoq.pertinebat rescripta, & priuile-
gia per Regem concedenda, sigillo
Regio,quod apud Cancellarium erat
prius quā eo muniātur corrigere, &
cancellare, ex quo à cancellando no
men Cancellarij originē sumpsit vn-
de Polycraticus in initio sui libri ita,

Hic est, inquit, qui leges Regni cancellat iniquas:
Et mandata Pij Principis æqua facit,
Si quid obest populis, aut legibus est inimicum:
Quicquid obest per eum desinit esse nocens.

14 AD eoque insignis fuit, & est
Cancellarij præeminentia, &
auctoritas, quod ipse omnibus Iudi-
cibus, & Magistratibus præest, &
ipsi subjiciuntur Doctores Regij con-
silij, nec non Prælati in domo Re-
gia existentes, Clerici, Capellani,
& cæteri domestici de domo Re-
gia: vt not. Oliba.de iur.fisci capit.
4.numer.39.& 40.excellentior itaq.
est omnibus alijs Magistratibus, di-
cit Specula. in tit. de iurisdict. omn.
15 iudic.versicul. Magni,& ideò in Ca-
thalonia præest gerenti vices genera-
lis Gubernatoris,vt not.Michael Fer
rer part.3. obseruat.capit.83.A suisq.
16 sententijs, seu declarationibus latis
in causis contentionis iurisdictionis
vertentibus, inter curiam Ecclesia-
sticam,& curiam secularem, quarum
cognitio ad ipsum, vt tertium à par-
tibus approbatum pertinet,non suppli
catur, appellatur, nec recurritur,
iuxta pragmat. Alfons. 4. capit. vi-
sis,& cum diligentia recensitis Ferd.
2.cap. Primerament, cap. mes suppli-
plica,& Reginæ Germanæ cap. fuit
per Inclytam.Quæ iura sunt in tit.de
conten.iurisdictio.& occupatio,tem-
poralitad in 2.volum. constit.pag.61.
17 Ideoque propter eius præeminen-
tem auctoritatem vocatur illustris in
.§. illo, in auth. de appellation. coll.
4. qui probat eum dici posse Illu-
strissimum, & etiam eminentissi-
mus appellatur in l. 2. C. de sen-
tent. ex pericul. recitand. & Glorio-
sissimus quæstor, nuncupatur ab Im-
peratore, in .§. fin. in auten. de non
alienand. Bellug.dict. rub. 6. num.8.
& ibi additio. Borrell.cui Imperator
rescribendo sub nomine Magnificen-
tiæ rescribit, vt in l. Sancimus la pri-
mera, C. de Aduoc. diuers. iudic. &
propterea circa latus ipsius Impera-
toris, seu Principis stat, & in ei⁹ com
mitatu semper est, vt in l.præcipi-
mus.§.huic, C. de appellation. glo.in
dict.l.2.C. de pecio.bono. sublat.vbi,
q Regem sequi eiq. assistere necesse
M habet

habet: quia eius scientia, præsumitur scientia Principis, cuius personam repræsentat: vt est glo. aurea in capit. statutum de rescrip. libr. 6. quam ad hunc propositum citat Bellug. dict.
18 rubr. 6. num. 8. Quam prærogatiuam assistendi circa Regem in absentia Cancellarij competit Viceecācellario: vt not. Lucas de Penna. in l. duos. C. de suscepto, & arca. libro 10. Guiller. Bened. in cap. Raynuntius, verbo & vxorē nomine Adelatiā n. 198. de testamē.
19 Tandem sufficit de illius munere, & supræma dignitate dicere, quod Moyses, qui Deū facie ad faciem videbat, & cum eo familiariter loquebatur, meruit super populo Israel Dei Cancellariū esse: vt habetur Numer. cap. 12. Similiter, & Iosephi vir beatus, fuit etiam Pharaonis Regis Cancellarius legitur, Gene. 41. & Rex Regum, & eximius Prophetarum Dauid, Iosaphat virum vtique prudentem, & sanctum habuit in suum Cancellarium, Reg. 2. cap. 8. In fine. Ac deniq; solus Summus Pontifex in Ecclesia Dei Cancellarius vocatur, cuius, & Dei vnum, & idem dicitur esse consistorium secundum Host. in cap. quanto de translat. Episcop. latè Cassan. in Catalog. glo. mund. par. 7. consid. 7. Guiller. Bened. in capit. Raynuntius de testa. verbo & vxorem nominē Adelasiam. num. 293. vsque 306. vbi alios refert.
20 Non minus Senatorum, & Regiorum consiliariorum dignitas est existimanda, cum Senatores, & Regij Consiliarij sublimes personæ, & patres conscripti dicantur, quorum nomina solita olim erant in diademate Imperatoris scribi, quos decus lateris Principis illustrat, l. 1. C. de præpos. Labaro. libr. 12. adeò, quod cum illo vnum, & idem corpus faciunt, quorum auctoritas in tantum meruit augeri, vt appellari ab eis non possit: quoniam credit Princeps eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur: non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret iudicaturus dicit tex. in l. 1. ff. de Officio Præfect. prætor. Redin. de Magest. Princip. versiculo Sed etiam legibus, numer. 100. & 105. cum seq. pagin. 56. Qua de causa syn-
21 gulari priuilegio vtuntur, vt scilicet de illorum sententijs visitari, nec syndicari possint, vt eruditè exornat, Bouadill. lib. 5. capit. 3. num. 55. vsque 66. Bellug. in speculo. rubri. 42. in principio, & num. 4. & apud nos probat. constitut. 11. Regis Ferdinand. incip. poc valdria, post princip. sub titul. de obseruat. constitu. vbi dicitur, quod
22 Iudices Regiæ Audientiæ non possunt querelari de sententijs ab eis latis cum determinatione, & deliberatione Regij consilij, licet prætendatur fuisse latas contra constitutiones, vsatica, capitula, & acta curiarū priui-
23 legia, vsus, & consuetudines. Nec de his quispiam mirari debet: nam postquam à Principe tanquam benemeriti electi sunt, ad dictum munus pro ipsis omne bonum præsumitur, quod scilicet secundum ius, & iustitiam iudicant: turpe enim esset dicere. Patricio, & nobili viro in causis exorandis ius in quo versatur ignorare: dicit tex. in l. 1. §. seruius, ff. de Orig. iur. qui nimo de illorum scientia, & fide dubitare ad instar sacrilegij esset cum increparetur Princeps de mala electione, quod non est ferendum, iux. text. in l. 2. C. de crimi. sacrilegij, ibi: *Sacrilegij instar est dubitare an dignus sit, quem elegerit Imperator.* Insuperque dignum est, vt qui suis consilijs, suisque laboribus pro toto Regno die noctuq; laborant dignam habeant suæ fortunæ prærogatiuam, dicit tex. in l. bene à Zenone prope finem

nem, C. de Quadrien. præscrip. propter enim sub limites personas laxantur interdum Canonica præcepta capit. de multa de præbend. Et hinc dicitur, quod hi, qui alta nobilitate, & honoris prærogatiua lætãtur, auctoritate, & dignitate, fungi debeat amplio ri cap. 1. in fin. de officio deleg. cap. ne aliqui de priuileg. lib. 6.

24 Quare cum dicti Præsidentes, & Senatores Regij consiliarij in tam alta præfectura constituti sint, superfluum quodãmodo videtur illos visitari debere, nec minus in hoc tenuissimo opere, eorum supremas dignitates ad hunc effectum inscribere. Veruntamen cum visitationi Regiæ obnoxij sint pro vt ita placuit Domino Regi iuxt. capit. 5. curiarum anni 1599. ideò visitationem ipsam æquo animo, & hilari fronte sustineant cuius molestias si repellere cupiunt infrascripta rogamus obseruent.

25 Et primum cum Senatorum præcipuum munus sit iustitiam ministrare, & vnicuiq. ius suũ tribuere, nec alterum lædere, quæ duæ sunt iustitiæ partes vt in §. iuris præcepto inst. de iustit. & iur. Hinc est, quod rectè iudicantes stateram in manu gestare debent capit. omnis qui 45. distinct. cap. non afferamus 24. quæstion. 1. Inno. 4. in cap. 1. de re iud. in 6. ibi stateram gestent in manibus, lances appendant æquo libramine: adeò quod condemnandum condemnent, & absoluendum absoluant, & vtrumque pensum iustitiæ, & misericordiæ, cum moderamine sustineant, de quo iusti-

26 tiæ temperamento diuinæ admodum loquitur magnus ille Grego. in 4. p. libr. 20. Moral. cap. 6. Omnis enim, inquit, qui rectè iudicat stateram in manu gestat, in vtroque penso iustitiam, & misericordiam portat: sed per iustitiam peccati sententiam, per misericordiam, peccati temperat pœnam, vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per misericordiam indulgeat. Hinc est, quod semiuiui illius vulneribus, qui à Samaritano in stabulum ductus est Lucæ 10. adhibetur vinum, & oleum, vt per vinum mordeantur vulnera per oleum foueantur, quatenus vnusquisque qui sanandis vulneribus præest: in vno morsum districtionis adhibeat in oleo mollitiem pietatis per vinum mundantur putrida, per oleum sananda foueantur, quod & illa tabernaculi arca signat in qua cum tabulis virga simul, & manna est, clare demonstrans, quod vbique in Iudice est virga districtionis sit, & manna dulcedinis. Hoc etiam agnoscens Rex Regum, & eximius Prophetarum Dauid, Psalm. 22. Virga, inquit, tua, & baculus ipsa me cõsolata sunt: Quia virga à Domino percussus fuit, baculo sustentatus. Sit ergo in Iudice districtio iustitiæ, quæ feriat, sit & consolatio baculi, quæ sustentet.

27 Cæterum in criminibus puniendis debet Iudex esse conformis legibus, quæ appellantur inexorabiles, vt in l. fin. C. de Tabula. libr. 10. contra quarum auctoritatem, & dispositionem non licet effundere preces, quia sunt res surdæ, & constantes, quæ non mouentur precibus, quinimò cuilibet. merenti dant præmia, & demerenti supplicia, l. 1. ff. de iustit. & iur.

28 Sic & Iudex fortis, quoque potens, & constans esse debet adeò, quod nec vereatur magnitudinem cuiuscunque: quia non est, qui resistat magestati suæ. Esther. 9. & ideò dicitur Eccles. 7. ***Noli velle fieri Iudex si non vales virtute irrumpere iniquitates malorum***, & ad hoc tendit illud vulgatum. Nõ vultũ pauperis, nec honores potentis cõsiderarĩ debere: sed quod iustum est vnicuiq. tribuere de quo Marcus Mantua. in

tract.de fauorib. pupillorum p. 1.col. fin.tom.18.tract.bonum siquidem, & 29 excellens opus facit, qui iustè iudicat magnoque præmio coronabitur dicit Archiep. Florent. in 3.par. tit.9.cap. 1.vbi refert exemplum de quodam pagano Iudice, qui fuerat iustissimus in iudicando, cauens sibi ab omni iniustitia, qui quamuis mortuus fuerit in infidelitate: tamen præseruatus fuit per longissima tempora à condemnatione infernali. Huius rei testimonium fuit, quod dum quis in agro suo foderet ad puteum, vel aliud faciendum, inuenit humanam linguam loquentem, & dicentem læuiter percute, ne me lædas: interrogata cuiusnam esset, respondit se fuisse Gentilem, & Iudicem, & eo quia nunquam sententiam protulerat iniquam, Deus reseruauerat animam suam in illa lingua, quo vsque Baptismum reciperet. Rogans eum, vt pro Episcopo mitteret, vel iret, vt Baptismum, ei conferret, quo facto subito in cinerem dissolueretur, caluaria eius integra erat, & lingua in ea viuens, recens, & loquens. Quibus omnib^9 per actis, & coram ipso clero, & populo per ipsum declaratis Baptismum recepit, & eo recepto in cinerem resolutus fuit, eius anima ad beatitudinem nulli dubium tendente. Quod exemplum tradit etiam Rebuff. in praxi benefi. in prohem.concord.fol.mihi 499.& Auil. in capit. prætor. capit.2. verbo en iustitia num.4. Subdens etiam ipse Florent ibidem, quod auctoritas ista iudicandi, delegata seu collata fuit hominibus à Deo, qui in hoc tenent locum, & vices Dei, quem in quan-
30 tum possunt debent imitari: quia ipsi Deo de eorum Iuditijs rationem sunt reddituri, & secundum qualitatem eorum gloriam, vel pœnam recepturi, & præter id etiam parti lesæ ad omne interesse tenentur secundum Bald. in autenthica statuimus num.2.C.de Episcò.& Cleric.& Bar. in l.1.numer.6. C. quomod.& quando Iudex Auiles in dict.capit.prætor. capit.1 verbo a las partes, nu. 2. quod intellige, & declara vt per Auil.ibidē n.3.fol.mihi 41. Præterea Rectissimi Regij Senatores, iustissimè iudicātes, inclinare non debent ad dexteram, vel sinistrā: vt post. specul.not. Paris. de Put.de synd.verbo Iudex, capit.2.
31 num.4.fol. 210. subdens, quod Iudex debet esse iustus, & æquus, & æqualis medius inter partes non declinās ad dexteram, nec ad sinistram, cap. cum inter de exceptio.& ibi glo. in verbo claudicare, l.fin.C. de Fruct.& lit. expens. ideòq. vocatur Iudex sedens in medio, vt in cap.quo ad consultatio-
32 nem de re iudicat. Et ea de causa nunquam ad furorem populi seu tumultum, aliquem sine debita causæ cognitione condemnare debent, quia difficile est commotis animis, & concitatis ingenijs, verū cuiquā persuadere. Sed Christum imitari rectissimum Iudicem, de quo dictum erat Psal.95. *Qui non commouebitur iudicabit populos in æquitate*: Quia scriptū est, quod vanę populi voces non sunt au-
33 diendæ, nec admittendæ per Iudicē iux.tex.in l. Decuriorum, C. de pœn. quia pleb. sæpè clamoribus, aut gratia, vel pretio fortasse excitata moueri solet, capit.si ergo 8.quæst.1. Ideo nunquam lex ciuilis fecit populum, & multitudinem diffinitorem causarum: nam prudentia, quæ requiritur in causarum decisione, & terminatione, est in paucis literatis, & solemnibus viris, cum nihil sit honestum horum, quæ tractat multitudo: vt dicit tex. in Auth. de referendarijs.
34 Hinc dicitur, id quod populo placet displicet Deo, cum populus docendus sit, & non sequendus vt in cap. miramur 61.dist.& in cap.docendus est populus 42.distinct.glo. in capit.Otius, de

de electio. vbi dicit Bald. quod semper contra vulgum sunt. Malæ præsumptiones: quia clamor impedit animum ne possit dicernere verum l. Si constat, ff. de Appellat. l. Si priuatus, ff. Qui, & aquibus. Nihil enim recti geritur si cum clamore rectè vincitur, l. fi. ff. de Hered. institu: nam scriptum est. Isay. 32. *Quod erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium*. Et in cõcilio 11. Toletano dicitur, quod cultum suum iustitia perdit quando silentia iudiciorum obstrepentium turba confundit capit. in loco 5. quæstion. 4. Vnde merito in
35 nostro Cathaloniæ Principatu Senatores eiusdem in Senatu, clausis ianuijs, causas sub magno silentio decidunt, & vouent. Quinimo iurant se habituros esse silentium minimeque denuntiaturos sententias, & opiniones vouentium super rebus, quæ in ipso Regio concilio tractantur iuxta constitutio. 4. incip. Encara sub titul. de la electio nombre, y examen dels Doctors del Real consell pag. 77.

Et vbi Regij Consiliarij reuelarent secreta Regij concilij, quod non præsumitur, ex tali reuelatione syn-
36 dicari, & visitari possent. Nihil enim vtilius Reipublicæ, & iustitiæ integritati esse potest, quam secreta seruare: nam si Regius consiliarius, quæ in concilio geruntur in lucem profert: vix sane efficietur, quod concilij decreta in effectum deducantur: quia affertur ciuibus occasio, vt decreta ip-
38 sa interrumpant. Vnde in sacris literis huius secreti obseruantia plurimum commendatur; legimus enim Prouerb. 11. *Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis est zelat amici commissum*. Et capit. 25. *Secretum extraneo, ne reueles ne forte resultet tibi cum audierit*. Et Eccles. cap. 27. *Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum suum*. Et per Ezechielem ait dominum cap. 7. *Auertam faciem meam ab eis, qui violabunt arcanum* & Esayæ capit. 24. legitur. *Secretum meum mihi, secretum meum mihi*. Apud Romanos quoque fuit maximopere secretum obseruatum, & ex illius obseruatione inde plura beneficia, & commoda ipsis sequuta, vt colligitur ex Valer. Maxim. libr. de institut. antiqui, vbi dicit. Tria fecerunt Romanos: dominari sanum consilium, & secretum, & dictis suis se pertinaciter inhærere, & non frangere fidem. Et ex. Iulio Capitolino in gordianis, dum inquit. *Hunc autem morem apud veteres necessitates publica receperunt, vt si forte aliqua occulta constituere opporteret Senatus consultum tacitum fieret, ita vt non scribæ, non serui publici illis actibus interessent Senatores acciperent omnium officia scribarumque complerent, nequit forte proderetur*. Sequuntur Budæ in annota. ad panoect. super. l. final. ff. de Senat. pag. 252. Orosius libr. 8. de Regis institutione in verrem ibi, *Et autem in consilijs Principum fidei munus, quicquid secreto statutum fuerit silentio, & taciturnitate comprimere si enim, qui amici consilium aperit, est odio omnium valde dignus, quo tandem scelere illum*

 alligari

alligari iudicabimus, qui Regis consilium contra datam fidem, cum homine, qui non sit particeps eiusdem consilij communicauerit? Hinc Valer. Maximus lib. 1. cap. 1. scribit: nunquam inter Romanos fuisse repertum, qui detegeret ea, quæ in Senatu agebantur, præter Quintum Fabium Maximum, qui cum in sua prædia, aliquando proficisceretur, atq. in itinere Publium Crassum reperisset, qui Romam è prædijs suis veniebat eidem quicquid in Senatu de bello punico actum fuerat patefecit, cum sibi falso persuaderet, ipsum Publium Crassum alterum ex Senatoribus esse, ob quod à Senatu quamuis ignorans peccasset, punitus fuit Ammianus etiam Marcellinus scribit lib. 21. Quod ij solum apud Persas in consilio admittebatur, qui tacere solebant, & per eosdem pœnam capitalem contra secreta consilij propalantes esse impositam. Atq. ita Simancas de Republ. libr. 7. capit. 14. plurimum secretum custodire deprecatur, & tandem dixit eos, qui patefaciunt ea, quæ in concilijs secreto tractantur, non modo muneribus priuari debere, sed etiam pœnis grauissimis puniri: quod confirmat Bellug. in suo speculo. rubri. 10. numer. 5. & ibi additio. Borrell. sub. litera
39 A, referens in concilio Neapolitano fuisse eiectum à Senatu quendam Senatorem eo, quia secreta Regij concilij reuelasset, sequitur Bajard. ad clar. quæstion. 73. numer. 6. & 8. vbi, quod secreta reuelantes priuantur officio Boer. in tracta. de auctor. mag. concilij numer. 155. Put. in tracta. de syndic. verbo excedunt consiliarij numer. 2. & seq. fol. 89. Hyppolit. de Marsil. consil. 1. numer. 3. & 4. volum. 1. latè Prosper. Crauit. part. 3. num. 16. Quare Regijs consiliarijs plurimum interest, vt diligenter silentiũ obseruent de his, quę in consiljsi cautè geruntur: non modo propter peccatum mortale, quod committunt detegendo secretum, quod iuris naturalis est: verum etiam, quia ad auctoritatem Regij concilij, & status, atque iustitiæ integritatem, & denique publicam vtilitatem illud obseruare, & custodire pertinet, maximè extante lege patriæ sic ordinante, & præcipiente, vt legitur in constit. 4. Regis Ferdinandi incip. Encara mes sub titul. de la electio dels Doctors de la Audiencia pag. 77.

40 Rursus licet ipsi Regij Consiliarij vti Iudices supræmi, in eorum iudicijs, & causis coram ipsis vertentibus tanquam vices, præfecti prætorio obtinentes videatur iudicare secundum eorum conscientias sola veritate facti inspecta, vt not. Guid. Pape decis. 29. numer. 46. Bald. in l. 1. numer. 6. C. de Manumiss. vindict. Felin. in capit. cum venerabilis numer. 42. de excep. Tiber. Decian. 1. tom. crim. lib. 2. cap. 14. num. 14. Octauia, decis. Pedemontan. 1. numer. 20. Carol. de Grass. libr. 1. Regal. Francis. numer. 12. pag. 177. qui tenent Dominos de consilio Regio cognoscere sicut Deus. Secundum scientiam, & cõscientiam: eo quia apud Principem magis habet locum veritas quam ritus iuditiorum, l. 1. §. si quis vltro in fin. ff. de quęstio. Bal. in l. fin. C. de præcip. Imper. offere: quia Princeps non curat nisi de veritate, l. 1. ff. de edilit. edicto. Bellug. in specul. Princip. rub. 23. §. dicamus num. 5. Rolan. à Vall. consil. 70. num. 16. cum seq. vol. 1. latè Bouadil. qui alios refert lib. 5. cap. 3. num.
41 58. Veruntamen in Cathalonia modo prædicto iudicare non debent: quia obnoxij, & astricti sunt iudicare secundum iura patriæ, & non secundũ conscientiam, cum teneantur iudicare per directum idest causa cognita partibus auditis, cum ordine, & forma

per constitutiones & stylos recepta, vt ex Calicio, Mier. & alijs not. Oliba in vsatico. Alium namque de iure fisci, capit. 3. numer. 26. & 27. Quinimò, & præcisse, obligantur iudicare secundum constitutiones, & iura patriæ, & non aliter, vt habetur in constitut. 1. tit. de electio. nombre, y Doctors de la Audiencia, versic. *Seruant les cõstitutions de Cathalunya.* Et in constitut. 40. curiarum anni 1599. Et de his obseruandis in introitu officij iurant se seruaturos leges, & constitutiones dicti Principatus vsaticos Barcinonæ, & alia iura patriæ, vt in constitut. 1. & 3. titul. de obseruar constitu. Ex quo illud sequitur, quod Regij Consiliarij aliter procedentes, vel cõtra dictas leges, constitutionesvè, & alia iura patriæ iudicantes, (quod minime credendũ est) ex tali legum, seu constitutionum violatione, & contrafactione vtique visitari, & syndicari possent, ad tradita per Borgo. Caual.
42 decis. 11. numer. 39. Vbi, quod Iudex, qui contra iura, & statuta iudicat præsumitur esse in dolo, & mala fide, & facit const. 11. incip. Poch valdria versic. si empero col. 2. titul. de abseruar. const. pag. 51.

43 Hinc, & illud etiam sequitur, quod dicti Regij Consiliarij, rectè iudicantes ordinem iudicarium seruari solitum obseruare debent; ne dum in ciuilibus causis, iuxt. text. in l. prolatam C. de sentent. verum etiam, & multo magis in criminalibus: eo, quia in illis agitur de maiori præiuditio, vt in l.
44 absentem, ff. de pœn. Nam vbi ordo non seruatur iudicium nullum redditur, d. l. prolatam. Quinimò Iudex nõ seruans ordinem à iure datum, debet puniri dicit Bald. in rubric. C. de pen. qui male iudic. & in cap. iniuria. de pace. iura. firmand. subditis, quod cognoscere iuris ordine non seruato, est auferre ius alterius; & alibi idem Bald. in l. si quis in tantum C. vnde vi. dicit, quod vltra officium facit Iudex, qui non seruat ordinem iuris sequitur. Amod. de syndicat. numer. 142. in fine Auiles in capit. Prætor. verb. drechamente in prin. vbi, quod Magistratus, virum ostendit si ritè, & rectè se gesserit, idest seruato iuris ordi-
45 ne iustè iudicauerit. Hinc in consil. Decij 254. in fine legitur, quod iustitia tunc fieri dicitur quando iuris ordo seruatur, & vice versa in dolo est Iudex, qui iuris ordinem non seruat Contard. de moment. possess. limit. 10. num. 20. Mascard. de probatio. conclus. 532. in verbo dolus Iudicis, qua de causa ordo iuris; in causis prosequendis, & decidendis seruandus est, ne aliter ex nimia præcipitatione, quæ nouerca iustitiæ dicitur, sententia corruat, Clement. Pastoralis de re iudicat.
46 Ideoque boni Iudices præcipites esse non debent, cum iniquitas omnia præcipitet capit. non imperpetuum, vbi glos. in fine 24. quæstion. 3. & capit. inter hæc de pœnit. dist. 3. dicens quod virtus lenta est, & omnium percontatrix, iniquitas autem omnia præcipitat: quia qui iudicat plusquam intelligit in labyrinthum incidit erroris, dicit text. in cap. sciendum. 29. distinct. Vnde Diuus Hieron. super Hieremiam lib. 20. Non potest, inquit maturitas esse consilij vbi nullus est ordo iudicij, & Stat. Thebai. lib. 10. da spatium teneque moram, male cuncta ministrat impetus, & facit text. in ca. ad nostram de consuet. per quẽ Bald. ibi, expresse inuehit contra Iudices sententiam fabricantes non terminato processu, & Dominicus in cap. pondere. 50. distinct. exclamat contra Iudices, quibus desero mittitur processus, & demanẽ iudicant: pro vt prius dixerat Bart. in dict. l. prolatam, C. de sentent. ex quibus aperte colligitur.
47 Quod Iudices iuris ordinem non seruantes, & præcipanter contra illum pro-

procedentes visitari, & syndicari possent nam in omnibus causis, vt dictũ est,& probatur per tex.in l.Iudices,& ibi gloss. C.de Iudi,iuris ordo, & plenissima causæ cognitio requiritur.

48 Insuper quoque prudentissimi Iudices cauere debẽt, ne impetu iræ, vel alterius passionis, in eorum officijs procedãt. Restringa est enim potestas sub ratione, ne quid agendũ priusquã concitata ad tranquilitatem mens redeat: quia si impetu iræ abstractus Iudex sœuire festinaret, admitteret magis scelus, quam vindicaret, vt dicit Valer.Maxim.lib. 5. tit. de parentum moderatione in liberos. Ideò Apostolus ait. Non vos vindicantes charissimi:sed date locũ iræ, hoc est, declinemus eam,ne nos illa corripiat. Sumopere præcauendum est, ne Iudices sæcularia Iudicia excercentes, in dictandis sententijs, nullatenus lænitate,aut furore ducti sint præcipites, sed causis prius diligenter vẽtilatis cum res,quæ ignorabatur ad noticiam pleniter venerit,tunc diuina,& humana lex resoluatur:& tunc secundum,quod ibi cõstitutum est, remota personarum acceptione diffinitiua proferatur sentẽtia. Hinc est, quod Moyses querelas populi semper ad dominum ingressus referebat:& iuxta, quod Dominus imperabat iudicia proponebat,Nimirum nos instruens, vt non ex corde nostro, sed ex præcepto diuino, condemnationis,& iustificationis sententiam proferamus,nõ sensu nostro, sed ratione iuribus informata dictante.

49 Meminerint ideò obsecro Iudices quatuor modis humanum iudicium peruerti: Timore, Cupiditate, Odio, scilicet, & Amore, ista siquidem quatuor,sæpe solent hominum rectos per

50 uertere sensus, de Timore extat nobis exemplum in illo iniquo Iudice, qui timens populum ei dicentem, si hunc dimittis,non es amicus Cæsaris decreuit inique Christum Redemptorẽ nostrum voluntati eorum tradere, vt habetur Lucę 24. quod facere nequiuit; quia sicuti fauore popnli non debuit damnatus liberari, l. ad bestias, ff. de pœnis ita nec ipsius furore innocens erat damnandus, & multò minus per rationem l.absentem ff.de pœn.& nihilominus ob timorẽ adiudicauit fieri petitionem eorum,rectum iudiciũ, sic iniustè peruertendo ipsum Christũ ad solam funestam vocem Sacerdotũ iniuste condemnando contra l.fin.,C. de accusatio. contra quem timore ipsorũ Sacerdotum perterritus, & vt eis placeret adeò præcipitanter procesit. vt eius processus vix decem durauit horas,vt legitur apud Guiller.Bened. in cap.Raynun.verb.Mortuo itaq;testatore,n.243.fol.mihi 99.vbi sub. n. 247.refert Epist.Tiber. Cæsari scriptam in qua ostendit suum ipsum errorem,quem ex solo timore processit,ac etiam sanctitatem: & Innocentiã Redẽptoris nostri patefacit qua ex causa dicta Epistolã hic trãscribere decreui cuius tenor sequitur sub his verbis.

TYBERIO AVGVSTO PONTIVS Pilatus Salutem.

51 *NVPER accidit, quod ipse probaui,Iudæos per inuidiam se,suosque posteros crudeli damnatione peremisse: Cum enim promissum haberent parentes eorum,quod Deus mitteret illis,per virginem Sanctum suum, qui Rex ex ipsorum merito diceretur,hunc me præsente misit in Iudæam, quem cũ vidissent cæcos illuminaße,leprosos mundasse, paralyticos curasse,Dæmones*

effugaße

effugasse, Mortuos suscitasse, ventis imperasse, pedibusque siccis super vndas maris ambulasse, & alia multa miracula fecisse, & omnis populus Iudæorum, diceret eum esse Dei filium: Principes Sacerdotum inuidia contra eum moti, mihi eum tradiderunt, & alia pro alijs mentientes hunc Magum esse, & contra legem eorum agere dixerunt. Ego autem ita esse dicens ipsum flagellatum eorum arbitrio tradidi, qui eum crucifixerunt, & sepulcro custodes adhibuerunt. Ille quoque militibus meis custodientibus die tertia resurrexit. In tantum verò nequitia Iudæorum contra eum exarsit, vt ipsis custodibus pecuniam darent, quatenus discipulos eius corpus rapuisse dicerent: sed illi, quod factum fuerant tacere non valentes; testati sunt eum resurrexisse seq; visionem Angelorum vidisse, & à Iudæis pecuniam accepisse. Hoc autem ideo scripsi ne quis alter æstimet factum esse vel credendum mẽdacijs Iudæorum. Hæc ille.

52 Cupiditate etiam corrumpitur Iudicium dum præmio alicuius animũ corrumpimus, quod contingere potest, quando diuitum negotia tractantur; nam vt inquit Diuus Isidor. lib. 3. capit. 58. Diues muneribus cito corrumpit Iudicem, Pauper autem dum non habet, quod offerat, non solum audiri contemnitur: Sed etiam contra veritatem opprimitur. Cito, inquit, violatur auro iustitia. Nullam Reus pertimescit culpam, quam redimere, nummis existimat capit. pauper. 11. quæst. 3. capit. si lapsis. 50. distinct. not. Petin. in rub. de homicid. Segur. in directo. Iudic. 2. part. cap. 10. nu. 1. Hinc Verinus Mich. ait.

Cum Reus est diues, pretorem nactus auarũ:
Quid non sperabit posse licere sibi.

Et Diuus Ambros. lib. 7. aduersus Gẽtes ait, crescit multitudo peccantium, cum redimẽdi spes datur, & facile itur ad culpas, vbi est venalis innocentium gratia. Vnde in sacris litteris plurimum commendatur, ne Iudices mu-
53 nera recipiant, vt legitur Exod. 23. *Ne capias munera; quia excæcant occulos prudentum, & subuertunt verba iustorum*, & 1. Reg. 18. *Accẽperunt munera, & peruerterunt Iudicium.* Quia munerum acceptio est veritatis præuaricacio. cap. qui rectè 11. quæst. 3. cap. non sanè 14. quæst. 5. Nullum enim est officium tam sanctum, tamque perfectum, quod auaritiam, & cupiditatem cõminuere atq; violare non soleat, muneribus. Ideò non homines solum, sed & Deos flecti
54 consueuisse antiqui illi Ethnici clamare solebant: & propterea vbi muneribus agitur iustitiæ locus esse non potest: quia cum legibus pacem habere non potest, qui munera recipit secundum Angel. in l. non dubiũ. C. de test. Puteo. in tractat. de syndicat. in verbo, Poculenta, cap. 2. numer. 2. & sequent. Boer. decis. 153. numer. 25. Neuiza. in sylua. nuptial. lib. 5. rubric. quomodo iudicandum numer. 94. & 98. Menoch. de arbitra. casu 517. numer. 11. 15. & 19. Mascard. conclus. 164. num. 1.
55 Decian. in tractat. crimin. lib. 8. capit. 36. num. 4. Hinc dicitur, quod Iudex, qui excutit manus suas ab omni munere, in excelsis habitabit, & magis æstimabitur: etenim Imperator multum fauet Iudicibus, & officialibus, qui manus mundas habuerunt vt in §. necessitatem, & §. illud in authent. vt Iudic.

lasciui peruertere rectum iudicium,
61 iuxt. illud Iudicum. 16. & Eccles. 19. *Vinum, & mulieres apostatare faciunt sapientes, quanto magis incipiētes.* Hinc Diuus Gregor. in sermon. de Assumpt. inquit. *Ignorat amor iudicium, nec aliquid cogitare potest, quam quod diligit.* Et Beat. Ambros. lib. 1. inquit. *Multæ, & magnæ solent, ex amore hominibus existere calamitates.* Diuus quoque Hieron. in Ioelem cap. 1. dicit. *Nulla res ita inebriat, vt amor, qui excæcat cordis oculos, & nihil aliud, nisi id, quod amat cogitare permittit.* Plura ad propositum not. Simanc. de catholi. institit. 17. num. 43. & seque. Petr. Gregor. in syntagm. iur. 3. part. lib. 30. capit. 3. numer. 9. in fine. Tiber. Decian. in 1. tom. crimin. lib. 5. capit.
62 37. num. 18. Ideoque licet de concubinatu nemo possit syndicari; vt notat. Paris. de Put. de syndicat. verb. Adulterium, num. 8. Nec de adulterio Ias. in l. vnica suo numer. 10. C. vt omnes Iudices tam ciuil. quàm milit. Nihilominus congrui honestati Iudicum, & ne peruertatur rectū iudicium; quod Iudices se abstineant à visitatione, & colloquio mulierum, siquidem litigantes, & officia prætendentes illis mittere solent munera, & illæ in conuersatione cum Iudice, & Officiali significant, quod tale exoptant promoueri, vel nō, vel vincere, & inde ex tali mulierū visitatione, & cōuersatione multa scādala, & iniustitiæ sequi possunt; quod summè per Iudices præcauendū est iux. illud, quod legitur Eccle. 9. ibi:
63 *Non zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam, non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Auerte ideò faciem tuam à muliere compta; & ne circunspicias speciem alienam, propter speciem mulieris multi perierunt colloquium illius, quasi ignis exardescit, nec accumbas cum ea super cubitum, & non alterceris cū illa ne forte declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo laberis in perditionem.*

64 Vnde quàm graue sit, vel odio, vel amicitia, vel metu, vel munere, vel quolibet modo iudiciū peruertere, nedum, ex prædictis apparet. Verum, & Diuus Augustinus testatur dicens. Quicunque aut consanguinitate, aut amicitia, seu hostili odio, vel inimicitijs in iudicando ducitur, peruertit iudicium Christi, qui est iustitia, & fructum illius vertit in damnationis amaritudinem. Quare obsecro ipsos Iudices, vt amissis odio, amore, metu, & munera, summa æquitate, ac rectitudi-
65 ne, iudicent. Et vbi intra modum pauperibus, pupillis, & viduis, fauere possint illos in casu licito succurrant. Nā licet Deus strictè iubeat in iudicijs distinctionem personarum non esse faciendam, tamen multoties, querelatur cur Iudices, non præbent debitum auxilium, pauperibus, peregrinis, pupillis, & viduis; qui facilius à potentibus opprimuntur vt legitur Eccles. cap. 4.

66 Denique cū Regij Senatores Principi consulere debeant, vt dicit Salycet. in l. fin. in 1. notab. C. de pact. cap. fin. de dilatio. & vbi de grauibus, tanquam leuibus, vel, è contra consulunt tenentur de consilio secundum Auil. in cap. Prætor. in prohem. verb. Acordado, num. 12. fol. mihi 13. & maximè quando consilium est malum quia tūc Deus conuertit illud super consulentes. Hester. 14. quia consilium prauorum

67 tum dominus dissipat Thobi. 5. Ideò ipsi Regij Consiliarij, licet prudentissimi sint verum prudentiæ suæ initari non debent, vt dicit Diuus Augustin. lib. 14. capit. 13. de Ciuitat. Dei: quia legitur Sapien. 9. *Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ.* Et propterea in omnibus actibus suis, præcipuè arduis, & ponderosis, vt rectum, & iustum consilium tribuere valeant, illud à Deo perquirere, & implorare summa cum humilitate debent iux. illud Prouerb. 2. *Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne initiaris prudentiæ tuæ: in omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos,* & Psalm. 54. *Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet,* & Psa. 31. *Delectate in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui; Reuela domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, & deducet quasi lumen iustitiã tuã, & iuditium tuum, tanquam meridiem: quia Deus admirabilis consiliarius est.* Esayas. cap. 9.

68 Quare dicti Regij Senatores, vt à visitationum molestijs liberentur depræcamur quatenus in eorum officijs, maturo consilio, & prudentia, vt solét,

49 procedant, animaduertantque, quid sit actum, cuiquam tempori, quid debeãt, vbi, quandiu, qualiter, & quando, & ad omnia, quæ ad eorum officia spectant solicitè debitum reddant, quia debito

69 res iustitiæ sunt, adeò quod pro iustitia administranda omni tempore domorum portas, & aulas apertas tenere debent, vt bene probát Bouadil. plures referens, lib. 3. capit. 14. per totum, & apud nos probatur in constitut. 5. Regis Philippi incip. Per donar bon orde, titulo de Residécia, y abséncia dels Doctors de la Audiencia, y Consell Real. pagin. 84. In ipsorumque Audientijs debent esse patientes, & mansueti, benignèque, & æqua lançe litigã tes audire, ne ipsi à petenda iustitia deterreantur ad text. in l. obseruandum, ff. de offic. proconsul. l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. eod. Simanc. de Republic. lib. 5. capit. 9. & lib. 6. capit. 1. num. 9. & sequent. Azeued. lib. 3. recopilation. tit. 9. l. 1. numer. 17. in fine verb. Manios, Thesaur. in additio. in prohem. decil. num. 14. vbi ait, quod in hàc pacientia Iudicis optima pars iustitiæ consistit, ac ideo vbi Iudices partes audire noluerint, ex eo visitari, & syndicari possent. Secũdum Bal. in rub. C. de pen. iudic. qui mal. iudic. & Aui. in c. Prætor. c. 2. verb. En iusticia, num. 12. fol. 77. Et quia cum sapientissimis, & doctissimis loquimur, hæc dicta sufficiunt.

CAPVT

CAPVT XI.

DE REGIO THESAVRARIO, ET REGENTE REGIAM Thesaurariam.

SVMMARIVM.

1 *THesaurarius regius, regensq; Regiam Thesaurariam in Cathaloniæ inter Regios Consiliarios connumeratur magnamque habet authoritatem, & prahe-minentiam.*

2 *Thesaurarij officium, & eius præcepta referuntur ibidem. num. 3. 4. & 5.*

6 *Thesaurarij non possunt peccuniam Regiam priuatis necessitatibus applicare, nec in alios vsus etiã publicos cõuertere, nec mutuare.*

7 *Thesaurarij tenentur peccuniam publicã semper habere promptã, & paratã adeò, quod non possunt ea vti, nec alijs concedere, quod procedit etiã in modica quantitate.*

8 *Thesaurarij, & alij publicæ peccuniæ exactores nõ possunt, vbi aurum receperunt illud in massam conuertere nec monetam recipiẽtes, in aliam speciem mutare, nec lucrum ex tali conuersione cum conscientia retinere, cum illud fisco reddere teneantur.*

9 *Thesaurarij gratis, & absque vllo salario tenentur facere, & expediri albarana pro liberandis carceratis detentis in Regijs carceribus ad instantiam Consiliariorum, Deputatorum, Consulum maris, aut Alcaldorum, aut per scripturam tertij.*

10 *Thesaurarius Regius Principatus Cathaloniæ, & seu Regens Regiam Thesaurariam pro requirendis reis ad manuleutam detẽtis, quid obseruare debeant, antequam executionem contra illos ipsorumque fideiussores fieri valeant.*

11 *Thesaurarius tenetur de receptis, et administratis Magistro Rationali rationẽ reddere, & in visita de culpis suorũ ministrorũ onerari poterit cum pro illis rationem reddere teneatur.*

1 OFFICIVM Regij Thesaurarij, seu Regentis Regiã Thesaurariam in Cathalonia maximã habet authoritatem: quia a domino Regio eligitur, & creatur, & inter Regios Consiliarios connumeratur, interuenitque in omnibus conferẽdis, & in consilijs

patrimonialibus, ad ipsumque pertinet, & spectat patrimonium regale, iura, & regalias domini Regis bene, & vtiliter procurare, augmentare, defendere, & tueri adeò, quod sine eius cõsensu non licet dare, nec concedere, remissiones guidatica in personis, cõcessiones imponendi, & colligendi sisas, siue impositiones, amortizandi licentias, seu alias quasuis gratias, & priuilegia cuiuscunque naturæ existant, & sub quouis nomine titulo atque forma conceptæ extiterint, nisi prius per eundem fuerint ad plenum visæ, & recognitæ, ac eius manu propria subscriptæ: pro vt latius prædicta continentur in regia pragmatica Regis Alfonsi IIII. Dat Valentiæ 30. Ianuarij 1425. in 2. vol. constitu. sub tit. de offici de Thesorer pagin. 47.

2 Ad eius quoque officium pertinet habere curam exactionis, & conseruationis omnium regiorum introituum, & pecuniarum, vt not. Bellug. in Specul. Princip. Rub. 6. & ibi Borrell. sub littera I. Pereg. de iure fiscl lib. 6. tit. 3. numer. 1. & 2. Mastril. in tractat. de Magistra. lib. 5. cap. 9. num. 89. & 90. Vbi, quod Primipili appellatur, quasi primi inter administratores regalis pecuniæ, antiquis vero tẽporib⁹ quæstores Ærarij dicebatur vt in l. 2. ff. de orig. iur. & sub Imperatoribus Comitẽs sacratum largitionum, de quo habentur tituli particulares in C. de Palat. Sacr. largit. li. 12. & similes, & apud Cassiad. lib. 6. var. Huius autem officij præcipua præcepta sũt quæ sequũtur.

3 Primum namque talem administrationem suscipientem oportet seruare Deo, Principibusque suis manus mundas, & nullum contingere lucrum, neque maius, neque minus: sed contentum esse solis, salatijs, & annonis sibi à fisco ministratis pro vt probat text. in §. oportet in Authent. de

4 mand. princip. Item, quod vigilanter fiscalia tributa, vectigalia, & ad fiscum pertinentia exigi, solicitè procuret; singulariter præcauens ne forte fiscus detrimentum patiatur, & ei saluare, quæ propria sunt requirat, vt inquit text. ille. Qui etsi ad Rectores Prouinciarum communis sit, ad quæstores, & Thesaurarios particulariter pertinet.

5 Tenetur etiam Thesaurarij, a singulis debitoribus fisci minutas etiam pecunias exigere, & scripturam susceptiorum claram facere, & de solutis in eorum libris scribere per quem, quãtum, pro qua re, & pro quibus annis sub pœna amputationis manus, vt habetur in §. coges in Authen. de mand. Princip. & vbi plus exegerint, quàm debeatur duplum reddere compelluntur cap. vnico. §. illicitas de pace. iura. firmand. quod parti plus soluenti debetur ex doctrina Salicet. in l. 1. C. de modo mulctand. latè Pereg. de iure fisci. lib. 4. tit. 8. num. 9.

6 Rursus ipsis Thesaurarijs prohibitum est, pecuniam regiam priuatis necessitatibus applicare, vel in alios vsus etiam publicos conuertere, & mutuare iuxt. text. in l. 1. l. 3. & l. Iudices, C. de his, quæ ex public. collatione illata sunt lib. 10. & ibi: Ioann. de Plat. l. fin. C. de locatio. fundo. patri. lib. 11. l. 2. C. de frumento vrbi. Constantinop. l. præcipit vbi Ioan. de Plat. C. de canon. largit. lib. 10. l. hac lege, & ibid. Plat. C. de aquæduct. lib. 11. Auiles in capit. 45. Prætor. verb. Ni tomar, fol. mihi. 241. Mastril. de Magistratib. lib. 5. cap. 9. numer. 101.

7 Francis. March. decis. 202. Ripa in tractat. de remed. ad conseru. vbert. numer. 17. in fine subdens, quod Thesaurarij, qui tenentur pecuniam publicam semper habere, promptam, & paratam, non possunt ea vti pro se vel alijs concedere, quæ procedunt etiam si agatur, de modica quantitate: quia vt voluerunt Bart. Angel. Roman. & Aretin. in l. si seruum

§. Præ-

§. Prætor. in fine, ff. de acquirend. hæred. Thesaurarius etiā quid minimū auferens de pecunia publica tenetur pœna statuti plectentis furem publicæ pecuniæ, & hoc dicit singulate. Ias. in Authen. qui rem, C. de sacrosanctis Eccles. Tiraquel. in tractat. de iudic. in rebus minim.

8 Præterea Thesaurarij, & alij publicæ pecuniæ exactores non possunt si aurum receperunt conuertere illud in massam, vel si receperunt monetā non possunt illam in aliam speciem mutare: est text. in l. 1. C. de aur. public. per se. lib. 10. vbi Bar. not. subdens, quod omne lucrum percipiendum ex tali conuersione debet esse publicum: nec potest exactor illud retinere cum conscientia, sequitur ibi: Ioann. de Plat. inferendo contra eos, qui ducatos receptos fusili arte concoquunt, & in aliam conuertunt pecuniam, vel formam, dicit quod male faciunt, & contra iura, nec possunt salua conscientia tale lucrum retinere, sed fiscus ab eis retinet, vbi mouetur, quia mihi restituendum est lucrum, quod alius fecit ex re mea, l. apud labeonem, ff. de præscrip. verb. l. 1. & 2. C. de his, qui ex pub. ratio. lib. 10. Rip. dict. titul. de remed. ad conseru. vber. num. 17. Franc. Marcb. decis. 201. nu. 3. Et quod Thesaurarius non posit aurum exactum conflare, nec in massam, aut in aliam monetæ speciem redigere, sed quod lucrum facit ex huiusmodi commutatione teneatur illud omne fisco reddere voluit. Fabia. de Monte. in tractat. de emp. & vendit. quæst. 5. princ. col. 3. verb. solutio, vbi, quod in foro conscientiæ obligātur Officiales, & in iudicio cogi possunt restituere Festas. in tract. de collect. part. 3. quæst. 4. num. 30. & sequēt. vbi latē agit de hac re. Plura alia in hoc materia vide infra in cap. 22. nu. 37. 38. & 39. in super tenentur Regij

9 Thesaurarij gratis, & absque vllo salario facere, & expediri albarana, pro liberandis carceratis, qui fuerunt capti, & detenti ad instantiam Consiliariorum Deputatorum, Consulum Maris, aut Alcaldorum, aut per scripturam tertij iux. const. Regis Ferdin. Secundi, incip. Mes auant, sub tit. de offici de Thesorer. pag. 105.

10 Demum tenentur antequam procedere valeant ad exequutionem pœnarum manuleutarum contra reos, & illorum fideiussores, qui sub manuleuta, à carceribus fuerunt ex carcerati mittere eisdem litteras manu propria subscriptas, quibus certiorentur, quod nisi infra decem dies computādos, à die præsentationis dictarum litterarum, reum illum præsentauerint, nec soluerint pœnam in manuleuta per eos præstita contentam fieret tunc exequutio pro exactione dictæ pœnæ contra illos, quam antea nisi hac diligentia, & interpellatione præcedente fieri nequeunt, & pro istis litteris cōtinuandis, & de illarum præsentatione debent habere in Regia Thesauraria librum ad hunc effectum destinatum iuxt. const. 54. curiarum anni. 1599.

11 Denique tenentur de gestis, receptis, & administratis, reddere compotum, & rationem fideliter, & bene coram Magistro Rationali domus Regiæ suæ Maiestatis in præsenti Ciuitate Barcinone residenti, vt not. Oliba de iure fisci. cap. 4. num. 52. pagin. mihi. 90. & nihilominus debent stare syndicatui iuxt. cap. 5. curiæ dictarum curiarum anni 1599. Vbi de culpis suorū ministrorum tenentur reddere rationem ex text. in l. exactores, C. de suscep. lib. 10. sed hoc in subsidium, vt probat text. in l. 2. eod. titul. & probat in terminis Franc. de Ponte in tractat. de potest. Proreg. tit. 4. de regal. imposition. §. 8. numer. 40.

N 2 Cap.

CAPVT XII.

DE FISCI ADVOCATIS, SVISQVE FISCALIBVS Procuratoribus.

SVMMARIVM.

1 *REX sicut in causis fiscalibus suos Iudices proprios habet, ita quoque Aduocatos, & procuratores peculiares habet, qui ab eo nominantur, & creantur.*

2 *Aduocatus fiscalis dignitatem habere dicitur, et inter clarissimos connumeratur, tituloque spectabili decoratur, & togatus incedit sicut cæteri Regij Cōsiliarij.*

3 *Procuratores fiscales officium nobile habere dicuntur.*

4 *Coquus Principis nobilis dicitur, & dignitatem habere.*

5 *Procuratores Curiarum Regum, Principum, Episcoporum, & aliorum virorum Illustrium, honorabile officium, & non vile dicuntur habere, quia in talibus curijs personæ viles, & infames ingredi, nec postulare possunt.*

6 *Aduocati, & Procuratores Fiscales in Cathaloniæ Regiæ visitationi sunt obnoxij.*

7 *Aduocatus fisci tenetur iura regalia, & Regiam iurisdictionem tueri, & defendere.*

8 *Fiscus succumbens propter imperitiam sui aduocati, vel illius negligentiam tenetur aduocatus resarcire omne damnum fisco sequutum.*

9 *Aduocatus qui propter negligentiam, vel imperitiam amittit causam iustam sui clientali tenetur illi ad interesse, & quoq; mortaliter peccat, quod declara vt numer. 10.*

11 *Aduocatus fisci tenetur interuenire in omnibus causis Fiscalibus in quibus de interesse fisci agitur, aliter sine eius præsentia non potest aliqui expediri.*

12 *Quod & de iure municipali Cathaloniæ procedit, & vbi interuenire nequiret in visita syndicari posset, vt num. 13.*

14 *Aduocatus fisci diligenter, & solicite debet cōmoda fisci prosequi.*

15 *Aduocatus Fiscalis non debet calumniosas actiones instituere alioquin de suo in expensis condemnari debet.*

Amplia

16 *Amplia ut idem procedat in Cathalonia ubi si maliciosè appellauerit, vel supplicauerit est in expensis de proprijs bonis condemnandus, & in visita de tali iniusta appellatione, vel supplicatione poterit syndicari.*

17 *Aduocati, & procuratores Fiscales mouentes litem, seu causam super iurisdictione, vel alia proprietate, quæ dicatur ad dominum Regem pertinere, non seruiata forma constitutionis 5. titulo de Aduocats, y Procuradors Fiscals in visita syndicari possunt.*

18 *Aduocati, & Procuratores Fiscales huius Principatus tenentur quolibet quadrimestre relationem facere in consistorio Deputatorum de omnibus latronibus in Cathalonia repertis, & latrocinijs per eos commissis tempore relationis, ut Deputati pro illis capiendis præmia promittere valeant.*

19 *Aduocatus Fiscalis non potest esse Iudex in causis fiscalibus, & assignatur ratio numer. 20.*

21 *Aduocati Fiscales curiarum Regiarum Cathaloniæ, & Comitatuum Rossilionis, & Ceritaniæ non possunt pro reis captis postulare, nec ultra solitum salarium exculenta, & poculenta sub pœna priuationis officij recipere, pro quibus obseruandi tenentur præstare Sacramentum, & homagium, & sententiam excommunicationis audire sub pœna amissionis salarij ubi in his fuerint in mora.*

22 *Procuratores Fiscales, & illorum locatenentes quarumcunque curiarum, per vim, corruptionem, aut aliàs aliquid indebite exigentes in duplum in syndicatu restituere compelluntur.*

23 *Procuratores fiscales librum defferre debent, in quo res furatas, per fures, & latrones carceratos describere valeant.*

24 *Procuratores fiscales curiarum Cathaloniæ, & Rossilionis, & Ceritaniæ in causis criminalibus tenentur infra dies sex per Iudices eis assignandos offerre libellum seu petitionem contra reos delatos sub pœna priuationis officij in quam incurrunt etiam Aduocati Fiscales ubi in ordinando ipsum libellum negligentes fuerint.*

25 *Locumtenentes Procuratorum Fiscalium non possunt uti iurisdictione aliqua, nec executiones facere. Quinimò eas coram vicarijs, & alijs iudicibus ordinarijs, petere debent, & de his obseruandis securitatem in introhitu officij præstare tenentur alioquin per Iudices tabulæ arbitrariè puniri possunt.*

26 *Baiulus generalis in Cathalonia est maior procurator fiscalis pro domino Rege. Secundum Mier. qui sentit reliquos procuratores*

fiscales esse dumtaxat Locumtenentes.

27 *Procuratoribus fiscalibus in Cathalonia prohibitum est inquirere, & capturare, nisi in crimine flagranti, vel vbi delatus esset suspectus de fuga, sub pœna priuationis officij.*

---

1 SICVT Dominus Rex, ex sua particulari prærogatiua in suis causis Fiscalibus habet suos Iudices proprios, vt toto titulo, C. vbi causæ Fiscal. ita quoque habet Aduocatos, & Procuratores peculiares, qui per eum nominantur, & creantur, vt not. Afflict. decis. 366. Restau. de Imperat. quæs. 510. casu. 247. Cabedo decis. 118. in 4. p. 1. Mastril. de Magistr. lib. 5. c. 8. nu. 65. Pereg. de iure fisci. lib. 7. tit.
2 2. nu. 5. Qui licet respectu eorum officiorum dignitatem habere dicantur, atque inter clarissimos numerentur, vt voluit Luc. de Pen. in l. 1. C. de dignita. lib. 12. Peregr. dict. tit. 2. num. 15. nec non, & titulo spectabili condecorentur iuxt. text. in l. in Sacris. §. modũ ibi : *Nec pro tempore virum spectabilem fisci patronum.* C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. & in Authent. de Iudicibus. §. vetus in fine ibi : *Apione viro spectabili, & fisci aduocato.* Coll. 6. Ideòque incedunt rogati sicut cæteri consiliarij Regij, & sedent coram Principe iux. tex. in l. laudabile. C. de aduocat. diuers. iud. Multaq; habeant priuilegia, de quibus per Ioan. Garciam de nobilit. glos. 3. in prin. & glos. 35. num. 41. Pereg. in loco proximè citato, nihilominus tam ipsi, quam
3 Regij Procuratores Fiscales Regiæ Audientiæ, quorum officium etiã nobile est, etsi procuratorum secundum regulam vile sit munus, vt in l. si quis procurationem, C. de Decurio. lib. 10. §. fin. inst. de exceptio. Nam ex quo à Principe constituti sunt, dicitur officium procuratoris nobile habere, vt resoluit Rebuff. in const. Reg. Galliæ tract. de sentent. execut. glo. 15. num. 5. pag. 422. Boer. decis. 222. Ias. in rub. C. de Procura. Paz. in pract. annota. 4. de Procurator. n. 45. Pereg. d. tit. 2. nu. 15. prope finem, Borgo. Caual. decis. 41. n.
4 32. Vbi post Romanum, & alios dicit, quod etiam Coquus Principis dicitur,
5 nobilis, & habere dignitatem. Quinimò, & Procuratores in curijs Principum, Reguum, Episcoporum, & personarum Illustrium procurantes dicuntur quoque habere honorem, & officium honorabile, & non vile exercere, quia in talibus curijs, non possunt personæ infames, & viles ingredi, & postulare, notant plures relati per eundem Caual. dicta decis. 41. n. 30. 31. &
6 32. Omnes ideò fisci Aduocati, & Procuratores Fiscales, nec non etiam illorum Locatenentes voluit Dominus Rex in sæpe allegato cap. 5. cur. anni 1599. quod teneatur stare syndicatui, & Regiæ visitationi, in qua inter alia de infrascriptis visitari, & syndicari possunt.

7 Primũ namq. fisci Aduocati tenentur iura regalia, ac Regiã iurisdictionẽ defendere, & tueri, vt not. Calicius pract. noster in marga. fisci in prin. n. 3. & 4. Franc. Alfar. de iure fisci glo. 11. Mastril. de Magistrat. lib. 5. cap. 8. nu. 83. Subtilíterq; pro defensione iurium Regalium tenetur etiam rationes pro parte fisci facientes inducere, & allegare, pro vt sic induxit Calphurnius Aduo-

Aduocatus Antonini Imperatoris, in l. Proxime, ff. de his, quæ in testam. delentur: etenim vbi fiscus fucumberit propter imperitiam sui Aduocati, vel illius negligentiam tenebitur ille resarcire omne dettimẽtum, & damnũ, quod pro eius vitio fisco ingeritur iux. tex. in l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. & not. in terminis Calic. dict. loco num. 8. & confert, quod tradit Paz. in sua Pract. 5. annotatione. de Aduocato numer. 43. vbi ex Syluestro in summa verbo. Aduocatus quæst. 14. & Nauar. in manuali cap. 25. num. 29. & alijs re-
9 fert, quod Aduocatus qui propter negligentiam, vel imperitiam amittit causam iustam sui clientuli tenetur illi ad interesse, & quoq; mortaliter
10 peccat, quod intelligit esse verũ, quando Aduocatus iactabat se peritũ, cum non esset, & Clientulus ignorabat eius imperitiam secus tamen esset, si Clientulus eam cognoscebat: nam hoc casu aduocatus non tenetur: nisi tantum ex dolo, & lata culpa, vt ibi per eum.

11 Secundo Fisci Patroni tenentur interuenire in omnibus causis fiscalibus, in quibus agitur de interesse fisci, aliter autem sine eius præsentia nõ potest aliquid expediri iux. tex. in l. fi. C. de Aduoc. fisci, l. 2. C. Si aduer. fiscũ l. non intelligitur. §. diuus, l. Si fiscus, ff. de Iur. fisci, not. Ioan Garcia de nobilita. glo. 3. in prin. num. 12. & 13. Cabedo. decis. 119. num 5. par. 2. vbi ampliat, etiam si fiscus assistat Pereg. de iur. fisci lib 7. tit. 2. num. 4. Calicius in marga; fisci in princip. numer. 4. vbi subdit, quod fisci Aduocatus debet assistere in consilio ad effectum, quod si videt commoda fiscalia occultari, vel lædi, vel etiam priuatas personas lædi, vel oprimi, vel iustitiam subuerti, votantibus expresse contradicat, & ne sub silentio pertranseat, dicendo nolo aliquid dicere, vel vetare; quia vbi non contradixerit in peccato vo-

12 tantium inuolueretur. Ac ideo apud nos extat constitutio Regis Martini 7. incip; per tolre vexations titul. de Appellations. pag. 408. in qua statutum est, quod fisci Aduocatus sit in consilio, & suum votum proferat in illo, id ipsum est dispositum in const. 12. Regis Philip. incip. Com per la bona, in fine titul. de la Electio dels Doctors de la Audiencia pag. 80. & in const. 15. eod. tit. pag. 81. In quibus dicitur, quod Aduocatus Fiscalis potest, & tenetur interesse in qualibet Aula Regiæ Audientiæ, & interuenire in omnibus causis criminalibus, in quibus vbi renuerit instantiam facere, contra aliquem delatum, quando iam adest partis instantia contra illum, super ipsa recusatione, tenetur stare deliberationi Regij consilij, iux. constit. 8. Regis Ferdin. 2. incip. Si per lo Aduocat Fiscal tit. de Aduocats y Procu-
13 radors fiscals pag. 109. Qua de causa, vbi fisci Aduocatus super his, & obseruantia dictarum constitutionum fuerit negligens, in negligentia dissoluta, quæ dolo proxima comparatur, vtique ex eo visitari potuerit; siquidẽ
14 fisci Aduocatus diligenter, & solicite debet commoda fisci prosequi, vt in l. penult. C. de Aduoca. fisci. Calici in marga. fisci in principio numer. 3. Peregrin. dict. lib. 7. tit. 2. num. 7. de iure fisci.

15 Tertio taliter fisci Aduocatus solicitus esse debet, ne commoda fiscalia occultentur, quod non ex eo debet calumniosas actiones instituere: ne inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nascuntur, l. Meminerint, C. Vnde vi. & ideo plurimum sibi cauere oportet, ne vitio sui, fiscus detrimentum aliquod patiatur, l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. alioquin, si calumniosam instituerit litem, mereretur in expensis de suo proprio condẽnari; ad tex. in l. Succuritur, ff. de Excusat. tuto. & per Ioan. Fabr. in l. non est, C. In quibus

bus cauſ.tut.habent.& in terminis tra dit, Boer. deciſ. 324. Gram.deciſ. 60. num.21. Alfar.de iure fiſci gloſ.9.nu. 39.& in Cathalonia optimè probat ſupradicta allegata Conſti. 7.Regis Martini in ſuo decreto pag.408. vbi

16 habetur,quod ſi Fiſcus conſtiterit ma litioſè appellare,vel ſupplicare,in expenſis de proprijs bonis debet condẽnari,& vbi in ære non haberet,debet lui in corpore,alia æquiualenti pœna arbitrio ius dicentis,& ſic conſtat fiſci Aduocatum viſitari poſſe delite iniuſta,ac etiam de ſupplicatione ſeu ap pellatione in caſu non permiſſo,& iniuſto interpoſita.

17 Quarto fiſci Aduocati,nec non, & Procuratores fiſcales inſtituentes, & mouentes litem,ſeu cauſam contra aliquem ſuper iuriſdictione, vel alia proprietate, quæ dicatur ad dominũ Regem pertinere,abſq.eo,quòd prius videant bene,& diligenter probationes,& conſilium duorum,ſolemnium Doctorum, Iuriſperitorum in ſcriptis habeant,poſſunt ex eo in viſita ſuper prædictis querelari,etenim iuxt. conſtitu. 5. incip.per repoſ.tit. de Aduocats,y Procuradors fiſcals pag.108. pro hibitum eſt dictis fiſci Aduocatis, & Procuratoribus, ſimiles lites inſtituere: niſi prius viſis dictis probationib^9; & illis bene recognitis, ac habito dicto conſilio ſub dicta forma, pro quibus obſeruandis in principio, ſeu introitu eorum officiorum obnoxij ſunt præſtare ſacramentum,& homagium vt in dicta conſtitutione refertur, & ſic vbi contrauenerint de violatione dictæ conſtitutionis, & iuramenti, vtiq. viſitari,& ſyndicari poſſunt.

18 Quinto tenentur etiam Aduocati, & Procuratores Fiſcales Regiæ Audiẽtiæ,& Committatuum Roſſilionis & Ceritaniæ de quatuor menſibus in quatuor menſes, & ſic quolibet quadrimeſtri.per ſe aut aliam perſonam fide dignam cum memoriali authentico,referre, & relationem facere in conſiſtorio Deputatorum Cathaloniæ de omnibus latronibus, qui tempore dictæ relationis reperiuntur tunc in Cathalonia,& de lattocinijs per eos commiſsis,& perpetratis, ſimul cum plenaria informatione dictorum latrociniorum, & deſignatione nominum, & cognominum dictorum latronum ad effectum, Vt dicti Deputati iuxta illorum qualitatẽ, & delicto ctorum atrocitatem, publicari valeãt præconia, promittentes in illis præmia in fauorem illorum,qui dictos la trones capturauerint, & illos captos ad Regios carceres Barcinonæ duxerint,vt latius habetur in Conſtitu.4. incip.Son eſtats tants los acceſſos tit. de furts y latrocinis pag.467.

19 Sexto Aduocatus fiſcalis,nequit eſſe Iudex,in cauſis fiſcalibus,ſeu patrimonialibus,vt habetur in Conſt.9.incip. Statuim dict.tit.de Aduocats, y Procuradors Fiſcals pag.109.& iuſtè qui-

20 dem,quia Iudex,& Aduocatus in eadem cauſa, quis eſſe non poteſt l. Si quis,C.de Poſt.Auil.in cap.3. prætorum in verbo.Abogados num.1. & 3. fol. mihi 85.

21 Septimo Aduocatis fiſcalib^9 curiarum regiarum,totius Principatus Cathaloniæ,nec non,& Committatuum Roſsilionis,& Ceritaniæ prohibitum eſt patrocinari, in fauorem reorum nec aliarum perſonarum,quæ fuerint captæ,aut arreſtatæ,& ſimiliter extra eorum ſolitum ſalarium eſt eis prohibitum ſub pœna priuationis officij, recipere eſculenta ſeu poculenta, nec alia ſalaria, pro quibus obſeruandis tenentur præſtare in initio cuiuslibet triennij in menſe ſcilicet Ianuarij,ſacramentum,& homagiũ,& ſententiã excommunicationis audire,aliter autem vbi in præſtatione dicti ſacramenti, & auditionis excommunicationis ſententiæ, retardauerint, & ſolito ſuo tempore non præſtiterint,

nec

nec audierint eam, in pœnam amissionis salarij pro illo tempore, quo in dicta negligētia, seu mora reperti fuerint, incurrunt iuxt. Const. 10. incip. Statuim, y ordenam dict. tit. de offici de Aduocats, y Procuradors fiscals pag. 108.

22 Octauo Procuratores fiscales, & illorum Locatenentes quarumcumq. curiarum, per vim, corruptionem, aut aliàs aliquid indebite exigentes, in duplum restituere in visita compelli possunt, etiam per bonorum, & personarum districtionem, & alia iuris remedia iux. Const. 2. incip. Rart aço confirmants dicto titulo de Aduocats y Procuradors Fiscals pag. 108. & ibi Mier. p. 1. cap. 18. coll. 6. fol. mihi 176.

23 Nono tenentur dicti Procuratores fiscales deferre, & habere librum in quo describant raupas, aurum, argentum, pecunias, & alias res, inuentas, & repertas apud Carceratos quæ dicentur fuisse per eos furatas iux. Constitut. 1. titu. de Furts y latrocinis pag. 467.

24 Decimo tenentur etiam Procuratores fiscales curiarum gubernationum Cathaloniæ, & Rossilionis, & Ceritaniæ, & aliorum inferiorum Iudicum in causis criminalibus sub pœna priuationis officij, intra sex dies ipsis per Iudices assignandos, offerre libellum, seu petitionem contra delatos, in qua pœna incidit etiam Aduocatus fiscalis dictarum curiarum, vbi negligens, & morosus fuerit in ordinando ipsum libellum iux. Const. 3. incip. Lo Procurador fiscal. dict. titu. de Aduocats y Procuradors Fiscals pag. 108. & ibi Mier. part. 2. cap. 16. coll. fol. mihi 100. & ibi cap. 17. multa cumulat de officio procuratoris fiscalis, & quæ eidem fieri prohibentur.

25 Denique Locatenentes Procuratorum fiscalium tenentur quotiescunq. exercuerint aliquam iurisdictionem, vel executionem fecerint, etenim eisdem prohibitum est vti iurisdictione, & executiones facere, quas coram Vicarijs, & alijs, Iudicibus ordinarijs pe tere debent, & de his obseruandis tenentur, in introitu officij, præstare securitatem, aliter autem vbi contrafecerint per inquisitores Tabulæ arbitrarie puniri possent, iux. Constu. 1. incip. Statuim dict. tit. de Aduocats y Procuradors Fiscals pag. 108. & ibi Mier. part. 1. cap. 8. coll. 5. num. 1. fol.

26 mihi 110. vbi subdit, quod in Cathalonia omnes Procuratores Fiscales, suo videri sunt Locatenentes præter Baiulum Generalē Cathaloniæ, qui est maior fiscalis pro Serenissimo Domino Rege vt ibi per eum.

Ideoque iure prohibetur istis curiarum fisci procuratoribus, & eorum Locatenentibus iurisdictione vti, vt in Constit. 1. & 4. incip. Als Procuradors dict. tit. de Aduocats Fiscals

27 pag. 108. Vbi ipsis Procuratoribus fiscalibus prohibitum est inquirere, & ad capturam contra aliquem procedere sub pœna priuationis officij, nisi cum consilio Aduocati fiscalis de quo constare debet per scripturam manu propria illius, vel vbi delatus esset suspectus de fuga, vel in crimine fragranti repertus, & ibi hoc not. late Mier. par. 2. cap. 17. coll. 9. fol. mihi 100.

Quod secus est in Baiulo Generali qui iurisdictione vtitur, vt diximus in cap. 15.

Cap.

CAPVT XIII.

DE GERENTE VICES GENERALIS GVBERNATORIS CATHALONIÆ.

SVMMARIVM.

1 MAGISTRATVS vices gerentis generalis Gubernatoris Cathaloniæ est maximæ auctoritatis, quia absente domino Rege, & illius locumtenente est caput totius Principatus, & decoratur titulo spectabili.

2 Gerens vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ vna cum gerente vices generalis Gubernatoris Committatuum Rosilionis, & Ceritaniæ subjiciuntur Regiæ visitationi.

3 Gerens vices generalis Gubernatoris tam Cathaloniæ quam Committatuum Rosionis, & Ceritaniæ, & illorum Assessores visitari, & syndicari possunt de violatione legum, & Constitutionum, vt num. 6.

4 Gerentes vices Gubernatoris, Cathaloniæ, & Rosilionis, et Ceritaniæ ipsorumq. Assessores antequã eorum officijs vtantur iurare debent, se Constitutiones, capitula curiarum priuilegia, vsus, consuetudines Principatus obseruaturos, & assignatur ratio n. 5.

7 Exemplum Zalenci legum conditoris singulare refertur super legum obseruatione.

8 Gerens vices generalis Gubernatoris aliquid recipiens à malefactoribus, & delinquentibus pro compositione parte læsa, non satisfacta in visita syndicari potest.

9 Compositio parte læsa non satisfacta fieri non potest, & num. 10.

11 Abolitio criminum fieri non potest parte accusatoris contradicente.

12 Compositio vt fieri possit consensus partis læse interuenire debet, adeò quod expressus, & euidens requiritur, nec tacitus sufficeret.

13 Compositio de delictis enormibus, vtpote de sacrilegijs, raptoribus virginum, violatoribus sepulcrorum, reis Magestatis patricidij, homicidij,

homicidij, & similibus fieri non potest.

14 *Compositiones fieri non possunt in Cathalonia de latronibus, Grassatoribus, incendiarijs, occissoribus pecudum, & deuastatoribus vinearum, & arborum, & assignatur ratio, num.* 15.

16 *Pœna corporalis à iure statuta non potest in pecuniariam conuerti, quia Magistratus non poßunt pœnas iuris differre, nec clementiores legibus esse.*

17 *Magistratus, qui negligunt delinquentes debita pœna puniri peiores sunt ipsis delinquentibus.*

18 *Magistratus, delinquentes ad pecuniariæ pœnæ admittentes, non scelerum vindictam, sed vt fiscus peremptorum sanguine impleatur quærere dicuntur.*

19 *Gerens vices generalis Gubernatoris post latam sententiam non potest reum admittere ad compositionem, & traditur ratio num.* 20. *et* 22. *quod ampliatur etiam subsistente iusta causa numer.* 21. *& quia aliquando contrarium factum fuit ideó in visita fuit querelatus, & reprehensus eiq. iniunctum sub pœna priuationis officij ne à cetero post sententiam delicta componere, vt num.* 23.

24 *Gerens vices generalis Gubernatoris existens extra Vicariam in qua crimen est commissum, non potest illius crimini facere remißionē nisi domino Rege absente à Principatu.*

25 *Gerens vices generalis Gubernatoris non potest Vniuersitates, nec illarum singulares ad componendū, vel obtinendum remißiones de criminibus data aliqua quantitate compelli sub pœna restitutionis dupli, quod inde receptum fuerit, & exercitij officij vbi aliqua concußione apparuerit.*

26 *Gerens vices Gubernatoris non potest remittere pœnas impositas contra sponsalitia clandestina contrahentes, nec contra caupones stabularios, lenones, vagabundos, nec pastores francigenas, nec eos, qui ad duellum, seu singulare certamen alium prouocauerint, aliter contrà faciens super prædictis visitari, et syndicari poterit.*

27 *Gerens vices generalis Gubernatoris negligens in discurrendo Principatum ad effectum expellendi, ab eo delinquentes in visita tenetur.*

28 *Guidatica AEgiptianis siue Bomiās per Gerentem vices generalis Gubernatoris, & alia sine scriptis, & absq. expreßione causæ concessa, ex huiusmodi guidaticis syndicatur.*

29 *Gerens vices generalis Gubernatoris in casibus in quibus reos ad compositionem admittere potest, ipsas compositiones cum consilio sui Aßessoris facere tenetur aliàs*

in

in visita de illis syndicari poterit.

30 *Gerens vices generalis Gubernatoris tenetur in syndicatu, ubi aliquem habilitauerit ab obtinendum, et regendum officia publica eo quia huiusmodi habilitationes ac honores solum ad Principem expectant.*

31 *Gerens vices generalis Gubernatoris visitari potest quando recedens à Vicaria secum duceret processus causarum illius, quia id sibi prohibitum est facere.*

32 *Gerens vices generalis Gubernatoris non potest sibi reseruare causas Ciuiles, vel Criminales alicuius Vicariæ, vel Baiuliæ, nec de illis ipso existente extra Vicariam, vel Baiuliam cognoscere aliter contrafaciens in syndicatu tenetur.*

33 *Gerens vices generalis Gubernatoris visitari, & syndicari poterit, ubi arrestatum pro processu regaliæ camini, & stratæ ab arresto liberauerit, quia similia facere non potest.*

34 *Gerens vices generalis Gubernatoris cognoscens de causis Criminalibus militum, & generosorum cum Proceribus Ciuitatuum in consulto domino Rege maximè ubi illorum delicta sunt grauia in visita syndicari potest.*

35 *Gerens vices generalis Gubernatoris recedens à Principatu Locumtenentem subrrogare tenetur; & in visita de illius culpis rationem reddere est obnoxius idemque procedit in Locumtenente Assessoris per eum electi, & nominati in casu absentiæ, aut impedimenti Assessoris ordinarij, ut nu. 36.*

37 *Assessores Gubernatoris Cathaloniæ, & Committatuum Rossilionis, & Ceritaniæ de contrafactione, & violatione legum, Constitutionum Cathaloniæ, utique syndicari possunt.*

38 *Assessores tenentur in visita, si Gubernatorem, seu gerentes vices generalis Gubernatoris per Cathaloniæ Principatum non sequuntur. Quem sequi debent, & officium personaliter seruire, & non per substitutum nisi in casu iustæ absentiæ, aut infirmitatis ipsorum, uxorum, & filiorum suorum.*

39 *Assessores Gubernatoris visitari possunt quotiescunq. absente Gubernatore, seu gerente vices generalis Gubernatoris aliquos actus iurisdictionis exercerent, & assignatur ratio, num. 40.*

1 GERENS vices generalis Gubernatoris in Cathalonia est Magistratus summae auctoritatis, qui absente domino Rege, & illius Locumtenente, est caput totius Principatus, & decoratur titulo spectabili cuius officiũ potestas, & iurisdictio late describitur per Michaelem Ferrer
2 in suis obseruan. tit. de Guber. gener. p. 1. per tot. iste Magistratus subjicitur Regiae visitationi iux. c. 5. curiarũ anni 1599. simul cũ gerente vices Gubernatoris, Cõmittatuũ Rosilionis, & Ceritaniae, in qua inter alia de infrascriptis visitari, & syndicari poterunt.
3 Primum de inobseruantia, & violatione legũ, & constitutionũ Cathaloniae ad quarum obseruantiam praecisse tenentur, tã ipsi, quam illorum Assessores, & ipsorum Locatenentes: adeo, quod antequam eorum offici js vtantur debẽt iurare, quod obseruabũt Cõstitutiones Cathaloniae, capitula curiarum, priuilegia, vsus, consuetudines, & alias libertates, cõcessas, Religiosis, Clericis, Diuitibus, siue richis hominib⁹, militibus, & hominibus villarũ Cathaloniȩ sub decreto nullitatis actorũ, vt probatur in Const. 1. incip. Statuim, & Cõst. 6. incip. La cõstitutio, & Const. 7. incip. com segõs titul. de offici de Gouernador pag. 106. et 102. & in const. 5. incip. encara tit. De obseruar constit. p. 45. not. Mier. p. 1. c. 20. fol. mihi 101. idẽ Mier. p. 2. c. 15. coll. 3. fol. 100. Michael Ferrer p. 1. c. 6. don Ludou. à Peguer. decis. crim. 39. n. 1.
4 Idq; optima ratione statutũ est, etenim omnes Magistratus etsi supremi sint, & maxima cũ auctoritate, & potestate cõstituti, nihilomin⁹ nõ ex suo arbitrio procedere, & iudicare possũt, sed secundũ leges, quarũ custodes, & peruigiles defensores esse debẽt: vt docuit D. Ambros. in Psal. B. immaculati ser. 20. dicẽs, *Bonus Iudex nihil ex suo arbitrio facit, & proposito domesticae voluntatis, sed iuxta leges, & iura pronũciat, statutis iuris obtempe rat, nõ indulget propriae volũtati, nihil praeparatũ, & meditatũ de domo defert, sed sicut audit ita iudicat, & sicut se habet natura decernit, obsequitur legibus, non aduersatur, examinat causae merita, nõ mutat, qui iudicat, volũtati suae obtẽperare nõ debet, sed tenere, quod legũ est,* Hinc Solon in elogia inuehit. *Heu quãtas legũ violatio claudes, Iudices ministri legũ sunt, & executores secũdũ leges se iudicaturos iurãt, leges custodire debent tanquã pupillam oculi sui, ab eis se euelli nõ patiantur tametsi caelũ ruat,* Et ob id refert Simãcas de repub. lib. 4. c. 18. quod Athenis Nomophilaces erãt, qui apud praefectos in omnibus publicis cõsilijs, candidis faceis coronati assidebant, vt prohiberent, nequid cõtra receptas leges decerneretur idem Simanc. d. lib. 4. c. 17. n. 16. ait, *Iudex quidẽ, & Magistratus, qui affectu aliquo motus, aut sub styli, vel consuetudinis praetextu ius, & leges, non seruat, iniquus est, periurus, est, Tyranus est,* Hinc Plato in libr. de Regno inquit, *Qui spretis legibus alia imperitus rerum agit, is scelus, graue committit, & officia vitae confundit, atque peruertit leges, ideo in Ciuitate dominari oportet, non*

Magistratus, quos potius pars est ipsis legibus obedire, ab illisque ne transuersum quidem vnguem discedere. Quia vt refert idem Plot. lib. 9. de legibus: *Necesse est leges hominibus ponere, vt secundum leges viuant, nam si absque his viuerent, nihil á feris atrocißimis discreparent.* Vnde Diuus Augustin. in Ioannem tract. 6. dicit. *Tolle iura imperatorum, & quis audet dicere mea est illa villa, aut meus est ille seruus, aut domus hæc mea est,* vnde Theodoricus Rex apud Casśian. lib. 3. variarum ait, *iura publica sunt humanæ vitæ solatia, infirmorum auxilia potentium fræna.* Hinc Greg. nonus in procœ. decret. refert. *Ideo lex proditur, vt appetitus noxius, sub iuris regula limitetur.* Et Beat. Isidor. lib. Etimol. inquit. *Facta sunt leges, vt earum metu humana coercetur audacia tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidat supplicio, refrenetur nocendi facultas.*

6 Vnde cum leges adeo vtiles, & necessariæ sint Reipublicæ, & ex illarum obseruatione tot commoda subditis proueniant, merito iure cautum fuit, quod Gubernatores cœterisque Magistratus, & Iudices ex dictarum legum, & constitutionum violatione visitari, & syndicari potuissent, vt notat. Mieres part. 1. capit. 7. numer. 18. coll. 4. fol. 81. & capit. 20. numer. 3. fol. 101. Adeo enim iustissima est legum obseruantia, quod etsi Reges legibus soluti sint, nihilominus digna vox est, Maiestate Regnantis legibus alligatum se Principem profiteri dicit tex. in l. digna vox, C. de legibus §. fin. inst. quib. mod. testam. infirm. capit. iustum. 9. distinctione. Hinc Cicero pro Cæci. inquit. *Ergo quantacunque sit Principis potestas, ei fas, aut liberum esse non debet legem violare.* Et Auson. in Pithaci. senten. dicit, *pareto legibus, quisquis legem sanxerit,* l. 1. & ibi DD. ff. de const. pecun. & in l. princeps legibus, ff. de legib. Tiber. Decian. primo tomo crimin. lib. 2. capit. 30. numer. 80. & sequent.

7 Vnde legi. nius Zaleucum Locrensem legũ conditorem, qui postquam lege lata vtroque oculo singulos puniri voluisset adulteros (quæ hodie si vigeret infinitos redderet monoculos,) & eius filius in illam legem incidisset, ne legis effectus abrogaretur, vnum oculum sibi, & alterum filio eruere iussit, ita debitum supplicij modum legi reddidit, æquitatis admirabile temperamentum, seque inter misericordem, patrem, & iustum legis obseruatorem partitus fuit. vt est apud Valer. Maxim. lib. 6. de iustitia. capit. 13. vbi etiam Charunda. Tyrius cum legem, quam tulerat nõ seruasset se interemit, quæ exempla licet non imponant necesitatem alijs similia necessario facienda, præsertim cum conditor legis, ea nõ obligetur, vt in cap. mandasti. 2. quæst. 5. maxime vbi imponitur pœna corporalis, quam quis sibi ipsi imponere nõ potest vulgat. l. liber homo la 1. ff. ad l. aquil. Hyppol. de Marsil. singul. 189. Iodocus Damhauderius in praxi crimin. cap. 88. per tot. verum de honestate referuntur, & vt vnusquisque

vide

videat, prisis tẽporibus, quãta erat cura, & solicitudo circa legum obseruationem, quibus accedit, quod legitur Sapien. 16. ibi, *Quoniam cum essetis ministri Regni illius, non recte iudicatis neque custodistis legem iustitiæ, nec secundum voluntatem Dei ambulastis, horrende, & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his, qui præsunt fiet, exiguo etiam conceditur misericordia, potentes autem, potenter tormenta patientur.* Quare Gubernatores, & cæteri Magistratus vigilantissime attendant (Si Deo, & Regi placere cupiunt, & visitationum molestijs repellere, & euitare desiderant) quatenus in legum, & constitutionum obseruatione, summi obseruantes existant iuramentumque pro illarum obseruantia præstitum fidelissime obseruent.

8 Secũdo visitari, & syndicari etiam possunt, quotiescunque ipsi Vicegerentes aliquid à Malefactoribus, & delinquentes receperint pro compositione, parte lesa non satisfacta, vt probatur, primum de iure communi in §. oportet in auth. vt Iudic. sine quoquo suffragio, & in § illud in auth. vt lice ma. & Auiæ & not. Aymo. consili. 14. numer. 6. Gramat. voto 35. numer. 8. & Hieronym. Lauren. decision. Auinio. 47. numer. 3. & per iura patriæ per Constitution. 5. incip. Nos è lo Primogenit nostre, titulo de Injurias y danys donats pagin. 487. vbi
9 Dominus Rex dicit, quod ipse, eiusque Primogenitus, & omnes Officiales Regij ordinarij, & delegati cuiuscunque præheminentiæ, seu status fuerit, tenentur obseruare Constitutionem prohibentem aliquid recipi pro compositione criminosi, donec parti lesæ fuerit satisfactum, pæna priuationis officij, & centum morabatinorum dictis Officialibus pro vice qualibet imminente, & not. ibi, Miere. part. 2. capit. 4. collat. 6. numer. 2. foli. mihi 16. dicens quod licet dicta Constitutio notabilis, & salubris sit, verum male seruatur, & quia in beneficium partis lesæ condita est, ideo iuri, & rationi congruit vt obseruetur, maximè, quando pars iniuriata, & lesa facit instantiam, nam
10 tali casu, in eius præiudicium non potest fieri criminis remissio, nisi prius satisfacta ipsamet parte instante, vt ex Hostiens. in summa. & alijs probant Mier. in dict. capit. 4. numer. 2. & Parisi. de Puteo. in tractat. de syndicat. verbo Compositio, capit. 1. num. 6. & 7. capit. 4. numer. 1. & capit. 5. numer. 5. in fine, & capit. 9. num. 3. 4. & latæ Paul. Ghril. titul. de pen. compo. quæst. 5. & 6. Prosper. Crauit. in titu. magnæ curiæ 273. numer. 1. 2. & 5. notat in terminis Cancer part. 2. cap. 11. num. 106. & 107. vbi alia iura patriæ refert, & facit tex. in l. fin. ff. ad tur
11 pil. vbi quod abolitio criminum fieri non potest parte accusatoris contradicente, & ibi glos. in verbo euidenter
12 dicit, quod consensus partis debet esse expressus, & euidens, nec sufficit tacitus.

13 Tertio similiter visitari potuerint quoties admitterent compositiones de delictis enormibus, quia de illis compositio admittenda non est, dixerunt Paris. de Puteo verbo compositio capit. 3. numer. 2. Fabian. à Monteleone, in praxi arbitra. 5. par. quæstion. 3. in 2. ampliatione, qui propterea inferendo tradunt minime indulgendum esse, sacrilegijs, raptoribus, virginum, violatoribus sepulcrorum, reis Magestatis, patricidij, homicidij, & similibus, qui hi, quod fecerunt semper expectant l. 3. C. de Episcop. Audien.

O 2 Et

Et ita in grauibus delictis, culpa est re-
laxare vindictam cap. qui sunt 26. di-
stin. vnde diuinis documentis proditũ
est præceptum, Numeri cap. 35. *Non
recipies pretium ab eo, qui reus san-
guinis est.* Hinc propter criminis
magnitudinem veniam denegandam
esse dicit tex. in cap. importuna. §. quod
autem de pœnis dist. 1. idipsumque pro
batur in const. 7. incip. Perque titul. de
compositions pag. 520. quæ fuit proro-
14 gata in const. 1. cur. anni. 1599. Vbi pro
hibetur compositiones fieri de latro-
nibus, grassatoribus, incendiarijs, occis-
soribus pecudũ, & deuastoribus vinea-
15 rum, & arborum, & optima quidem ra
tione id statutum est, etenim nulla ma-
ior victima Deo offerri potest, quam vt
iniqui puniantur secundũ Paul. Castr.
in d. l. 3. C. de Episcop. Aud. nam venia
vni concessa alijs ad delinquẽdum au-
daciam præbet, in graue totius Chri-
stiani populi discrimen l. operis, C. de
pœn. cap. quando de transactio. immo-
ignoscendo malis, perduntur boni cap.
est iniusta. 23. q. 4. Et è contra vnius pœ
na multorũ metus esse potest. l. 1. C. ad
l. Iul. repetund. l. capitalium. § famosos,
ff. de pœnis compositionesq; nulli du-
bium est, quod homines ad facilius de-
linquendum inducunt, tenet Cassan. in
consuetud. Burg. cap. 45. nu. 38. & pro
delictis, non delinquentium facultates,
sed in eorum personas vltionem faciẽ
dam esse dicit tex. in cap. cognouimus
16 cum duobus seq. 16. q. 6. Pœnaq; a iure
statuta corporalis non potest in pecu-
niariam conuerti secundum Luca. de
Pen. in l. 1. C. de desert. lib. 12. Magistra
tus enim iuris pœnas differre non pos-
sunt l. seruos in fine. ff. de vi pub. nec
clementiores legibus esse debent. §. o-
portet in auth. de iud. & vbi delinquẽ-
tes debita pœna puniri negligũt peio-
res sunt ipsis delinquentibus, dicit D.
17 August. de verbis Domini ser. 16. Vnde
18 Magistratus delinquentes ad peccunia
riæ pœna compositionem admitten-
tes, non scelerum vindictam, sed vt fis-
cus peremptorum sanguine impleatur
quærere dicuntur, & nutriendo mul-
tam pestilentiam augent, & licet id fa-
cere dicant, vt benignitate vtantur, &
ne austeriorem imponant pœnam; ta-
men cum huiusmodi compositionibus
non aliam nisi pro peccuniario com-
modo studeant adhibere medecinam,
vt loquitur tex. in cap. 1. dist. 81. hinc co
medere dicuntur populi peccata. Secũ-
dum Bernard. sup. cantico. serm. 77. &
ideo de compositionibus in casibus à
iure non permisis factis, merito visita-
ri, & syndicari poterunt.

19 Quarto ex proxime dictis infertur,
quod vbi Vicesgerentes Generalis Gu
bernatoris admitterent compositio-
nes, post latam sententiam ex eo visi-
20 tari possent, siquidem sicut non licet
pœnas in sententia expressas amplius
permutare, vt in l. moris. §. iste fere. ff.
de pœn. l. 1. §. fin. ff. de quæstio. l. 1. §. fin
autẽ, ff. ad turpil. Ghirlan. tit. de exeq.
rei iudic. num. 3. Couarruu. variar. re-
solutio. lib. 2. cap. 9. numer. 8. Iul. Clar.
in pract. quæst. 85. versic. vlterius quæ-
ro, ea ratione quia lata sententia Iu-
dex functus est tunc officio suo. l. Iudex
postea quam, ff. de re iudic. cap. in lit-
teris de officio deleg. ex eo inde post
21 latam sententiam non possunt compo
nere etiam nec subsistente iusta causa
secundum Paris. de Put. in tractat. de
syndic. verb. Compositio, capit. 1. num.
5. Ghirla. titul. de pœn. compo. quæst. 1.
num. 8. Fabian. à Monteleone in pract.
arbitr. in 3. quæstio. vltim. part. quintæ
partis principalis num. 65. in 15. am-
pliat. Crauit. super Rit. magnæ cu-
22 riæ 272. nu. 10. & 11. Vbi, & aliam red-
dit rationem quia scilicet commutare
vel remittere pœnam post sententiam
ad solum Principẽ, & non ad aliũ spe-
ctat, l. relegati in fine. ff. de pœn. l. 1. § fi.
ff. de

ff. de Quæstio. l. 1. C. de Legib. Et quia
23 aliquando id factum fuit per ipsos Vicesgerentes ideo in visita fuerunt querelati, & grauiter reptæhensi, eisque per Visitatorem iniunctum fuit ne à cetero post sententiam delicta cõponerent, quamuis id facerent de consilio Assessoris sub pæna priuationis officij vt videre est apud Michael Ferrer in suis obser. p. 1. cap. 35. per tot.
24 Quinto existens ipse Vices gerens Gubernatoris extra Vicariam in qua crimen est commissum non potest illius criminis facere remissionem, nisi domino Rege absente à Principatu eo quia tunc latior est ipsius potestas not. Ferrer. p. 1. tit. de Guber. gener. c. 85. similiterq. non potest Vniuersitates nec
25 illarum singulares directe, vel indirecte ad componendum, vel obtinẽdum remissiones de criminibus data aliqua quantitate compelli, quinimo vbi super his constiterit de aliqua concussio ne eius officio vti prohibetur, & ad pænam seu restitutionem extortorum, vna cum dupla, restituere compellitur vt in Const. 17. incip. Ab aquest edicte tit. de cosas prohibidas als Officials pag. 160. & ibi Mier. part. 2. coll. 10.
26 in princip. fol. mihi 24. Itẽ pariter eriã nõ potest remittere pœnas cõtra cõtrahentes sponsalia clandestina impositas in Const. 3. inci. Cpom fer, è cõtrau re tirul. de Sposalles, & matrimo. pag. 386. & ibi, hoc not. Mier. p. 2. c. 12. coll. 9. n. 97. fol. 99. Nec impositas contra caupones, stabularios, & lenones, in Const. 2. incip. Pensants, tirul. de Adulteris, & Michael Ferrer par. 2. cap. 30. Nec remisiones facere vagabundis sub pæna priuationis officij, vt in Cõst. 4. incip. Statuim tit. de Bomians, y Vagabũdos pag. 493. Rursus nec componere, aut remittere Frãcigenas, Pastores de delictis per eos commissis, vt in Const. 1. incip. Per prouehir tit. de Prohibitio de armas pag. 494. Nec denique poterit remittere eos, qui ad duellum seu singulare certamen alium prouocauerint vt in Constit. 4. incip. Ajustant tit. de Desafius pag. 477. & tandem sub pœna priuationis officij remittere non poterit crimina. & excessus de quibus mors naturalis, vel ciuilis, aut membri abscisio subsequi potest iux. pragmat. Regis Ferdinand. Dat. Gerund. 18. Februarij 1416. in 2. vol. Const. sub tit. de remisio de crims fol. 149. Quæ modificatur, restringitur, & declaratur per Michael. Ferrer p. 1. obser. cap. 84. num. 3. ac ideo in omnibus casibus in quibus, contra prædictas constitutiones contrafecerit iure quidem de illarum contrafactione, & violatione visitari poterit.
27 Sexto visitari, ac syndicari etiam poterit, quoties desierit discurrere, & ire per totum Cathaloniæ Principatum, quia iuxta Const. 11. incip. Perque millor pag. 103. vt melius expellantur delati, & mali homines à dicto Principatu statutum fuit, quod ipse gerens vices generalis Gubernatoris obnoxius esset ire per dictum Principatum vicissitudinarie siue modo in vna Ciuitate, vel Villa, modo in alia vbi necessarium foret, adeo quod moram nec residentiam facere nequiret in Vicaria in qua resideret Dominus Rex aut eius Locumtenens generales, & Regia Audientia. Vltra quatuor menses quolibet anno, sub pæna pro illo pluri tempore, quo residebit amissionis, & priuationis salarij, vt in dicta constitutione refertur de cuius contrafactione fuit gerens vices Gubernatoris in visita anni 1573. syndicatus, & monitus vt à cetero discurreret p Prouinciam Cathaloniæ sub pænis in dicta constitutione contentis, vt refert Michael Ferrer in suis obser. p. 2. cap. 1. in fine tit. de Guber. gener. Cathalo.
28 Septimo poterit quoq. visitari vbicũq. cõstiterit se cõcesisse guidatica Ægyptianis, siue Bomiãs; siquidẽ eidẽ prohibitum est sub pæna centum librarum

dictos Ægyptianos guidare, vt habetur in Cōst. 5. incip. Com a la expulsio tit. de Bomians pag. 493. Quinimo etiam in dicta visita anni 1573. fuit iniunctū eidem vicegerenti Gubernatoris ne concederet guidatica nisi in scriptis, & cum expressione causæ, & apud scribam suum, vt dicit idem Michael Ferrer d tit. de General. Guber. Cathalo. p. 2. cap. 13. in fine & cap. 37.

29 Octauo Vicesgerens generalis Gubernatoris, in casibus in quibus eidem licitum est admittere reos ad compositionē, non potest nec debet dictas compositiones facere, nisi cum consilio sui Assessoris, aliter in visita, seu syndicatu tenebitur, vt dicit Ferrer par. 2. cap. 33. vbi refert, quod in visita generali facta per Reuerendum Episcopum Barcinonæ Martinum Martinez del Villar anno 1573. fuit Gerens vices Gubernatoris de prædictis querelatus, & in visita anni 1580. fuit repræhensus, eo quia fecit remissionem de quodam graui crimine commisso in domo S. Antonij Barcinonæ, sine consilio Assessoris, pro quibus facit text. in Constitutione 5. incip. Com poc valdria titul. de Offici de Gouernador pag. 101. & quod tradit ibi Mier. part. 2. cap. 13. fol. mihi 75. & idem Ferrer par. 1. cap. 86. num. 3. ante finem vbi, quod Gubernatores, & eius vices gerentes tenentur iudicare secundum consilium sui Assessoris iuxt. prædictam Constitutionem 5. dict. titu. de Offici de Gouernador.

30 Nono visitari, & syndicari poterit vbi aliquem habilitauerit, ad obtinendum, & regendum officia publica, eo quia huiusmodi habilitationes, seu restitutiones, ad honores sunt de regalibus Principis, & ad solum Principem superiorem non recognoscentem spectant; l. 1. §. penult. ff. de Postulan. & ibi Bart. & Alber. num. 3. Salicet. in l. cum indulgentia col. pen. C. de senten. pass. Afflict. in tit. Quæ sint regalia num. 5. Mathesil. singul. 43. numer. 8. Anton. Corset de potest. Regia. in 6. p. princip. num. 8. Oddo. in tract. de restitut. in integ. art. 2. & artic. 9. Michael Ferrer 2. part. obseru. cap. 36. Vbi quod in visita generali anni 1573. Gerens vices generalis Gubernatoris fuit querelatus de quadam habilitatione per eum facta, & illius prætextu fuit eidem iniunctum sub pæna amissionis officij, quod à cetero similes habilitationes, seu restitutiones non faceret, etiam cum consilio sui Assessoris, cum sit regalia suæ Magestatis vide ad hæc, quæ diximus infra in capit. 16. numer. 47.

31 Decimo visitari, etiam poterit, quando recedens à Vicaria processus causarum illius extraheret, à dicta Vicaria, & secum duceret, quia id sibi prohibitum est facere iuxta Constitut. 18. incip. Statuim, titulo De cosas prohibidas als Officials pag. 160. not. Mier. part. 1. coll. 6. titulo de Officio. Guberna. Cathal. n. 7. fol. 160. Michael Ferrer p. 2. cap. 40.

32 Vndecimo visitari poterit, vbi existens extra Vicariam sibi reseruauerit aliquod negocium Ciuile, vel Criminale, & de eo extra Vicariam cognoscere, & iudicare voluerit, quia vices gerens generalis Gubernatoris in Cathalonia non potest sibi reseruare causas ciuiles, nec criminales, alicuius Vicariæ, vel Baiulæ ipso existente extra eas, sed tantum dum præsens fuerit in illis, potest tunc libere cognoscere de eisdem, quæ postmodum redeunt ad ordinarios, cum à Vicaria recesserit, eius inhibitione non obstante iux. Const. 2. incip. Parr aço, titu. de Offici de Gouernador pag. 100. & ibi Mier. part. 1. coll. 6. in princip. fol. 169.

33 Duodecimo poterit etiam visitari, vbi arrestatum pro processu regaliæ, camini, & stratæ, ab arresto liberauerit, quia id facere non potest, vt fuit decisum in libro conclusionum Gubernatoris die 24. Martij. 1493. refert Micahel

chael Ferrer part.1.cap.71.

34 Decimo tertio, quia in aliquibus ciuitatibus præſentis Principatus Cathalonię, abſente domino Rege, & illius Locumtenente Generali ſolitum eſt obſeruari, quod Proceres illarum ex priuilegio iudicant in criminalibus cauſis: pro vt præcipuè obſeruatur in Ciuitate Barcinone, & Ilerdæ, vt refert Michael. Ferrer. par.1. obſeru. cap. 86. num. 4. Ideo vices gerens Generalis Gubernatoris animaduertere debet, quod procedens in dictis cauſis criminalibus cum dictis proceribus minime iudicet, nec cognoſcat de cauſis militum, Nobilium, & Generoſorum ſine ſcientia Principis maxime quando illorum delicta ſunt grauia, eo quia tales cauſæ tunc non dicuntur Vicariæ, ſed Conſiſtoriales, & propriæ ſunt cauſæ regaliarum quarum cognitio, ad dominum Regem ſpectat, vt in terminis not Ferrer. dict. part. 1. cap. 43. & Mier. part. 2. cap. prouchm. coll. 10. num. 10, & 11. fol. mihi 36, vbi in prædictorum confirmationem refert audiuiſſe dominum Regem Petrum dixiſſe, quod Gubernator maleſecerit, dum in iuditio Procerum Barcinonæ condemnauerit Petrum Sort domicellum delatum de graui crimine, quem inconſulto ipſo Rege decapitauit, ex quo illud ſequitur, quod ipſe Vicegerens aliter procedens ſine conſenſu, & permiſſu domini Regis in ſimilibus cauſis, pro illis vtique viſitari, & ſyndicari poterit.

35 Decimo quarto viſitari quoque poterit quotieſcunque recedens à Principatu deſterit nominare, & ſubrogare Locumtenentem, qui pro eo durante eius abſentia officium ſuum exerceat, etenim ad faciendam dictam nominationem. nec non, & ad reddendum in viſita rationem de culpis ſui Locumtenentis obnoxius exiſtit, vt ſic legitur in conſt. 20. incip. Per quant curiarum anni 1599. fol. 8. & late not. Mier. in titulo de Subbaiulo. part. 1. cap. 18. nu. 1. fol. 115. Quia mala electio Locumtenentis, ipſi Vicesgerenti imputatur, ac ideo pro eo de mala electione tenetur ex text. in l. nullus qui, l. neminem, C. de decurio. lib. 10. l. 1. C. ad l. Iul. repetundarum Marquil. in vſatico tutores verſic. Quæro quod ſi baiulus, pagin. mihi 314. ſicuti etiam teneretur de culpis, & exceſsibus Locumtenentis Aſ-

36 ſeſſoris per eum nominati in caſu abſentiæ, & impedimenti Aſſeſſoris ordinarij cuius electio ad ipſum ſpectat iuxt. conſt. 5. incip. Com poch valdrie, tit. de offici de Gouerna. pag. 101. & ibi not. Mier. part. 2. num. 3. coll. 8. fol. 75. Michael Ferrer part. 1. cap. 90. & part. 2. cap. 6. vbi, quod talem Locumtenentem Aſſeſſoris ponit Gubernator, & inde nihil mirum ſi de illius culpis in viſita pro eo teneatur.

37 Decimo quinto Aſſeſſores Gubernatoris Cathaloniæ, & Cōmittatuum Roſsilionis, & Ceritaniæ, & eorum Locatenentes, pariter viſitari, & ſyndicari poſſunt de contrafactione legum, & conſtitutionum Cathaloniæ, quia ad illorū obſeruantiam iure iurādo obligantur; vt in dict. conſt. 5. incip. Com poch valdrie, dict. pagin. 101. ſub titul. de offici de Gouernador, & probat. Michael Ferrer part. 1. obſeruantia. capit. 80.

38 Decimo ſexto viſitari poſſunt quando non ſequuntur Gubernatorem, ſeu Gerentem vices Generalis Gubernatoris quem ſequi debent per totum Cathaloniæ Principatum, & officium perſonaliter ſeruire, & non per ſubſtitutū niſi in caſu iuſtæ abſentiæ, aut infirmitatis corporalis ipſius, nec non, & vxoris, aut filiorum ſuorum cap. communis & ibi gloſ. in verb. ſuorum, 24. diſt. & in terminis ita not. Iaſ. in l. Quæcunque, num. 83. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.

Decimo ſeptimo dicti Aſſeſſores viſitari poterunt, quotieſcunque abſente Guber-

Gubernatore seu Gerente Vicesgeneralis Gubernatoris aliquos actus iurisdictionis exercerent, etenim Assessor Gerentis Vicesgeneralis Gubernatoris in Principatu Cathaloniæ, non potest signare, nec facere actus iurisdictionis: nisi præsente Gerente Vices Gubernatoris, in vna eadem Ciuitate, Villa, aut Loco cum dicto Assessore iuxt. cõst. incip. Lo Assessor de portant veus, d. tit. de offici de Gouernador, pag. 102. not. Michael Ferrer part. 1. obseru. cap. 52. per tot. Alia quamplurima istis Assessoribus vti Iudicibus competunt obseruare de quibus latè dixemus infra in cap. 17. per totum. Quæ istis Assessoribus adaptari possunt.

40

CAPVT XIIII.

DE MAGISTRO RATIONALI EIVSVE LOCVM TENENTE, ET Officialibus suis.

SVMMARIVM.

1 *MAGISTRI Rationales apud antiquos quibus nominibus appellabantur, & num. 5.*

Officium Magistri Rationalis fuit institutum in Cathalonia per Serenissimum Regem Petrum Tertium 5. Kalend. Nouembris. 1344.

3 *Magistri Rationales in curijs Regum sedent post Prouinciarum Præsides.*

4 *Magistro rationali incumbit, computa redditum Regiorum videre deque rationibus, & administranibus Regis cognoscere, & n. 6.*

7 *Magister Rationalis habet coadiutores, & quid sit eorum Officium.*

8 *Iurisdictio Magistri Rationalis in Cathalonia circa examen computorum, est priuatiue concessa, quo ad omnes Officiales maiores, & minores, etiam vsque ad dominũ Locumtenentem Generalem.*

9 *Magister Rationalis, qui tanto honore, & iurisdictione vtitur extollendus est, verum non ideo immunis est a visitatione, quinimo illi est obnoxius.*

10 *Magister Rationalis vbi calculatis computis inuenerit Officiales debitores esse, potest aduersus illos exequutiue procedere, etiam vsque ad capturam personæ, quod declara, vt num. 11.*

12 *Debitum vbi non est liquidum licèt Fiscale sit, non tamen potest pro illius exactione exequutiue procedi, sed requiritur ordo, & sententia.*

Magistri

13 *Magistri rationales procedentes pro debitis Fiscalibus illiquidis contra fisci debitores exequutiuè illos grauarent, & ex tali grauamine visitari possunt.*

14 *Magistri Rationales tenentur in visita seu syndicatu vbi fisci debitores reddentes computa suarum administrationum, & facta liquidatione accepti procederent via exequutiua contra eosdem pro debitis liquidis accepti confeßatis antequā examinarentur capitula dati, quæ vulgo, descarrechs, dicuntur, & assignatur ratio, num. 15.*

16 *Introitus, & exitus, accepta, & data sunt admodum in ratione connexa, vt nunquam præiudicet confeßio accepti, nisi videatur expensum.*

17 *Ratio est quędam dati, & accepti commemoratio, ac ideo antę liquidatas hinc inde rationes, executio fieri non potest.*

18 *Preuentio autoris ne à cetero Magistri Rationales querelari valeant.*

19 *Vicarius expendens pro exquirendis, & perquirendis malefactoribus tales expensę sunt per Magistrum Rationalem in calculo recipiendæ.*

20 *Expensa seu stipendio soluta custodibus appositis alicui delinquenti in Ecclesia se tuenti sunt per Magistrum Rationalem in calcula recipienda.*

21 *Expensæ factæ per Vicarios, & Iudices super competentia, & defensione Iurisdictionis sunt in calculo recipiendæ.*

22 *Sumptus facti in mittendo carceratos ad Regias triremes de pecunijs, & sumptibus iustitiæ destinatis solui debent, & sic in calculo sunt per magistrum Rationalem recipiendi.*

23 *Premium per Vicarium seu Iudicē promissum ei, qui malefactorem detexerit ipsi Vicario est in calculo recipiendum, & assignatur ratio num. 24. & 26.*

25 *Preconium in quo promittitur premium capiens malefactorem quando per Vicarium, seu Iudicem solum vel cum consilio Ciuitatis fieri posit.*

27 *Iudex potest donare fiscalia modica remunerando illum, qui detexit, seu cepit malefactorem.*

28 *Premium promissum capienti, vel detegenti malefactorem primum est soluendum de bonis ipsius delinquentis, quam de bonis fisci.*

29 *Premia quæ à iudicibus pollicentur, pro capiendis malefactoribus iustißima ratione fuerunt introducta, quia spe premij homines facilius applicantur seruire Reipublicæ.*

30 *Sumptus facti, in rebus concernentibus bonam politicam, & administrationem iustitiæ per Vicarios, sunt eis in calculo recipien-*

maxime dum in illis abeſt dolus, ſed iuxta conſuetudinem ſuas diffinitiones facere.

50 *Magiſter Rationalis in Cathalonia cognoſcit de culpis, negligentijs, & ommiſsionibus per Officiales in eorum officijs commiſsis.*

51 *Adminiſtrator quilibet in rationibus reddendis tenetur de damnis ex ſua negligentia commiſsis.*

52 *Adminiſtrator Reipublicæ ſi ſarta tecta non habuit, & ideo triticum in publico horreo reconditum putrefactum, vel aliter deterioratum ſit, tenetur Reipublicæ ad damnum.*

53 *Officiales computa Magiſtro Rationali reddentes vbi apparuerit fraudem in eorum computis, & rationibus commiſiſſe in pœnam vndecuplæ, quæ vulgo dicitur (de les onze doblarias) puniuntur.*

---

1 OFFICIVM Magiſtri Rationalis eſt Magiſtratus grauiſſimæ auctoritatis ſiquidem apud antiquos Magiſtri Rationales dicebantur Cæſaris procuratores, & Principes diſpenſatores, & Sacri erarij Præſides, vt voluit Lucas de Penna in l. ſi quando la 2. C. de bon. vacant. lib. 10. Pancir. in Notit. Imper. Oriental. c. 87. Conrad. in templ. omnium Iudicum lib. 1. cap. 8. Surg. de Neapol. Illuſtr. cap. 26. num. 23. Alij dixerunt eos eſſe Procuratores dominici, vt in l. 1. C. de repud. Hermo. in Epit. iur. ciuil. tit. de digni. alij curatores Cæſaris, vt in l. 3. ff. de offic. procur. Cæſar. alij curatores Reipublicæ, vt in l. curator, C. de modo mulctan. alij autem Rationales, vt in l. ad fiſcum, & l. nullum, C. vbi cauſæ Fiſcal. &
2 in rubr. ff. de offic. Procura. Cæſar. & in dict. l. vltima, C. de aduocat fiſci. Fuit enim huiuſmodi officium inſtitutum in Cathalonia per Sereniſsimum dominum Regem Petrum Tertium 5. Kal. Nouembr. 1344. pro vt apparet de illius inſtitutione in quodam libro recõdito in eodem officio Magiſtri Rationalis virmillo cooperto fol. 51.

3 Huius autem Magiſtratus prærogatiua magna eſt, cum in curijs Reguum iſti Magiſtri Rationales ſedeant poſt Prouinciarum Præſides, vt not. Bellug. in ſpecul. princip. rubr. 6. de forma, & ordine ſedẽdi in curia n. 9. fo. mihi. 13.

4 Ad ipſum vero Magiſtrum Rationalem ratione eius officij pertinet, & ſpectat computa reddituum Regiorum videre, & ſignificare deque rationibus, & adminiſtrationibus Regis cognoſce-
5 re, & ea de cauſa dicitur procurator Cæſaris iux. text. in l. inſtar cum ibi notat. C. de iure fiſci lib. 10. & dicuntur etiam Comites Sacrarum largitionũ, eo quia de debitis Principis ex computis ſuarũ adminiſtrationum mittunt inſtructiones iuxt. text. in l. 1. cum ibi notat. C. de apoch. pub. lib. 11. de eorum officio agitur in l. actuarios, & in l. in prouincijs, C. de actuarijs lib. 12.

6 In Cathalonia autem noſter Magiſter rationalis obtinet tertium gradum Magiſtratuum, & ex illius inſtitutione, & creatione, de qua etiam fit mentio in conſtitutione vnica Regis Ferdinandi Secundi ſub tit. de offici de Meſtre Rational pagin. 105. incumbit ei rationes omnes fiſcales apud eum exigere in ſuo peculiari, & preheminenti tribunali, quod ad hunc effectum per dominum Regem eſt ſibi aſsignatum in eodemmet palatio Regio præſentis Ciuitatis

Bar-

Barcinone, vbi omnes Officiales Regij computa illi reddere tenentur, vt Baiulus Generalis Principatus Cathaloniæ Procurator Regij patrimonij Committatuum Rossilionis, & Geritaniæ Thesaurarius Generalis Coronæ Aragonum, & Regens Regiam Thesaurariam, & denique cæteri alij Officiales, vt post Mieres, & alios probat, Anton. Oliba. de iure fisci cap. 4. num. 52. vbi etiam dicit, quod in eodem officio magistri Rationalis sunt Locumtenentes, qui adiutores, seu verius vulgo coadiutores dicuntur, quorum officium secundum Mastril. in tractat. de Magistrat.
7 lib. 5. cap. 9. n. 12. est annotare prouisiones, iussiones, & mandata, quæ ex ijs oriuntur, pro exactione peccuniarum aliarumque rerum fiscalium, vt ea ad Regium Thesaurarium, vel alium Officialem pecuniarium pro effectu prædicto transmittantur. Quorum oneri inde incumbit earum exactio, vel ostẽdere diligentias pro recuperatione factas sub pœna soluendi de proprio.

Adeoque fulget Magistri Rationa-
8 les iurisdictio in Cathalonia, quod illã priuatiuam habet ad quoscunque alios Magistratus, & Iudices, etiam vsque ad ipsum Locumtenentem Generalem, vt videre est in quadam Regia pragmatica Serenissimi Regis Ferdinandi cuius. Dat. fuit Montissoni 2. Septembris 1510. inserta in quodam libro recondito in dicto officio Siricei viridi cooperto sub fol. 110. cuius tenor sequitur ibi: *Statuimus, & ordinamus, decernimus, & declaramus, quod de certo nulli Officialium nostrorum quacũq; potestate, & officio fulgentium, & quocunque nomine nuncupentur, tam maiorum quam minorum etiam si Locumtenens Generalis noster esset in Cathalonia Principatus, aut quiuis alius liceat dictos Magistrũ Rationalem eiusque Locumtenentem, & ministros dicti officij Magistri Rationalis in computis per eos examinandis, & alijs quibuscunque dependentibus, & emergentibus ex dictorum computorum examinatione sub pœna quinque milium Florennorum, & priuationis eorum officiorum dictum Magistrum Rationalem, ac Locumtenentem, & ministros dicti officij præsentes, & futuros in aliquo perturbare, impedire, inhibere, aut se intromittere, etiam prætextu cuiuscunq; euocationis aut aliàs quoniam nos quæcunque impedimenta, & inhibitiones sub quouis quæsito colore obtinendas, nunc pro tunc cassamus, & reuocamus, & pro cassis nullis, & infectis serie præsentium haberi volumus, decernimus, & declaramus auferentes dictis Officialibus nostris præsentibus, & futuris secus agendi omnem cum nullitatis decreto potestatem. Decernentes irritum, & inane si quid in contrarium quouismodo fuerit attẽtatum. Nam ex quo specialiter cõcessa est potestas Magistro Rationali eiusque Locumtenenti, & ministris super dictis computis, & Rationibus, vt dictum est, omnibus alijs officialibus, & personis prohibita esse censetur.*

9 Vnde merito iste rationalis, qui tanto honore, & iurisdictione vtitur extollendus, & honorandus est scripsit Bellug. in speculo dict. rubr. 6. num. 9. in fine, cæterum ipse parere quoque debet legi, quæ voluit se huic cẽsuræ visitationis

rationis obnoxium esse, vt sic legitur in cap. 5. cur. curiarum anni 1599. in qua de his quæ sequuntur inter alia visitari poterit.

10 Et primo licet verũ sit, quod Magistri Rationales, & illorũ coadiutores deputati super reuisionibus computorũ valeãt, & possint summariè procedere in negocio reuisionum ita, vt visis cõputis, & rationibus; nec non, & libro rationum absq; alia citatione vbi Officiales, & exactores pecuniarũ Regij Ærarij, & aliorum Regiorũ introitum inuenerint esse debitores possint quoq; illos condemnare, & exequutiuè aduersus eos procedere iux. tex. notab. in l. 2. §. quod si de frumentaria, ff. de admin. rer. ad ciuitat. pertin. & ibi Bar. not. Socin. in l. si quis arbitratu. n. 30. ff. de ver. oblig. Præpos. in c. dilecto. in 4. q. princip. & in cap. cum sit extr. de appella. Afflict. in cap. 1. tit. de nouo benef. nu. 40. Quod etiam consuetudo obseruat, vt scilicet contra similes debitores fiscales procedi valeat, ad capturam personæ, & tenutam bonorum ex tex. in l. nemo carcerẽ, C. de exacto. tribut. lib. 10. vbi not. Angel. Bald. in l. 1. col. 2. C. de hæred. vend. & Marant. de ordine

11 Iudicio in 4. p. dist. 9. n. 59. Verum dicti Magistri Rationales prædicta ita simpliciter exercere non potuerint nisi quãdo post reuisionem computorum clare, & manifeste eis constiterit de reliquatu debito, claro, & certo; etenim iura, & DD. supra allegati solũ loquũtur in debito liquido, etenim vbi debitum non est liquidum requiritur ordo, & sententia iuxt. text. in l. hi, qui cum fisco, C. de conueniend. fisci debit. lib. 10. Bald. in l. 2. C. quando fisc. Sic etiam distinguit Luc. de Penn. in l. 1. col. 3. C. de cond. li. nt. Et proinde dicitur, ꝙ fiscalis debitor pro debito eius liquido tãtum executiue in ære, & in persona exequi potest l. sacrilegij §. vltim. ff. ad l. Iul. pec. l. quoniam nonnulli, ff. de Appellatio. l. vlt. ff. de leg. com. l. Paulo Callimaco. §. fi. ff. de legat. 3. & in l. missi opinatores C. de exact. tribut. lib. 10. not. Bal. cõs. 90. p. 5. n. 4. vbi inquit, ꝙ hoc est

13 singulare priuilegium fisci. Vnde dicti Magistri Rationales procedentes pro debitis fiscalibus illiquidis contra fisci debitores executiuè in eorum personis seu bonis vtique illos grauarent, & ex tali grauamine in visita visitari, & syndicari potuerint.

14 Secundo similiter dicti Magistri Rationales tenerentur in visita, quoties idem Regij Officiales, & alij fisci debitores reddẽtes computa suarum administrationum, & facta liquidatione accepti procederetur via exequutiua cõtra eosdem pro debitis liquidis accepti cõfessatis, antequã examinarẽtur capitula dati, quæ vulgo dicuntur; descar-

15 rechs, & huius cõclusionis ratio est, etenim interim, quod expensi ratio nõ recipitur nõ possunt capitula accepti quã tuncunq. clara, liquida, & guarentigia executioni mandari, tenuerũt, Alex. in cons. 192 per tot. vol. 7. Ias. cõs. 100. vol. 4. Crauet. cons. 231. n. 16. & 17. Anchar. cons. 235. n. 1. vbi quod cõuẽtus pro reddenda ratione, non dicitur in mora nõ offerendo, quod debet; ante factam liquidationem, & declarationem reliquorum idque tenet Fanus de pigno. membr. 1. 5. p. Auend. de exeq. mand. 2. p. ca. 10. n. 31. Baeça de decima tutor.

16 præstand. cap. 2. num. 168. Vbi expresse tenet, quod introitus, & exitus, accepta, & data sunt admodum in ratione connexa, vt nunquam præiudicet confessio accepti: nisi videatur expensum, idq. in ratione tutoris tenet Aymõ cõs. 275. n. 13. ver. tertio principaliter, quod administrator nõ tenetur aliquid reddere, nisi prius cõstiterit de omnib⁹ ac-

17 ceptis, & datis soluto sibi debito suo. Et iustè quidẽ, etenim cõuẽt⁹ ad præstãdũ rationẽ, est certũ, ꝙ cũ ratio sit, quædã dati, & accepti cõmemoratio, vt in l. si quis ex argẽtarijs §. rationẽ, ff. de eded. ante liquidatas hinc inde rationes mini-

P mẽ

de Penna in l. 1. C. ne rustic. ad vllum obsequium col. 1. lib. 11. Auiles in cap. 18. Prætor. verb. Vsurpar. num. 18. ad medium Bouadil. d. cap. 6. nu. 6.

21 Tertius casus quando Vicarius, seu Iudex expenderit super competentia, & defensione iurisdictionis aduersus Iudices Ecclesiasticos, id expendendum est de pecunijs ex sumptibus iustitiæ processis, & tales expensæ, vtputa salarium Iudicis, Aduocati, & Procuratoris, Notatij, & Nūtij, in calculo recipiēdum erit not. Salicet. in l. mulctarum, C. de modo mulctandi Auil. in cap. 3. Prætor. verb. Iurisdicion, nu. 36. fo. mihi 97. Bouadil. lib. 5. cap. 6. nu. 9.

22 Quartus casus sumptus facti in mittendo ad carceres curiarum condemnatos ad Regias triremes de huiusmodi pecunijs sumptibus iustitiæ destinatis solui debent, & sic sunt in calculo recipiendi Bouad. d. lib. 5. cap. 6. n. 14.

23 Quintus casus stipendium, seu præmium promissum per Vicarium, seu Iudicem ei, qui facinorosum detexerit de huiusmodi pecunijs sumptibus iustitiæ destinatis solui debet, & in calculo
24 ipsi Viccario, seu Iudici est recipiendū, siquidem bono, & recto Iudici cōgruit purgare Rempublicam malis hominibus eosque summa cum diligentia cōquirere l. congruit, ff. de Officio præsi-
25 dis. Et hinc dicitur, quod valet proclamatio seu bannimentum factum à Potestate vna cum consilio ciuitatis, quod quicunque ceperit malefactorem, habeat centum de pecunia communi ciuitatis, sed ipse potestas solus facere nō potest, tenet Barr. in l. 1. nu. 3. ff. de iust. & iur. & ibi Ioann. de Plat. sed Paul. de Castr. in dict. l. 1. num. 11. intelligit hoc in Iudice simplici, qui de communi nō potest disponere verum imminente necessitate, potest solus Iudex bannimentum facere sine consensu Decurionum provt sic limitat. Iason. in dict. l. 1. nu.
26 11. ff. de iust. & iure. Ac ideo vrgente necessitate licite poterit Iudex ex huiusmodi pecunijs soluere quidquid in detegendis, & perquirendis huiusmodi homines opus fuerit ex text. in l diuus, ff. de custod. reorum ibi, *vel si quid fortiter fecerint milites inde eis do-*
27 *nare*. Idque tenet Bald. in l. 2. num. 3. C. de commun. rerum aliena. Vbi tenet, quod Iudex etiam modica fiscalia remunerando dare poterit, sequitur Auil. in dict. cap. 3. Prætor. verb. Iurisdicion, num. 34. & verb. Los haran, num. 10. Baeça de inope debitore cap. 18. nu. 8. & 9. Quod maximè locum haberet, vbi Iudex ipse præconizare fecisset, qualiter ipse promittebat capienti, vel detegenti talem malefactorem certum quid pro labore vt not. Bart. & Platea. l. vnica, C. de præbend. salar. Auend. in
28 cap. Prætor. 2. part. cap. 10. nu. 14. Vbi dicit quod similis captor, vel detector malefactoris, prius debet præmium cōsequi ex bonis ipsius delinquentis, quā ex huiusmodi pecunijs sumptibus iustitiæ destinatis, eo quod causam huic expensæ præbuit, & ita etiam tenet Auil. vbi supr. & in cap. 1. verb. salario, nu. 9. & cap. 17. verb. Las haran, num. 10. Iul. Clal. in practic. §. fin. quæst. 27. nu.
29 3. & 4. Et hæc quidem præmia, quæ à Iudicibus pollicentur, & præstantur, iustissima ratione fuerunt introducta, vt spe præmij facilius homines applicentur seruire Reipublicæ, vt inquit Cicero lib. 1. Tusculanarum quæstionum. *Quis enim virtutem amplectitur ipsam præmio sito.*

30 Sextus casus, similiter fæces ceræ (vulgo hachas) quæ consumuntur tempore alicuius incendij noctu contingentis, solui etiam debent ex pecunijs sumptibus iustitiæ destinatis, & in calculo tales sumpti sunt recipiendi cum Iudici sit permissum de his pecunijs expendere in rebus concernentibus bonam politicam, & administrationem iustitiæ, quod si hæ pecuniæ deficerent

36 Vndecimus casus, Eleemosyna data de publicis pecunijs est in calculo recipienda, quando ab antiquo erat cōsuetum.not. Auend.d.cap.10.n.18. dicens, quod si consilium Ciuitatis, Oppidi, vel Villæ ab antiquissimo tempore, in eleemosynas expēdere consueuit de bonis Reipublicæ donando Monasterijs, & hospitalibus, vel in alterius Christianæ pietatis splendorē, vt puta, in dando alimenta Clericis extra populum, processiones votiuas populi facientes, huiusmodi erogatio de bonis communibus iure fieri posit, ex notatis per Bar. in l. priuilegia, C. de sacrosan. Eccl. Felin. in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ. de cōstit. pluraq; in materia Eleemosynæ de publico facienda cumulauit Mexia in pragmatica panis concl.1.à.n.5.cū pluribus sequentibus, ex cuius doctrina hæc sententia apertissimè comprobatur.

37 Duodecimus casus, & si quid in eleemosynam pauperum consueuit de publico erogari, quidquid in hoc vel in alijs similibus eleemosynis expensum apparuerit in calculo recipiēdum erit, vrgente namq; necessitate de publico ærario debent pauperes subueniri, vt in l.2.C. de Episc. & Cleric. & in terminis ita tenet Paris. de Put. de syndic. verb. expensæ. Auend. de exeq. mand. d. cap. 10. & ita in alijs eleemosynis hospitalium, & monasteriorum, tenuit Alber. in l. si pater. §. si quis, ff. de dona. Bar. in l. priuilegia. in fin. C. de sacrosanct. Eccles. Roma. singula. 433. Peregr. Bonif. verb. Eleemosyna, q.3. glos. fi. fol.158.

38 Decimus tertius casus in calculo recipiendum erit, quidquid expēsum apparuerit de publico ærario in ornatu viarum, & alijs præparamentis in fœlicissimo Regis aduentu. vel in ampliādis ædificijs pro pulchriori aspectu factis, vt tenet Platea, in l. nullus, C. de cursu publico. Auend. dict. cap. 10. nu. 17. versic. decimum quartum, & versicul. decimum quintum, Ioann. Garcia de expensis cap. 21. num. 24. Bouadil. lib. 5. cap. 4. n. 6. & 17. vbi sub littera. C. alios allegat, & alios casus refert.

39 Decimus quartus casus si quid expēsum esset per Consiliarios, seu Decuriones, in acquisitione honoris certi, & liquidi suæ Reipublicæ, vel in eius defensione, in calculo recipiendū est. Honor nāq; Reipublicæ dicitur eius propriū patrimonium, vt in l. Item si verberatum §. 1. & ibi Angel. ff. de rei vend. & in l. Obseruare. §. antea quam. ff. de Offic. proconsul. Quo fit, vt si pecunia publica expensa sit, vt vicus, villa, vel villa ciuitas fiat, in calculo est recipiendum: satis namque omnibus vicinis interest, ne extra villam pro consequenda iustitia diuaguentur, non enim sine magno incōmodo quisà domo sua auocatur, vt in l. Si quis ex assignatoribus. ff. quemad. testa. aperiant. & in terminis ita tenet Auend. d. cap. 10. Prætor. nu. 20. versic. tamē istud. Bouad. d. lib. 5. cap. 4. nu. 53.

40 Decimus quintus casus, ex proxime
dictis infertur, quod si quid expensum
sit, de publico ærario, ad hoc, vt vicus
à contributionibus liberetur, procul du
bio est in calculo recipiendum, ad not.
per Bal. in l. quæ separatis, C. vnde libe
41 ri. quem refert Auēd. d. cap. 10. n. 20. Si
militerque si quid de bonis communi
bus detur Capitaneo, eo pacto ne mili
tes in villa hospitare faciat, si quod ita
donatur: non excedat rationis modera
men, est in calculo recipiendum, veluti
si daretur militibus, & Capitaneo ali
quod æsculentum, vel poculentum, vt
not. Bouad. d. lib. 5. cap. n. 40. vbi subdit
quod similia dare, cœdunt in seruiciū
domini Regis.

42 Decimus sextus casus, constituo regulā generalem, quod vbi quis aliquid, pro rerū acquisitione, conseruatione, & administratione expendit, omnino talis expensa in calculo est recipienda; nullus enim est casus, qui hoc genus deductionis impediat, vt in l. fundus qui. ff. famil. herciscund. l. 1. §. æque,

 ff. de

43 ff.de muner. & honor.præsertim quãdo non excesserit modum. l. 1. §. cum plures. §. nimium, ff. de administratio. & sic, vt in hac re errare non possit, est animaduertendum, quod in rationibus publici patrimonij, illud in calculo recipi debet, quod expensum apparuerit in vtilitatem vtriusque status: nobiliũ scilicet, & plebeiorum, & sic totius populi in vniuersum.

44 Decimus octauus casus, quando autem de publico expenditur per Consiliarios, seu Decuriones, pro vani nominis acquisitione, veluti vt eorum ciuitas, prius in curijs loquatur, vel vt ipsius Syndicus honorabiliori, & præstãtiori loco sedeat, hoc in calculo non est recipiẽdum, hæc enim præheminentiæ non peti, sed à Regibus concedi solent propter bene merita populorum seruicia. arg. l. 2. ff. de orig. iur. ibi. (Hæc non

45 peti sed præstari solere.) Alios quam plures casus recolligit Bouadill. dict. lib. 5. cap. 4. per tot. in quibus expensa facta de bursa communi Reipublicæ est in calculo recipienda, quos consulto referre desino tu illum omnino videas.

46 Et vt vnico verbo super ista redditione computorum concludamus, dicendũ erit, quod pecuniæ pro sumptibus iustitiæ applicatæ possunt in rebus directo ad administrationem iustitiæ concernentibus boni viri arbitrio expendi, idipsumq. procederet in pecunijs publicis; Reipublicæ etenĩ in istis pecunijs expẽdẽdis nullus ordo certus Vicarijs, Iudicibus, nec Consiliarijs, seu Decurionibus datus adhuc apparet: sed magis earum distributio, ipsorum arbitrio commissa videtur; ex text. in l. diuus, ff. de bonis damnato. Et in his, quæ Iudicis, & administratoris arbitrio commissa sunt. Etsi non omnino recte administrauerint, non ideo debent itidem pro mala administratione condemnari ex sententia Paulin. Castren. consil. 197. & 346. Bouadill. dict. lib. 5. cap. 7. numer. 23. maxime dum abest dolus, l. quamuis, ff. de cond. & demonst. quod præcipuè procederet, vbi animũ vtiliter expendendi habuerunt, nam tali casu etsi res in qua expensum fuerit malum exitum habuerit, non ideo

47 dolo illorum est tribuendum, quia credulitas, & alia quælibet colorata causa eos excusat à pena, vt voluit Cepola. consil. 13. num. 17. Tiraquel. plura referens in tract. de temper. pœnis. causa 43. num. 2. Octauia. Chaquer. decis. 71. num. 17. & pro hac sententia sunt iura fortissima, in l. qui mutuam. §. fin. ff.

48 mandati, vbi sumptus à procuratore, vel administratore bona fide facti, etiã si res malum exitum habuerit illi in calculo recipiuntur, & tex. in l. Prætor. ait. §. quod de fructibus. ff. de bonis autho. iud. possiden. & in l. 1. §. contrarium vers. sufficit, ff. de contra iud. tute.

49 Qua de causa Magistrum hunc Rationalem animaduertendum censui, quod si non inuenerit Vicarios, Iudices, & Consiliarios seu Decuriones pecunias publicas in vsus proprios conuertisse, vel aliter vsurpasse, non se molestum, nec scrupulosum exhibeat, quia rationes non debent scrupulose recipi, vt in l. neque supina, ff. de iur. & facti ignorantia. ibi: *Neque scrupulosa inquisitio exigenda*, l. si ideo, C. de his, quib. vt indig. l. si bene collocatæ, ff. de vsur. ibi: *Prospicere Reipublicæ securitati debet præses prouinciæ; dummodo non acerbum se exactorem, nec cõtumeliosũ præbeat, sed moderatũ, & cum efficatia benignum, & cum instantia humanum: nam inter insolentiam curiosam, & diligentiam non ambiciosam multum interest*, l. diuus, ff. de bonis damnato. ibi: *Quod quidem per quam nimia diligentia est*. l. Senatus 15. in princip. ibi: *etsi iusta causa abolitionis sit, & si*

erraſſe

errasse videbitur, det imprudētiæ veniam, ff. de iure fisci, l.6. ff. de iur. & facti igno. ibi, *neq. delatoria curiositas exigatur, vt sic Iudex excuset.* Bellug. in suo Speculo Princip. rub. 17. §. videamus num. 17. fol. mihi 108. subdit, quod isti Iudices rationales in hac ratione reddenda, se debent bene habere, considerata conditione personæ, & non curare de modico errore, quoniā de illo non curatur in rationibus reddendis, dum abesset dolus per tex. in l. Quamuis ibi, *Accepto computo.* ff. de conditio. & demostra. Sed debent facere suas diffinitiones iuxta consuetudinem curiarum, vt in l. Quod si nolit. §. Qui assidua, ff. de edilit. edicto. & l. fin. C. de fideiussoribus.

Deniq; vt huius capitis materiā, ab-
50 soluamus, dicimus, quod Magister rationalis in Cathalonia non solum tenetur, audire computa Officialiū, de quibus supra hoc titulo num. 4. & 6. meminimus, verum etiam, & triennaliū, quos intra quatuor annos, postquam desierint habere dicta officia triennalia tenetur absoluere, vel condemnare, pro culpis, negligentijs, & ommissionibus per eos in eorū officijs cōmissis, quod nisi fecerit, tam dicti Officiales quam eorum fideiussores sunt absoluti iuxt. consti. vnic. circa Regis Ferdinandi 2. sub titulo de Officio de mestre Rational, pag. 105. Quæ constitutio iuri conformis est. Etenim, quilibet admini-
51 strator in rationibus reddēdis ex damnis ex negligentia contingentibus potest, & debet onerari iuxt. text. in l. lex quæ tutores, C. de administr. tuto. & loquendo in administratoribus Reipublicæ, est tex. in l. Magistratus, & in l. Imperatores. §. item rescripserunt, ff. de administ. rerum ad Ciuit. pertinent. l. 2. C. Tutor, vel curator non gessit Socin. sen. consil. 92. n. 7. lib. 4. Menoch. de arbitra. casu 309. n. 32. Aviles in c. prætor. 90. glo. 1. n. 2. Bouadill. d. lib. 5.
52 cap. 4. n. 86. Platea. in l. 2. C. de condi. in pub. horreis, vbi dicit, quod si administrator Reipublicæ sarta tecta non habuit, & ideo triticum in publico horreo reconditum putrefactum, vel aliter deterioratum sit, tenetur Reipublicæ ad damnum, Crauet. cons. 132. n. 3. vbi subdit, quod vbi ex negligentia administratoris substantia administrata deterior facta fuerit, potest administrator ex tali negligentia ab officio remoueri referens exempla in Iudice, in tutore, in executore testamenti in Procuratore, in medico, & alijs vt ibi per eum la-
53 tius est videre. Verum in Cathalonia Officiales reddentes cōputa Magistro rationali vbi ipsi reperti fuerint, quod fraudem in eorum rationibus commisserunt, puniuntur per eundem Magistrum Rationalem in pœnā vndecuplæ, quæ vulgo dicitur (de les onze doblaries) iux. pragm. Regis Alfonsi datt. in fœlicibus Castri contra pontem currum 15. Octobris 1441. reconditam in eodem officio Magistri Rationali.

(***)

& iurium regaliorum nō aliter fieri debent, nisi praecedentibus publicis subhastationibus, vt sic excludantur, collutiones, & fraudes.

15 *Subhastationes probant iustum pretium, adeo vt fiscus restitui non potest ad lucrum, neq. locationis contractus rescindi valet, etiam praetextu laesionis.*

16 *Contractu perfecto etsi plus offeratur, non debet admitti iterata licitatio, quamuis vniuersitas sit laesa.*

17 *Fides hastae fiscalis neminem decipi debet.*

18 *Laesio ex noua causa superueniens operatur, vt locus sit reiterationi licitationis, verum, vbi perfecto contractu non adest aliqua fraus, tunc non conceditur amplius reiterata licitatio per maiorem oblationem postea superuenientem.*

19 *Amplia vt multo magis procedat, quando contractus coram Magistratu, vel Iudice fuerit celebratus: quia tunc omnis suspicio fraudis cessare videtur.*

20 *Baiulus Generalis, & Procurator Regij Patrimonij, locātes iura Regia, & fisci vectigalia tenentur illa locare personis habilibus, & cū idoneis fideiussoribus, aliter de bonis proprijs in visita ad resarciendum damnum condemnari possunt.*

21 *Baiulus Generalis, & Procurator Regij patrimonij non debent conducere gabellas, & iura Regia Clericis, nec eos in fideiussores accipere, quia Clerici á conductione vectigalium fisci excluduntur.*

22 *Idemq. est dispositum in familiaribus sanctisimae Inquisitionis, nisi prius facta renuntiatione fori.*

23 *Baiulus Generalis, & Procurator Regij patrimonij, non possunt locare vectigalia fisci, & iura Regia Officialibus Regijs, & multo minus pecuniarijs, mulieribus, Minoribus & debitoribus fiscalibus, aliter in visita syndicari possunt, vt n. 24.*

25 *Baiulus Generalis, & Procurator Regij patrimonij non possunt vendere res patrimoniales, & de Regio patrimonio absq. speciali Principis mandato, aliter in syndicatu tenentur.*

26 *Baiulus Generalis, & Procurator Regij patrimonij non possunt vendere bona immobilia fisci debitoris nisi concurrentibus solemnitatibus, & requisitis hic expressis, aliàs tenentur in syndicatu, n. 28.*

27 *Res magni valoris non debet vendi nec distrahi pro paruo debito.*

29 *Magistratus etsi Principis sint, non possunt capere bona alicuius, vti in fiscū deuoluta sine literis, & mandato Principis, alicquin ex tali grauamine poßunt in visita querelari.*

30 *Asseßores Baiuliae Generalis, qui de causis fiscalibus cognoscunt, tenentur in eis ordinem iudiciarium seruare, & qui obseruatur in Regia Audientia.*

31 *Assessores Baiuliæ Generalis vti Iudices Fiscales lite pendente per modum inuentarij, descriptionem bonorum, & rerum de quibus in iudicio controuertitur fieri possunt.*

32 *Descriptio, seu potius incorporatio, cum insignis, & armis, quæ significent rem esse Principis ante sentẽtiam per Assessores Baiuliæ Generalis fieri prohibetur, & vbi fieret pars contra quem facta fuerit potest illos in visita querelari.*

33 *Sequestratio lite pendente fieri inhibetur, sicut, & ipsius rei in fiscum incorporatio, & assignatur ratio num. 34.*

35 *Sequestrum lite pendente penes tertium, aut reum, fieri potest, cum fideiussoribus, quando adest legitima suspicio, vel alia iusta causa.*

36 *Iudices fiscales ad fisci petitionem possunt compellere partes tenentes, & possidentes castra iurisdictiones molendina, & alia iura regalia. Quatenus edant, & ostendant titulum inuestituræ, & traditur ratio num. 37.*

38 *Limita in rebus particularibus per priuatos possessis super quibus talis compulsio editionis tituli fieri prohibetur per Iudices, & assignatur ratio num. 39.*

40 *Magistratus omnes in Cathalonia syndicari possunt, vbi emerint, per se, vel per interpositam personam, domos, terras, vineas, oliuitia, & alias proprietates, quæ pro executione suorum tribunalium venduntur, aut aliter fuerint litigiosæ.*

41 *Baiulus generalis Cathaloniæ, & Procurator Regius Rossilionis & Ceritaniæ, non possunt, se intromittere sub pæna priuationis suorũ officiorũ, et nullitatis decreto de personis, nec causis ad Officiales ordinarios spectantibus, etiam quod sint arrendatores lesdarum, seu redditum, & iurium regalium, nec illis licentias portandi arma cõcedi.*

42 *Plura alia huic Magistratui competunt obseruare, quæ referuntur, in quorum obseruatione vbi Baiulus Generalis, & Procurator Regius Rossilionis, & Ceritaniæ negligentes fuerint in visita querelari poterunt.*

1 BAIVLVS Generalis in Cathalonia, & Procurator Regij patrimonij, in comitatibꝰ Rossilionis, & Ceritaniæ, sunt Magistratus antiquisimi, instituti, & ordinati pro recuperandis, & colligendis redditibus Regijs, in eorumque respectiuè tribunalibus cognoscitur de causis ad Regium patrimonium pertinentibus, & spectãtibus: vtpotè de rebus feudalibus, & Emphyteoticarijs, quarum Rex est dominus directus, ac etiam de lezdis, censibꝰ, tributis, cænis, pœnis, mulctis, alijsq; rebus fiscalibus, & fisco Regio pertinẽtibus, provt hæc omnia latè probat eruditis-

ditissimus Regius Senator Antonius Oliba in tractatu de Iure fisci cap.4.n. 53. cap.5.n.15. & c.14.n. 123. & 125. vbi latè describit omnes res, quæ sunt de patrimonio dominij Regis, quarum tuitio, recuperatio, & defensio pertinet ad Baiulum generalem, & Procuratorem Regij patrimonij, quas per te videre poteris; & Michael Ferrer 3. part. obser.cap.53.54.& 55. plura etiam refert de iurisdictione, potestate, ac exemptione Baiuli generalis, & suorum Officialium. Colligitur enim ex d.cap. 53.
2 Quòd absente domino Rege à præsenti Principatu ipse occupat merces, Naues, & personas inimicas domini Regis
3 in cap.54. Quod ad ipsum Baiulū generalem spectat cognoscere de bonis vacantibus, & in d. cap.55. legitur quod
4 Baiulus generalis, & sua curiæ officiales sunt exempti à jurisdictione Gubernatoris Generalis Cathaloniæ, qui & eius Vices gerens in causis Ciuilibus, & Criminalibus patrimonialibus nō possunt se de illis intromittere in prima instantia: Habet enim iste Magistratus. Maximam auctoritatem, & præhemi-
5 nentiam: Quia Baiuli Generales procuratores Cæsarum appellantur vt not. Belluga in specul. Princip. rub.6.num. 11. versic. Post hos sedent Baiuli generales. Oliba in eodem tract. de iure fisci cap.14.nu. 123. dicit Baiulum generalem esse Cæsaris Procuratorem, olim vero Comites rerum priuatarum, vel sacri Patrimonij appellabantur, vt in l. vnica, C. de officio comit. rer. priuat. l. si quis, C. vbi caus. fiscal. Frec. de sub feu
6 dis lib.1. in tit. de offic. mag. Camer. n. 2.& 14. Huius Regij Patrimonij Magistratus, ab Alexandro Seuero Imperatore legitur fuisse introductū, vt, quod
7 ipse Princeps iudicare posset, etiam in causa propria per suos peculiares Iudices determinari valeret, veluti ac si ab ipso Rege iudicaretur, l. 1. ff. de offic. Procura. Cæsar. tot. tit. C. vbi causa Fiscales Frec. in loco citato nu.13. in quo nō mediocre Fisci priuilegium versatur contra regulam, C. ne quis in sua causa prout aduertit Alciat. consil.12. nu.11.
8 lib.8. vbi propterea infert, quod Fiscus est formidolosus, qui adeò in suis causis est priuilegiatus, vt non possit in alium Iudicem consentire, nec alterius iurisdictionem prorogare, vt inquit Bald. in l. cum eorum, C. de sentent. Ideòq.
9 Fiscus siue actor, siue Reus sit, ex quacunq. causa suos Iudices prætaxatos habet l. si vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. l.1. C. de fide instr. eod. lib. l. si constā te §. fi. ff. solut. matr. l. cum eorum, C.
10 de senten. cum simil. Inter priuatos autem Fiscalis Iudex non cognoscit, l. procurator, C. vbi caus. fiscal. nisi priuatus, priuatum conueniat ex causa, quæ à fisco pendeat, l. Si vendente, C. eod. l. Si minori, C. De iure fisci lib.10. quia extra causas fiscales nullam habent iurisdictionem, l.1. C. de Iurisdict. omni. iud.
12 Iste autem Baiulus generalis, Procurator Regij patrimonij, & illorū Assessores obnoxij sunt visitationi Regiæ, sicut cæteri alij Officiales iuxta sæpe allegatum capitulum 5. curiæ anni 1599. ideo in ea inter alia de infrascriptis visitari poterint.
13 Et primum cum principalis cura, & solicitudo huius magistratus sit intēdere, & inuigilare circa arrendamenta omnium regiorum introituum, & redditiuum domini Regis, quæ à Censoribus olim apud Romanos fiebant: vt di-
14 xit Liuius libr. 39. & 43. Ideo oportet, quod Baiulus generalis, & Procurator Regij patrimonij, & in eorum absentia ipsorum Locatenentes sollicitii, & vigilantissimê attendant, quod locantes, & arrendantes vectigalia, iura, & tributa Regia domini Regis non aliter illa locent, neq. arrendent: nisi præcedentibus publicis subhastationibus, vt sic excludantur collusiones, & fraudes, quæ inde oriri poterint iuxt. tex. in l. fi. vbi Ioan. de Plat. & Luca. de Penna, C. de Vendend. reb. ciuit. lib. 10. l. præses

l.præses.C.de Publica. Auendan.in tit.
Quæ sint regal.in verbo vectigalia nu.
12.Roland.consil. 90. vol.1. Menoch.
consil.80. Gutier.de Gabell.quæst.141.
& 150.cũ plurib.seq.D.Borel.de præst.
Reg. Cathol. cap. 11.n.28. vnde Cice-
ro de lege Agrar.contra Rullum ait;
***Censoribus vectigalia locare nisi in
conspectu Populi Romani, non li-
cet decem viris vendere, vel in vl-
timis licebit,*** aliàs enim locationes nul-
læ redderentur Gutier.lib.4.quæst.58.
15 Accedit demum, quia per dictas subhastatio
nes probatur verum, & iustum pretiũ,
vt postea fiscus ad lucrum restitui non
possit, neq. locationis contractus rescin
di valet etiam prætextu læsionis iuxta
tex.in l.Lucius.§.fin.ff.ad municip. &
ibi glos. quæ alia iura allegat. Bart. &
DD.in l.Si tempora per illum tex. C.
de Fide instru,& iur.hast. lib.10. idem
Bart.Bal.& Angel.in l.1. C. de præd.
decurio.lib.10. Alex.ad Bart.in l.si quos
C. de rescind. vend. Alciat.in responsi
310.num.2.Alber.in l.Et si sine.§.quæ-
situm,ff.de minorib.vbi,quod perfecto
16 contractu,si compareant plus offeren-
tes non debet admitti iteratò licitatio,
etsi vniuersitas sit læsa, & ita iudicatũ
fuisse testatur per tex.in l. 1.& 3. C. de
17 vendend.reb.ciuit.lib.11.quia fides hastę
fiscalis non debet decipi,l.Si hypotecas
C.de remis.pignor.eumq.sequutus est
Afflict.decis.340.vbi idem iudicatum
fuisse refert contra fiscum Auendan.
18 de exeq.mand.lib.2.cap.12.num.3. nisi
tamen læsio causetur ex noua causa su-
perueniente secundum eum, quem se-
quitur Menoch.in consil.843.num.28.
consil.844.num.33.cum seq. & melius
consil.1121.n.1.& 2.etenim vbi perfecto
contractu non adest aliqua fraus tunc
non conceditur amplius reiteratò lici-
tatio per oblationem maiorem po-
stea superuenientem, iuxta text. in
19 l. Si minori,C.de Iur.b.fiscal.libr. 10.
& multo minus quando contractus
celebratus fuerit coram Magistra-
tu, vel Iudice: nam tunc cessare vi-
detur omnis suspicio fraudis ad no-
ta. per Bart.in l.frater à fratre num.50.
vers. tertio quæro, ff. de cond. indebit,
Alex.in l. transactione in fi.C.de tran
sactio. Alciat.de præsumptio.reg.1.præ
sump. 21. Ideoq. vt fiscus facilius inue-
niat, qui cum eo contrahere valeat,
20 summè oportet, quod omnia prædicta
ad vnguem obseruentur, & ipsi Baiu-
lus generalis, & Procurator Regij pa-
trimonij, vtiq. obseruare debent, quod
locantes iura Regia, & vectigalia fisci,
illa locent personis habilibus, & cum
idoneis fideiussoribus: aliter autem te-
nerentur de proprio,& in visita ad sa-
tisfaciendum,& resarciendum damnũ
condemnari potuerint ad tradita per
Ioan.de Plat.& Luca. de Penn. in l.1.
C.de locat. prædio.ciuil.& facit tex. in
l.Quicunq. C.de fund.patrimonial.lib.
10. Gutier.de Gabell. quæstion. 133. &
& 154. vbi multa discurit de huiusmo-
di fideiussoribus, & Alfa. de iure fisc.
glo.34.§.2.& 6.
21 Secundo ex proxime dictis infertur,
quod dicti Baiulus generalis, & Procu-
rator Regij patrimonij, non debent
conducere gabellas,& iura Regia Cle
ricis, nec eos in fideiussores pro huius-
modi conductoribus accipere, quia cle-
ricis à cõductione vectigalium fisci ex-
cluduntur iux.tex.in §.illam in authen.
22 de sanctissim. Episcopis, & ibi Angel.
hoc not.idemq.dispositum est in fami-
liaribus sanctissimæ Inquisitionis, nisi
prius facta renuntiatione fori. Simili-
23 terq. nec similes locationes in fauorem
Magistratuum,& Regiorum Officialiũ
firmare debent secundum Bald. in l.
Quisquis,C. si cert.petat. Angel. in.§.
œconomis in auth.de non alienan. Me
noc.cons.843.n.23. & seq.vol.9. Alfar.
de iure fisci glo.24.§.2.n.77. Gutier.
de Gabell.quæst.132.num.34.cum seq.
vbi ponit alias personas prohibitas à
conductione vectigalium fiscaliũ ma-
xime

ximè si sint Officiales pecuniarij de quibus per Bouadill. lib. 3. cap. 4. nu. 35. & cap. 8. Gutier. pract. quæst. 55. & 56. lib. 4. Mulieribus deniq. minoribus, & debitoribus fiscalibus minimè licet conducere vectigalia vt ex pluribus iuribus, & Doctorum doctrinis comprobatur per Peregri. de iure fisci lib. 6. tit. 5. num. 8. 10. & 11. Aliter autem vbi Baiulus generalis, & procurator Regij patrimonij similibus personis iura, & vectigalia Regia locarent ex eo in visita visitari, & syndicari possent.

25 Tertio vtique visitari potuerit vbi vendidissent res patrimoniales, & de Regio patrimonio absq. speciali Principis mandato iuxt. tex. in l. 1. ff. de officio Procurat. Cæssar. l. Fiscus ad finem, ff. de iure fisci Bart. in l. 1. C. de fide instrumen. libr. 10. vbi secus concludit in venditionibus rerum debitoris fisci.

26 Quarto cum Baiulus generalis, seu Procurator Regij patrimonij vendunt, bona immobilia debitoris fisci, seu quæ immobilium nomine censentur, debent solemnia prius præcedere antequam ad illorum distractionem procedant primum namque requiritur, quod adsit debitum alioquin deficeret venditionis causa, & inualida penitus esset venditio, vt nota. Ias. in l. si non sortem. §. si centū, ff. de cond. indebi. secundum requiritur, quod debitor interpellatus fuerit, & in solutione debiti cessauerit, vt in l. 2. & 3. C. si propter publi. pensitat. glo. in l. 1. eod. titulo Tertium, quod venditio fiat præsente Procuratore fisci, seu commissario tribunalis glo. & Bar. in l. 1. C. de fide Instrum. per illum text. Socin. consil. 46. numer. 17. volum. 4. Quartum, quod Interueniat publicæ subhastationes per terminum iuris statutæ, l. si tempora, & ibi glo. & Doctor. C. de fide instrumen. libr. 10. & Bart. in l. Lucius, ff. ad municip. Quintū, quod in subhastationibus exprimatur qualitas rei, & quantitas redditus, ne sub nomine subhastationis publicæ, fraudibus locus relinquatur, l. si quos, C. de rescind. vend. Sextum, quod bona fide vendantur, l. 2. C. si propter public. pensi, ibi sincera fide l. 1. C. de præscript. trigita anno. l. si quos C. de rescind. vend. & l. Si minori, C. de iure fisci & l. 1. C. de fide in-

27 strumen. libr. 10. cum similib. Septimum, quod pro paruo debito, non vendantur res magni valoris, ne priuati debitores nimirum in rebus suis grauentur, dict. l. si. quos & l. 2. C. de rescind. vend. octauum, quod in venditionibus non inserantur pacta insolita, quia inualida essent l. 1. C. de pasc. pub. libr. decim. Francis. Lucan. de priuileg. fisci. numer. nono clausulæ enim insolitæ arguunt suspicionem fraudis, Bald. in l. si quis sub conditione, ff. de i. conduct. instrumen. Alexand. consili. 89. numer. 3. Nonum, quod pro iusto pretio res vendatur, l. 3. §. diui. ff. de iure fisci, l. si minori, C. eodem l. secund. C. si propter. public. peus. ibi iusto precio, & l. 1. C. de præscript. triginta. annor. vbi glo. Bartol. & alij. & Decimum, quod res, quæ venditur precio presente vendatur: non enim fisci Procuratores vendere possunt habita fide de precio: nisi aliter in mandatis habuerint, l. si Procurator, ff. de iure fisci, l. 1. & l. & si instrumenta. C. de fide instrument. lib. decim. l. 1. C. ne Fiscus, & in dictis iuribus notatur per Glo. Bartol. & scribentes, & late Ias. in l. 1. C. de officio procurator. Cæssar. nu-

28 mer. 18. Vnde aliter absque dictis solemnitatibus, venditiones fiscales facientes, vti contra tot iura procedentes visitari, & syndicari possent.

29 Quinto, isti Magistratus etsi Principis sint, non tamen possunt capere bona alicuius vti in fiscum deuoluta sine literis, & mandato Principis, alioquin possessor potest defacto impune

impune resistere casus est in l.prohibitum,C.de iur.fisci libr.10.& ex consequenti ex tali grauamine poterit illos in visita querelare.

30 Sexto,quia ad Assessores huius tribunalis Regij patrimonij pertinet, cognoscere de causis fiscalibus in illo vertentibus,ideo tenentur in dictis causis ordinem Iudiciarium seruare citata prius parte;etenim planum est in causis fiscalibus citationem esse necessariá l.de vnoquoq.ff.de re iud.c.nos in quẽdam 1.quæst.1.Clement.Pastoralis de re iudic.omissa autem citatione cõpertum est,sententiam fore ipso iure nullã quamvis latam à Principe supremo d. Clem. Pastoralis,& d.c.nos in quemquam pulchre Decius consil. 544. Et quod in dictis causis teneantur iudiciarium ordinem seruare,not.Bar. in l.1. C.de conducto,& Procura.lib.11.& Lucas de Penn.sequuntur Matth. de fisco quæst.181.Ias.in prælud.feudorũ n. 50. Decius consil.61.Rolan.à Vall.consil.66. col.vlt. vol. 3. & apud nos extat.const. 48.curiarum anni 1599.in qua disponitur,quod Assessores Baiuliæ generalis,& procurationis Regiæ,committatuum Rossilionis,& Ceritaniæ,& aliarum procurationũ regalium , teneãtur seruare in causis in dictis tribunalibus vertentibus,eundẽ ordinẽ,qui obseruatur in Regia Audientia vnde contrafacientes in visita , de prædictis visitari possent.

31 Septimo,licet dictis Assessoribus,vti Iudicibus fiscalibus , licitum sit lite pendente per modũ inuentarij , facere descriptionem bonorum , & rerum de quibus in Iudicio controuertitur, vt in l.1.§.penult. ff. de ven. in poss.mit. l. 3, & l.fin.C. de bon. vacant. vbi Bart. & Angel.Lucas de Penn.in l.defensionis, 32 C.de iure fisci lib. 10. Cæterum non erit ipsis permissũ,facere descriptionẽ, seu potius incorporationem ante sententiam;cum insignijs, & armis , quæ significent rem esse Principis, quia talis inscriptio , seu incorporatio de iure fieri prohibetur per dictam l. defensionis , & consequenter vbi illa fieret pars contra quam facta fuerit , vti grauata , poterit ex tali grauamine in Iuditio visitationis ipsos Iudices querelare.

33 Octauo,sequestratio quoq. pendente lite fieri inhibetur,sicut & ipsius rei in fiscum incorporatio d.l. defensionis vbi idem Lucas de Penn. not. & l.fin. C.de bonis vacant.lib.10.& ratio est.

34 Quia non aliter reus de possessione eijci debet , donec lis finiatur , vt dicunt Guid.Pap.quæst. 366.& Couarru. variarum resolut. cap. 16.n. 9.& sic vbi contrarium fuerit prouisum,& in exequutione deductum,vtique esset grauare partem, de quo grauamine poterit in visita conqueri ; cui tamen querelæ 35 locus non erit,vbi adest legitima suspicio,vel alia iusta causa nam tunc res in sequestro pænes tertium, aut penes reum, præstitis fideiussores deponi potest,l. fi. C.de ord.cogni.

36 Nono,licet isti Iudices fiscales,ad fisci Procuratoris petitionẽ possint,compellere partes tenentes, & possidentes regalia, iurisdictiones, castra , vel alia bona in feudũ quatenus edant,& ostendant titulum inuestituræ,ad tex.in l.2. C.de fund.limitrop.lib.11.& ibi adnotarunt,Bart.Ioan.de Plat. & Lucas de Penna Bal. in l.2.n.8.C. quomodo , & quãd.Iud.& in l.instrumenta nu.7.C. de fideicõmis.Ias.in prælud.feudo.n.50. Roma.consi.163.col.vlti. Afflict. decis. 265.n.87.Roland.à Vall.consi.89. nu. 21.& 22.vol.2.& in consi. 66. col. pen, & vlt.vol.3.pulchre Gram.consi.9. qui loquitur in illo, qui habet molendinũ in aquis publicis,quæ de regalibus sunt vt in capit. 1. in titul. quæ sint regal. 37 quæ quidem res per priuatum vti incapacem possideri sine titulo non possunt,vt in cap. contra morem 100. dist.& tot.tit.quæ sint regal.& ex eam causam compelluntur edere titulum possess-

38 possessionis. Veruntamen huiusmodi compulsio extra supra dictos casus fieri nequeunt: etenim licet Princeps quo ad prædicta habeat intentionem suam fundatã, non tamen quo ad dominium rerum particularium, quæ per priuatos, vel per aliquam vniuersitatẽ possidentur sic Abb. in cap. si diligenti de præscrip. Socin. sen. cons. 127. nu. 5. vol. 2. Alex. cons. 76. col. fi. lib. 2. Corn. cons. 282. col. 2. lib. 4. Deci. cons. 528. n. 9. Afflict. in c. Imperialẽ. §. illud n. 30. in tit. de prohib. feud. alien. Et ex cõsequenti super rebus particularibus per priuatos possessis non poterunt dicti Iudices eas cõpellere, vt titulum pos-
39 sessionis doceat. Quia secundum iuris regulas possessor non tenetur probare, nec dicere titulum suæ possessionis, l. in speciali, ff. de rei vind. l. cogi. C. de peti. hæred. cum similib. Ac ideo vbi super his partes compellendo grauarent à tali grauamine in visita querelari poterunt.

Decimo visitari vtiq. poterint omnes isti Magistratus quotiescunq. emerint per se, vel per interpositam personam domos, terras, vineas, oliuaria, aut alias proprietates, quæ venderentur pro executione suorum tribunalium, aut alias fuerint litigiosæ, quia prohibitum est eis similes proprietates emere, iuxta capit. curiæ 49. curiarum anni 1599.

Vndecimo Baiulus generalis Cathaloniæ, & Procurator Regius Rossilionis, & Ceritaniæ non possunt se intromittere de personis, nec causis ad Officiales ordinarios spectantibus quantumvis sint Arrendatores lezdarum, seu reddituum, & iurium regalium, nec etiam possunt concedere licentias portandi arma, nec alias exemptiones sub decreto nullitatis, & priuatione ipso facto suorum officiorum iux. consti. 1. Reginæ Mariæ incip. ab serie sub tit. de Balle general pagi. 16. & ibi Mier. p. 2. cap. 23. coll. 10. fol. mihi 37.

Deniq. plura alia huic Magistratui competunt obseruare interq; pertinet prohibere ne arma, plumbum, sulfureus puluis, pix, equites, & alia ad bellum pertinentia à Regno extrahantur vt in l. 1. C. vt armor. vsus. Pont. de Pro rege titul. de diuers. prouisio rubr. de arm. n. 1. cum seq. Ac etiam competit prohibere extractionem victualiũ maximè tempore necessitatis, seu penuriæ vt not. Canonistæ in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constitu. Silua in consil. 35. n. 32. Roland. à Vall. cons. 3. n. 13. vol. 2. Brun. cons. 151. vol. 2. Franc. March. decis. 230. et 236. p. 2. Socin. iun. cõs. 76. vol. 4. Panciroi. cons. 116. n. 22. Bertaz. cons. 83. in criminal. vol. 1. Surd. consil. 210. numer. 9. volu. 2. & 558. vol. 4. late Auil. in cap. 52. prætor. per tot.

Rursus alia quã plurima ipsorũ officio incumbunt de quibus extant pragmaticæ Regis Alfonsi 4. in tit. de Officio Baiulis generalis in 2. vol. cõst. pag. 48. & sub eod. tit. in primo vol. const. pag. 106. & ibi Mier. in loco proximè citato, Oliba de iure fisci cap. 5. num. 15. & cap. 14. num. 123. & seq. & nouissime per Mastril. in tract. de Magistra. lib. 5. cap. 9. In quibus obseruandis vbi negligentes fuerint vtiq. de illis in visita visitari, & syndicari possunt.

(§)

14 *Viccarij, & Officiales tenentur in syndicatu quando indebite aliquem carcerauerint, & assignatur ratio ibidem, num. 15.*

16 *Conuicia dicens Officialis, iniuriarum actione tenetur, et quandoque etiam de vulnere, percussione, & homicidio, num. 17.*

18 *Viccarij non possunt, absque crimine fragranti, capere aliquem sine Iudicis mandato, in scriptis, quod etiam capiendo ostendere tenentur.*

19 *Officialis sicut temere innocentē capiens, tenetur de iniusta captura, ita capturam iustam denegans, in syndicatu conuenitur; & consequenter vbi fuerit negligens in capiendo malefactorem.*

20 *Viccarius tenetur si de maleficio non inquirit, & assignatur ratio, numer. 21.*

22 *Officialis non faciens, quod ratione officij facere tenetur, præsumitur esse in dolo.*

23 *Negligentia dicitur peccatum mortale, in Officiali, qui ex officio obligatur aliquid facere, quod & in Prælato procedit n. 24.*

25 *Viccarij, Baiulij, & alij Officiales tenetur in syndicatu, si carceratum in carceribus subterraneis, & foueis posuerint.*

26 *Viccarij tenentur in syndicatu, si carceratum pro leui delicto, in carceribus subterraneis, & foueis ligatum cum maniuis, Cippis, & ferrreis, longo tempore detinuerint.*

27 *Viccarij, Baiuli, & alij Officiales delictum in eorum officijs committentes mitius puniuntur.*

28 *Viccarij & alij Officiales, si vident rixantes, & ad arma ruentes, debent occurrere ad sedandum rixam, cum eorum familia, alias possunt officio priuari.*

29 *Vicarij non possunt hospitari aliquem in domo Doctoris, eo quia Doctores sunt exempti ab onere hospitandi, aliter in syndicatu tenentur.*

30 *Militum hospitium est onus reale, & quid habere ipsi milites debeant, pro ipsa hospitio.*

31 *Milites deficientibus stipendijs, castra potius deserere, quam ex alieno viuere debent.*

32 *Officiales, & Magistratus quando in itinere hospitantur nulla dona capere debent: sed proprijs sumptibus viuere tenentur.*

33 *Vicarij in Cathalonia cum prosequuntur processum soni emissi, non possunt compellere agricolas ad dandum panem, et vinum hominibus de exercitu.*

34 *Officiales missi per Cathaloniæ Principatū; non debent vitualia minori*

precio emere, quam venduntur in foro publico: nec eis Vniuersitates vendere viliori precio compelluntur.

35 Viccarij tenentur de excessibus, sui exercitus commissis de ipsorũ mandato, vel ipsis consentibus pro quibus syndicari possunt.

36 Compositiones delictorum omni iure sunt prohibitæ, et redditur ratio ibidem num. 37.

38 Compositio, vt valeat fieri debet, ante sententiam, & sic inquisitione pendente.

39 Compositio post sententiam facta non valet.

40 Compositio tunc est permissa, quando fit cum personis honestis, quarum correctio verisimiliter speranda est, secus cum seditiosis latronibus, & aliis similibus, quod & de iure municipali Cathaloniæ procedit num. 41.

42 Compositio facta parte non concordata, minimé valet.

43 Princeps admittens reum, ad compositionem rescribere debet, sine præiudicio partis offensæ, aliàs peccaret.

44 Officiales Regij ordinarij, & delegati cuiuscunq. præheminentiæ sint, non possunt in Cathalonia pro compositione criminosi aliquid recipere: nisi parte læsa prius satisfacta sub pæna priuationis officij, & centum morabatinorum.

45 Viccarij Regij in Cathalonia nõ possunt componere vagabundos, nec Bomianos, seu AEgyptianos guidare, sub pæna centum librarum, & priuationis officij.

46 Compositio pro crimine sacrilegij, fieri non potest in Cathalonia, donec ille, qui manus violentas in clericum, seu religiosum imposuerit, plenarie satisfecerit & absolutionem a Romana Ecclesia obtinuerit.

47 Viccarij, & Iudices nedum possunt Reis Guidaticum seu Saluum conductum concedere parte læsa non satisfacta verum nec Bannitos aggratiare, nec famam restituere quinimo contrafacientes in syndicatu tenentur n. 47.

48 Viccarij, & omnes alij Officiales personaliter seruire tenentur, non autẽ per substitutum, & quæ sit ratio ibi num. 49.

50 Officialis non potest à loco administrationis recedere sine licentia, alīter priuatur salario, quod, & de iure municipali Cathaloniæ procedit nu. 51.

52 Officiales Baronum recedentes à loco administrationis sine licentia priuantur officio.

53 Prorex tantum dat licentiam officialibus, recedendi á loco, vbi officium administrant.

54 Vicarij, & alij Officiales syndicantur de absentijs in eorum officijs commissis, sine licentia.

55 Officialis salariatus, nõ potest aliquid recipere à subditis, alias in syndicatu tenetur, et assignatur ratio, n. 56.

Officia-

57 *Officialis finito officio recepit salarium vsq ad aduẽtum successoris, quem expectare debet, alias punitur in syndicatu n.58.*

59 *Officiales in vna die plures executiones facientes, vnam tantum dietam recipere possunt, etiã, quod plurimorum negotia eadem die fecerint, & traditur ratio istius prohibitionis n.60.*

61 *Algutzirius, & executores, exeuntes extra ciuitatem ad executionem faciendam, pro eundo, & redeundo, non debent percipere: nisi pro vno itinere, licet facere debeãt plures executiones in diuersis locis aliter ad restitutionem tenentur, & puniuntur.*

62 *Viccarij Baiuli, et alij officiales nihil à subditis recipere debent praeter iustum salarium, aliter in syndicatu tenentur.*

63 *Ampliatur etiã à violentibus sponte dare vltra sibi debitum, non tenentur recipere, & assignatur ratio n.64.*

65 *Notarius ancianorum, si est salariatus de publico, non potest aliquid accipere etiam à sponte dante.*

66 *Officialis obnoxius est anotare in libro, quicquid exigit, & quantũ, & de receptis reddere compotum Magistro rationali.*

67 *Viccarij in Cathalonia non possunt recipere seruitia: nisi parum de cibo, quod paucis possit consumi diebus sub poena priuationis officij.*

68 *Inhumanum est nihil penitus recipere ideoq permittitur aliquid mini mũ breui tẽpore peiturũ recipere.*

69 *Munus magnum recipiens officialis praesumitur, in eo auaritia, signũque est lupi rapasitas: ideo ei munera magna recipere prohibetur.*

70 *Munera excecant lumina sapientiũ, & mutant verba iustorum.*

71 *Officialis nihil vltra salarium ei constitutum à litigantibus recipere debet.*

72 *Officialis si plus accipit, quam sibi competat, mortaliter peccat, et ad restitutionem tenetur.*

73 *Officialis in Cathalonia salarium vltra taxã recipiens punitur poena restitutionis dupli, & priuationis officij.*

74 *Salarium iustum, & competens debet constitui officialibus, et Magistratibus, quod que laboribus correspondeat.*

75 *Leges abhorrent, homines sine praemio laboriosis officijs fatigari: quia non permittunt neminem in paupertate viuere, nec in anxietate mori. Quod & à iure diuino procedit.*

76 *Magistratus, & Iudices diuitijs abundare debent, id siquidem Reipublica interest.*

77 *Paupertas, & inopia in Magistratu, & Iudice, iustitia administrationi nociua est nõ nulla circa paupertatem, & diuitias curiose notantur.*

Viccarij

78 *Vicarij in Cathalonia oportet, quod sint diuites, vel saltim quod mediocritatem fortunarum habeant.*

79 *Vicarij, & Potestates terrarũ debẽt paupcres, & miserabiles personas tueri, & defendere, ne opprimãtur à potentioribus, aliàs in syndicatu tenentur, & à Deo redarguentur.*

80 *Donationes, & oblationes potentum, qui pauperes opprimunt, à Sacerdotibus refutandæ sunt in pœnam oppressionis.*

81 *Vicarij, nec alij Magistratus prouincias regentes, negotiari, nec contrahere possunt cum eorum subditis, et assignatur ratio n.82. vbi, quòd aliter facientes in syndicatu tenentur.*

83 *Vicarius in loco officij, prædium per se vel per alium emere non potest, & minus quando venditur vi, et districtu suæ curiæ, & redditur ratio num. 84.*

85 *Vicarij ementes victualia, vili pretio cum minis, & terrore syndicari possunt, licet eis permissum est, vbi talia victualia ad emendum non inuenerint, iusto pretio soluto impune à subditis auferre, & assignatur ratio ibi n. 86.*

87 *Vicarij tenentur de cõmissis, per suos Officiales, & familiares, si delinquũt in officio, vel ratione officij, & traditur ratio sub n. 88. 89. & 90.*

91 *Vicarius, & Magistratus, vt non teneatur pro familia debet ei resistere, & contradicere. Quando videt aliquid iniuste agere.*

92 *Ignorantia non prodest Vicarijs, nec alijs magistratibus super delictis, & factis suorum Officialium.*

93 *Disposita in sciente, habent locum in scire debentem.*

94 *Scire dicitur aliquando per vehemẽtem opinionem.*

95 *Ignorantia crassa, & supina non excusat.*

96 *Officialis obnoxius indagare aliquid, ratione sui officij, præsumitur in eo scientia, & consequenter tali casu ignorantia ipsum non excusat.*

97 *Excusatio non potest esse Pastoris, si Lupus oues comedit, & pastor nescit: cum teneatur inquirere, & curam de ouibus suis habere.*

98 *Vicarij, & alij Magistratus tenentur pro vxore, matre, & filijs, & traditur ratio n. 97.*

99 *Vicarius cogitur exhibere Officiales & domesticos, vt conueniantur, vel vt testimonium ferant de his, quæ in officio fecerunt.*

100 *Officialis committens homicidium, furtum, adulterium, vel aliud simile delictum, fauore, calore, et auctoritate officij à visitatore punitur in syndicatu.*

101 *Vicarij, Baiuli, Algutzirij, et alij Officiales iurisdictionales tenentur, in pluribus alijs casibus quos vide remissiuè.*

VICCA-

1 VICCARIVS Regius in Cathalonia, quod de iure cōmuni idem est, quod Prætor, cæteriq; qui baculum iurisditionale, seu insigniam iustitiæ deferunt. Nec non etiam reliqui alij Officiales,& ministri iustitiæ,cuiuscũq. status,& conditionis existant, videtur in hoc visitationis Iudicio summè necessarium fore, illos primum inquiri, syndicari, & visitari debere, num pro
2 officio obtinendo peccuniam dederint, etenim qui pecuniam dat pro officio habendo malum animum habere præsumitur ad tex. in l.2. C. de muri legul.
3 lib.10. Martin Lauden.de Official. domino.§.58.cum vt plurimum isti emptores,vt extorqueant precium; quod pro officio dederunt; & aliquid amplius in eo lucrentur, multa peccata committunt:nam lites excitant,& prorogant de industria,& pecunias per fas, & nefas,acquirũt,ac cupiditatem suam excusant, ac tegunt dicentes: officium hoc emi,necesse est; vt ex officio meis pecunijs empto viuam, & aliquid lucri faciam. Vnde D.Grego.in Epistol.110. & 114.lib.7.Gaeta.in verbo officiorũ secularium venalitas; & latius Soto de iust. & iure. lib.10.quæstion.6.artic.4. Bartholom.Fum. in sua summa aurea in verb. officiorum venditionem periculosam esse,& è Republica extermināda dicit,ob tot,& tanta mala,quæ inde sequũtur,cum necessarium sit,quod qui emit,vendere habeat, & vbi iustitia venditur, quid boni in Republica esse potest:Et propterea Alex: Seuerus (vt refert Lampridius in eius vita) dicere consueuerat,se nolle dignitates,& Magistratus vendere,quia, qui emerint necessarium esse,vt vendant ad recuperandas pecunias; iam exposcitas, quod optimè dixit D.Thom.quæstion. 7.disput.5.princip.2.quæstio.5. in fine; ibi, *Cum officium sub mercede venale disponitur,nihil: nisi ad recuperan-*
4 *dum precium attenditur*. Qua de causa iure statutum est,quod ad officia nullus pecunia data,vel ambitione promoueri possit,vt est tex.& glo.in l.fi.C.ad l.
5 Iul.repetund. imo cum promouentur ad talem dignitatem,vel officium,iurare tenentur Officiales, quod pro dicto officio nihil dederunt,neq. in futurum dabunt,quod etiam in Cathalonia per Officiales domus deputationis præstatur,vt legitur in cap.4.curiæ generalitatis Cathaloniæ curiarum anni 1533. Et huius iuramenti forma de iure cōmuni describitur in auth.ius iurand. quod præst.ab his. Cuius prestatio adeo necessaria est, q̃ si omittatur punitur Officialis,Conrad.in Templ.Iudic.lib. 1.cap.1.§.3.versic.abusus tollere, hum. 8.Petr.Grego.Tholos.de Repub.lib.2. cap.6.num.17.Bouadil.lib.1.cap. 14.n. 15.Mastril.lib.1.cap.20. nu. 36. Et ideo præstito dicto iuramento per Officialem,vbi postea illo contemplo aparuerit ipsum pecuniam dedisse, soluisse, aut promisisse:est certum vti de publico crimine impetitum in visita,seu syndicatu accusari posse; & repertum de tali crimine conuictum puniri pæna imposita in dict. l.fin. C.ad l. Iul.repetund.sicuti probat etiam Belluga in suo speculo rubr.26.in §. Princeps n.2. & seu pæna infamiæ de qua Iodoch.Dam
6 hauder in pract.crimi.cap.131.n. 12. Et de iure municipali probatur in const. 1.2.12.& 13.sub titulo de persones prohibidas regir officis.In quibus disponitur,quod Officialis, qui pro obtinendo officio iurisdictionis pecuniam dederit,mutuauerit,vel de parte prouentuũ ipsius officij obligationem aliquam fecerit,seu de ipsis prouentibus assignationem aliquam impetrauerit, ad regendum ipsum officium efficitur inhabilis,et quicquid ipse,vt Officialis egerit erit irritũ; et inane,et not.ibi Mier.

par:

tentus, ne dicatur, quod displiceat; humilitatem simulat, affabilitatem exhibet, benignitatem ostēdit, subsequitur, & obsequitur, cunctos honorat, vniuersis inclinatur, frequentat curias, visitat, optimates assurgit, amplexatur, applaudit, & adulatur, vnde finis honoris ambitus nihil aliud est, quam pœna, tristemq. producit effectum. Iuxta illud, quod solitus erat dicere, D. August. in lib. de Ciuitate Dei; Plerúque potestas, quæ petitur præmit; quid enim aliud est potestas culminis, nisi tempestas mentis in qua cogitationum procellis semper nauis cordis quatitur? huc illucque incessanter impellitur, vt per repentinos excessus oris, & operis, quasi per obruentia saxa frangatur? dicit Gregor. in pastorali, & Claudianus. *Tolluntur in altum vt lapsu grauiore ruant.* Hinc Arist. 8. Ethic. Principatus. *Quanto maior, tanto instabilior: quanto sublimior ascensus, tāto lapsus periculosior.* Dicit Diuus Hieronymus ad Demetriadem. Quare Moyses, qui ambitiosus non fuit, Dei populum Principatum renuit, vt patet. Exod. cap. 3. & 4. Et Hieremias dum mitteretur ad prædicationis officium, dixit: *A, a, a, Domine nescio loqui: quia puer ego sum patet.* Hieremiæ capit. 1. Marcus Euangelista ne assumeretur ad Sacerdocium policem sibi fecit amputari. D. Gregor. in Papam electus se abscondit. D. Hieronymus Cardinalatum renuntiauit. Sanctus Ambrosius ne Archiepiscopus fieret meretrices ad domum ire fecit. Sanctus Thomas de Aquino Archiepiscopatui Neapolitano renunciauit, similiter Sanctus Vincentius ordinis eiusdem, Sanctusque Raymundus de Pennafort Gotholanus grauissimus Doctor, Iurisperitus, & Theologus vltro se suis Episcopatibus abdicarunt, infinitique alij adduci possent pro negocij huius exēplo, placeat tamen tibi optime lector de honore ambitu, hæc dixisse, vt vere scias, quam iustum, quantumue dignum sit, nequis ad munera, & officia, pretio, vel ambitione promoueantur, & contrafacientes condigne puniantur.

10 Secundò Vicarij & Baiuli, reliquiq. officiales præcipuū eorum munus est, dominium, & honorem domini Regis seruare, illiusque iurisdictionem manu tenere, custodire, & defendere, diligenterq. damnū ipsius Regij pro posse euitare, & si euitare non valuerint, domino Regi illico certificare: quia tenetur omnia custodire, quæ vassallus domino suo custodit, scilicet incolumens, tutum & omnia alia, quæ ponuntur per text. in cap. de forma 22. quæst. 5. & in tit. de forma fidelitatis cum titul. sequent. in vsib. feudo. not. in terminis. Auiles in cap. 1. Prætor. gloss. ferulclo, num. 1. fol. mihi 40. & respectu iurisdictionis latè Bouadill. lib. 2. cap. 19. num. 3. 4. 32. 48. 49. & 50. & nostras Mier. part. prima, coll. 4. cap. 7. num. 18. fol. mihi 81. & in eadem part. 1. coll. 4. cap. 38. num. 4. fol. 70. Vbi quod officiales in Cathalonia syndicantur, quando fuerint negligentes, in custodiendo, defendendo, & manutenendo iurisdictionem, & iura Regia, vt ibi per eum latius est videre.

11 Tertiò syndicari, & visitari possunt, quando alterius officialis iurisdictionem vsurpauerint, ex eo: quia vnus officialis non debet se intromittere de officio alterius officialis; neque officio alterius se implicare iuxt. text. in l. 2. C. de executo. & exactor. lib. 12. notat. Bellug. in specul. Princip. rub. 38. §. conquerantur num. 10. & etiam, quia vsur-
12 pando alterius iurisdictionem capit sibi iura competentia alteri officiali; & consequenter extorsionem committit; ideoq. merito visitari possunt: probat Ioseph. Cumian. in praxi de syndicat. cap. 8. num. 23. qui alios allegat.

13 Quartò syndicari possunt, quotiescunq. pro debito ciuili doctorem caperent,

rent, quem pro debito ciuili minimè carcerari posse probat text. in l. medicos ibi in glos. in verb. exhiberi, C. de professo. & medic. lib. 10. Bart. in l. si libertus ff. de in ius vocand. Iason. in l. generaliter in fine, ff. eod. Ripa. in l. miles ff. de re iudicat. Mathes. singul. 50. incip. Nota quod legum Doctores Tiraquel. de nobilitat. capit. 20. num. 136. Duenn. reg. 190. in 5. amplit. Conrad. in practicar. tit. de captura, numer. 16. Menochius de arbitra. casu 88. num. 7. & fuit ita decissum in nostra Regia Audientia Cathaloniæ testatur don Ludouic. à Peguera decis. 165. per tot. Qua de causa Iudices, & officiales contraueniemtes in syndicatu teneri scripserunt Baldus in l. 1. C. qui bonis cedere poss. Paris. de Pute. de syndicat. in verb. Doctor. capit. 1. num. 1. vbi, quod nec etiam ducere ad curiã fol. mihi 104. plures refert Farin. quæst. 27. num. 80.

14 Quintò tenentur etiam in syndicatu, vbi aliquem in debitè carcerarent, vt post Cyn. Bald. & alios tradidit Parisius de Puteo de syndicatu, in verb. captura, capit. 1. incip. An Iudex numer. 14. & capit. 2. incip. quia plerunque num. 3. & 4. in fine Iodoch. in practica. crimin. titulo de citatio real. num. 9. & prædictorum ratio est;

15 quia per capturam infertur capto ignominia cum graui, & irreparabili præiudicio: vt per Bald. in l. per diuersas, C. mandat. in 10. quæst. & in l. si Clericus col. 2. C. de Episc. & Clericis, Iason. in l. 4. §. si quis condemnatus num. 12. & seqq. ff. de re iud. Neuizan. consil. 52. num. 8. Rolan. consil. 17. num. 1. vol. 3. & consil. 65. numer. 16. eod. vol. 3. latè Hortens. Caualcan. de Brach. regal. part. 2. num. 13. Clar. in practica. §. fin. quæst. 28. versic. Scias autem, Farina. quæst. 27. numer. 134. & 135. Et maximè tenentur,

16 vbi in actu capturæ, captum, contumelijs, seu conuicijs afficerent, aut corporalibus iniurijs fatigarent, vt notat. Foller. in practica, crimin. in verb. Notatos capiat, numer. 16. Iodoch. in practica. criminal. cap. 15. de citatione reali, num. 27. vbi ampliat etiam, quod capiendus pœnam mortis mereatur. Boer. decis. 170. num. 6. Ioseph. Cumian. de syndicatu. cap. 9. num. 19.

17 Quia non est permissum officialibus capiendos, iniurijs, & contumelijs afficere, minusque percutere vulnerare, nec occidere. Ideoque talia perpetrantes, non solum tenentur de iniuria, de percussione, de vulnere, & homicidio, vt in l. omnes §. præterea nullus, C. de Episcop. & Clericus l. fin. C. de malefic. & mathemat: Sed etiam grauius puniri debet cum abutantur iustitiæ calore, & publica auctoritate.

18 Sextò tenentur etiam in syndicatu, quoties absque crimine fraganti caperent, seu carcerauerint aliquem, absque licentia, seu Iudicis prouisione, quam in scriptis in actu exequutionis capto ostendere debent, vt notat Bald. in l. si quando quæst. 12. C. de testibus Iason. in l. cum proponas, num. 7. C. de pact. Baldus, & Salicet. in l. neminem, C. de exhibend. reis Bonacos. ct. in mun. opinion. titul. de malefic. rubric. de carcer. verb. carceratum eximens, col. 2. lib. 3. Angel. de malefic. in verb. fama, numer. 54. not. in terminis Auiles in cap. 35. Prætor. glos. Mandado, num. 1. & 2. fol. mihi 225.

19 Septimò sicut officialis temerè innocentem capiens, tenetur de Iniusta captura, ex traditis per Paris. de Pute. de syndicatu. verb. captura, cap. 1. numer. 14 & cap. sequent. numer. 3. & firmat etiam Baldus per text. ibi in l. 1. C. de his, qui latron. Ita etiam capturam denegans, absque dubitatione aliqua potest in syndicatu conueniri, secundum Socinum in l. plerique num. 18. ff. de in ius vocand. idem Puteus in dict.

dict. verb. Captura, cap. 2. sub num. 1. in fine, Viuius decis. 121. num. 6. & 9. & pariter etiam tenetur, quando fuit negligens in capiendo malefactorem notat Farinac. quæst. 32. numer. 20.

20 Octauò tenetur quoque Vicarius, si non inquirit de maleficio, quandò est notorium, vel quando fuit ei denuntiatum: tenent Bald. in l. 1. §. Magistratibus, ff. de magistr. conuenie̅d. Ripa. in l. 4. §. hoc autem iudicium n. 95. ff. de damno infect. Amod. de syndic. num. 78. & 79. 81. & 82. Paris. de Put. in verb. Negligentia, capit. 4. num. 8. & cap. 5. num. 1. & seq. Rondinel. in simili tractat. num. 32. & seq.

21 Farin. quæst. 111. n. 533. & 534. Et prædictorum ratio est, quia eo ipso, quòd delictum est sibi denuntiatum, vel est notorium dicitur constare de ipsius Vicarij negligentia, pro qua in syndicatu tenetur cum negligens in inquirendo, & puniendo delinquentem dicatur, eius fautor, & consocius patrati criminis, cap. quanto, de sent. excommu. cap. nec regimini. 1. quæst. 2. capit. negligere 2. quæst. 7. capit. error 23. distinct. ex quo talis Vicarius puniri potest, non pœna corporali: sed pecuniaria fisco applicanda: notat. Amodeus in tractatu de syndicat. numer. 83. versic. sed si fuit negligens, Farinac. dict. quæst.

22 111. numer. 553. Nam quandò quis ex officio tenetur aliquid facere: si negligenter se habet præsumitur esse in dolo Ancharran. in consil. 158. ex narratis in facto, collat. 6. Socin. in

23 consil. 2. col. 2. lib. 1. Vbi quod negligentia dicitur peccatum mortale in eo, qui ex officio obligatur quid facere. Caldor. consil. 40. in fine in tit.

24 de consuetu. Vbi quod negligentia in Prælato dicitur peccatum mortale per text. in cap. dicta 81. distinct. & in capit. cura 21. quæst. 1. Ioann. Andre. in capit. quanto, de officio ordin. & tex. in cap. ordinationes 8. quæst. 1. vbi dicitur, quod si Iudex non inquirit de eo, quod debet inquirere tenetur in syndicatu; quia præsumitur in eo scientia, vel culpa notat. Auiles in cap. 2. Pretor. in glos. En iusticia n. 17. fol. mihi. 77.

25 Nonò postquam Vicarius, Baiulus, & quiuis alius Officialis, capturauerit, delinquentem, non debet illum ponere in foueis, nec carceribus subterraneis, quia carcerati non debent poni in carcere obscuro, tetro, sed claro, & luminato saltim lumine, & luce vsurpata, & si forsan noctis tempore carceratos ad tuitionem custodiam in obscuro carcere claudi contingerit, orto iam die, inde deduci, & ad luminatum carcerem reduci debent text. est in l. 1. C. de Custod. reorum per quem text. subterraneos carceres in quibus pauperes humiditate, & frigore confecti infirmitates attingunt, & vitæ periculum subeunt prohibitos esse, scripserunt Cardinal. in Clement. 1. quæstio. 7. de pænit. & remiss. vbi quod Prælati, qui in tetro carcere Clericum seu alium delinquentem claudunt, efficiuntur irregulares, & reputantur homicidæ. Cornel. consil. 325. numero 4. libr. 4. vbi expresse subterraneum carcerem dãnat. Bonifac. in titulo de carcer. priuat. numero 2. versicul. Nec debet includi, pariter damnat carcerem, sine lumine Marsil. in tractat. de Bannit. in verb. Carcerati, numero 45. vbi affirmat prohibitum esse à iure carcerem durissimum, in quo verisimiliter infra paucos dies, quis sit moriturus. Idem etiam tradunt. Foller. in practica. crimin. in 1. part. secundæ part. principalis verb. Vel carcerenter, numero 2. & 8. Iodoch. in practic. crimin. capit. 7. titul. de carceratis seu commentariensibus, num.

9. Boss. in titul. de carcere. numero 3. vbi inquit carcerem debere esse talem, vt eo non obstante carceratus viuat ideoque carcerem subterraneum à iure reprobatum esse affirmat, inuehitque ex eo contra illos Iudices, qui nihil minus curant, quam vt carcerati in carceribus existentes dimittantur; vt vel fœtidi intra carceres vitam finiant, dum ijdem Iudices aliorum voluntati obsequuntur, vel fessi componant, dum illi ad propriam vtilitatem respiciant. Anton. Gomez. variarum resolut. tom. 3. capit. 9. tit. de captura reorum sub numero 6. Menochius de arbitrar. lib. 2. casu 305. numero 2. vbi, quod Imperator humanissimus in dict. l. 1. C. de Custod. reorum carceres tales esse debere constituit, vt præter fidem, custo-
26 diam, nihil habeant. Vnde Vicarij, Baiuli, & alij Officiales carcerantes reos in foueis, & carceribus subterraneis iure quidem puniri debent in syndicatu, & maxime quando illos detinerent ibidem longo tempore, & pro leui delicto in compedibus, vinculis, seu manicis ferreis: quia vbi carceratus optimè custodiri potest sine ligamine non debet ligari, dicit Bald. in l. 2. C. de Exhibend. reis. Paris. de Pute. in tractat. de syndicat. verb. Carcer. & verb. Carcerarius, capit. 3. incip. Ansi plures carcerati, numero 6. Bonifac. de Vital. in tit. de carcere priuat. numero 2. vbi, quod Reus non debet cathenis, vel alijs terramentis iniuriari: sed sine cathenis, & ferramentis diligenter custodiri, ne aufugiat. Boer. decis. 216. ad medium vbi, quod imponens carcerato manicas ferreas, vel illum aliter ligatum tenens excedit formam custodiæ: quia talia ligamenta sunt genus tormenti. Foller. in practica. crimin. 1. part. 2. partis verb. Vel carcerentur, numero 8. vbi, quod carcer non debet esse cum cathenis, vel ferreis manicis, sed taliter, vt carceratis pœnam non afferat Clar. in practica. §. fin. quæst. 46. in princip. vbi, quòd debent rei in carcere custodiri, non autem in vinculis, & ita in Mediolani Prouincia seruari testatur. Ex quo illud sequitur, quod aliter Vicarij, Baiuli, & alij Officiales iurisdictionem excercentes detinuerint, reos in foueis, & carceribus subterraneis, & cum cathenis cippis, & manicis ferreis, maximè pro leuibus delictis, vtique in visita pro dictis excessibus, & grauaminibus visitari, & syndicari poterunt, & debitè puniri.

27 Decimo quandoque Vicarij, Baiuli, Algutzirij, & alij Officiales accessantur in syndicatu de homicidio, quod ira aliquem necauerint, vel occiderint, vel pecunia, nam si ob hominem necandum pecuniam acceperint, vel innocentem dolo necauerint, tunc tenentur pœna capitis, si verò calore iracundiæ pœna deportationis Bald. in l. additis. C. de Episcop. Aud. & in rubr. C. de Pœn. Iud. cum alijs per Pute. in verb. Syndicantur etiam de baratarijs, numer. 3. fol. 31. & in verb. Quidem Iudex, fol. 95. & Ioseph. Cumian. de syndicat. capit. 9. numero 21. & 22. vbi post Puteum in præcitato loco dicit, quod vbi in alijs pœna mortis deberet imponi propter homicidium iracundiæ calore commissum, in Officiali pœna mitigabitur, & deportabitur, vel relegabitur, vt ibi per eum.

28 Vndecimò tenentur Vicarij, Baiuli, & Algutzirij, alijque Officiales sub pœna priuationis officij, vbi viderint rixantes ad arma ruentes, & non occurrerint ad sedandum rixam

xam, nec eorum familiam mitterent scripserunt Felin. in cap. 1. numer. 4. extr. de Offic. deleg. Conrad. in practic. de offic. Prætor. in causa crimin. rubr. de conscijs, Nicol. Moro. de fide, treuga, & pace quæst. 138. numer. 23. iuncto nu. 40. Farina. qui alios refert quæst. 111. num. 419. Gutierrez practica. qq. lib. 4. quæst. 28. num. 5. Mastril. de Magistrat. lib. 6. capit. 5. numer. 19.

29 Duodecimò tenentur quoque Vicarij & Potestates terrarum in syndicatu, quando aliquem hospitari faciūt in domo Doctoris, cum Doctores sint exempti ab onere hospitandi in eorum domo l. 1. vbi glos. C. de muner. patrimon. lib. 10. l. medicos C. de professo. & medicis lib. 10. Ægid. de collectis, §. medici, Viuius decis. 162. num. 14. Ioan. Garcia, de Nobilitat. glos. 35. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 93. Puteus de syndicat. verb. Doctor, num. 2. vbi quod de facto fuit data petitio in syndicatu super isto grauamine, ex eo quia Doctores sunt exempti ab isto onere hospitandi similiter, & tenebuntur in syndicatu, si in domo alterius præceperint milites hospitari, & dari lectum, & alimenta:
30 quoniam militum hospitium est onus reale, non respectu totius patrimonij priuatorum, quia ex eo non debent milites de iure, nec in conscientia habere alimenta: sed solum respectu medietatis, vel tertiæ partis domus, quā debent habitare, & nec oleum, nec lectum, nec alia alimenta habere, etsi aliqua in contrarium esset consuetudo, non valet. Ploc. in l. si quando §. 1. num. 23. & seqq. post Catel. Cotta memor. in verb. militibus medietas, per text. in l. vnica, vbi Lucas de Penna, C. de stij Hospit. non præst, & in
31 l. 2. C. de Meat. & epide. lib. 12. subdens, quod deficientibus stipendijs, milites potius debent deserere castra, quam viuere ex alieno, & rapto, secūdum Catel. Cott. in præcitato loco sequitur Ioseph. Cumian. de syndica. cap. 9. num. 9. latè Mastril. super iure hospitandi in tractat. de Magistrat. lib. 3. capit. 10. à numero 178. cum sequent. vbi sub numero 207. 208. &
32 209. dicit, quod hospitium militum, & Iudicū parificatur in iure, & quod ideo Officiales, & Magistratus quando in itinere hospitantur, nulla dona capere debent à ciuitatibus, etiam, quod sponte darent ad text. in l. 1. C. de Salgo. Hospit. non præst. l. denotis, C. de Meat. & epidem lib. 12. quia proprijs sumptibus viuere debent, vt in §. nulli in Authent. vt nulli Iudic. Roland. a Vall. consil. 1. numer. 56. vol. 2. Hinc dixit Cancer. part. 3.
33 capit. 5. numer. 58. Quod Vicarij in Cathalonia cum prosequuntur processum soni emissi, causa capiendi malefactores non debent compellere agricolas, ad dandum panem, & vinum hominibus de exercitu, sed proprijs sumptibus viuere, adeò, quod nec gratis hospitare tenentur: sed soluta congrua mercede, pro vt ita censuit Senatus per Michael Ferrer 3.
34 part. Obseru. cap. 380. Quinimò nec vniuersitates tenentur eis vendere victualia minori prætio, quam venduntur in foro publico rerum venalium, l. septem diebus, vbi Ioann. de Plat. & Bart. C. de erogat. milit. anno. lib. 10. & de iure nostro municipali confirmatur per constitution. 3. incip. vostra Magestat titul. de Offici de Aleayts, Capitans, & in capit.
35 45. curiarum anni 1599. Vnde Vicarij aliter procedentes, vel excessus, cum suo excercitu, in prosequutione dicti soni emissi committentes, in visita seu iudicio tabulæ, vtique visitari poterunt, quia de similibus excessibus de ipsorū mandato factis, vel ipsis con sentiētibus tenētur, pro vt ita placuit

Regio Senatui refert idem Cancer. dict. capit. 5. numer. 56. & 57.

36 Decimò tertio, quia Vicarij quandoquè solent compositiones delictorum facere, & omni iure compositiones super delictis, & criminibus sunt probibitæ, vt legitur Numeri, cap 35. ibi: *Non accipietis pecuniam ab eo, qui reus sanguinis est.* Et de iure ciuili est text. in l. prohibere. §. planè, ff. quod vi aut clam. l. ita vulneratus, ff. ad l. aquil. l. congruit, ff. de offic. præsid. Pute. de syndicat. verbo compositio cap. 1. Paul. Ghril. de relaxat. carcer. titul. de composit. q.

37 1. num. 2. 3. & 4. Quia res mali exempli est: sed & ea, quæ mali exempli sunt nequaquam tolleranda, l. si quis aliquid §. abortionis, ff. de pœn. Et contra bonos mores est, impedire iustitiam propter temerariorum audaciam, l. operis, C. de pœnis, cap. quando de transact. Et indigno indulgendo, cæteri prouocantur ad prolapsionis contagium, Quoniam facilitas veniæ incensiuum tribuit delinquenti. Crauet. consil. 438. n. 5. Paul. Ghril. de compositio. quæst. 2. n. 4. Puteus in dicto verbo Compositio: vbi late per

38 multa exempla. Ideo ne Vicarij, & alij Officiales, & Iudices pro compositionibus in syndicatu teneantur oportet, quod compositiones, vt laudabiles, & ritè factæ sint: fiant ante sententiam, & lite pendente: alioquin

39 lata sententia, vel re clara per testes, vel per confessionem legitimam in actis redacta non licebit componere capit. 1. de transactio. l. transigere, ff. de transactio. Decian. de delict. lib. 3. capit. 34. tomo 1. Peregrin. de iure fisci lib. 4. titul. 8. numero 14. 15.

40 16. & 17. cum pluribus sequent. requiritur etiam, quod compositio fiat cum illis reis, qui non sunt soliti delinquere, & sunt personæ honestæ, quarum verisimiliter speranda est; correctio, l. 3. in fine C. de Episcop. & Cleric. Paul. Ghirl. dict. quæst. 2. & quæst. 3. numero 4. Secus autem cum sceleratis hominibus, facinorosis, seditiosis, assassinis, proditoribus, latronibus, & alijs personis verbo, & opere scandalosis; & malæ famæ; cum talibus enim compositio admittenda non est: sed tunc demum cum delictum est secutum casualiter; & non spontaneé, vel in pura rixa,

41 Farinac. quæst. 5. num. 10. Et, quod seditiosis, latrones, & assassinia in Cathalonia non possint admiti ad compositionem probat constit. 7. incip. Perque los titul. de compositions

42 pagin. 520. Ac demum nullo modo compositio fieri debet, nisi parte offensa prius satisfacta, & concordata, vt in §. oportet in Authent. vt Iudices sine quoquo suff. coll. 2. & §. illud in Auth. vt liceat matri, & auiæ, coll. 8. l. 2. C. de precip. imperat. offerend. notat. Aymon. consil. 14. numero 6. Ruin. consil. 60. vol. 5. Baldus in l. vnica, C. de inius vocand. Marant. de ordin. iuditio. 6. part. versic. inquisitio, numero 23. Thom. Grammat. vot. 35. numero 8. Hieronym. Laure. decisio. Auenio 43. numero 3. & probat Cancer. part. 2. var. cap. 11.

43 num. 106. & 107. Quinimo Princeps peccaret ab præiudicium tertij, non concordata prius parte offensa, vt dicit Grammat. consil. 34. in princip. & dicto voto 35. numero 9. Salicet. in l. si pro iure ff. de cond. furtiu. Et ea de causa prius debet constare de remissione partis, antequam compositio effectum sortiatur. Secundum glos. in capit. qui scandalizauerit de reg. iur. Fabian. a Monteleo in practica. arbitra. part. 5. numero 13. Ideo si Princeps videt ob bonum publicum compositionem faciendã esse, quo ad pœnã tantum fisco applicandã debet

debet rescribere sine præiudicio partis offensæ, l. fi. C. de senten. pass. l. rescripta in fine, vbi DD. C. de præc. imper offer. Bart. Bald. Iason. & alij in l. venia C. de inius vocand. Boer. quæstion. 65. Boss. in tit. de remed. ex Solit. Clemēt. Princip. num. 23. 24. & 42. Couarru. variarum resolut. lib. 1. capit. 20. num. 8. & alij, quos in hac materia subministrauit Bajard. ad Clarum quæst. 59. num. 52. & 53. Hinc in Cathalonia dis-
44 positum est in const. 3. 5. & 6. sub titul. de iniur. & danys donats pag. 487. & 488. Quod Officiales Regij ordinarij, & delegati cuiuscunque præheminentiæ, seu status fuerint teneantur obseruare dictam constitutionem tertiam prohibentem aliquid recipi pro compositione criminis, donec parti læsæ fuerit satisfactum pœna priuationis officij. & centum morabatinorum dictis Officialibus pro vice qualibet imminente, quæ constitutio notabilis, & salubris est, sed malè seruatur dicit Mier. part. 2. cap. 4. num. 3. collat. 6. fol. mihi 16. Verum de illius contrafactione Vicarij, & Baiuli, & alij Officiales in syndicatu seu iuditio tabulæ, visitari, & syndicari possunt. Et similiter vbi cō-
45 ponerent vagabundos, quos in Cathalonia non possunt componere sub pœna priuationis officij, vt in constitut. 4. incip. statuim tit. de injuries pag. 493. nec etiam Bomianos, siue Ægyptianos guidare sub pœna centum librarum iuxt. constitut. 5. incip. com a la expul-
46 sio dicto. tit. de iniur. Nec demum pro crimine sacrilegij possunt compositiones facere, donech illi, qui manus violentas in Clericos, vel Religiosos imposuerint, plenariè satisfecerint iniurias, & absolutionem ab Ecclesia Romana obtinuerint, iuxt. cōst. Regis Petri curiarum anni 1520. capit. vnico lib. 1. tit. 9. pagin. 31. col. 1. ante med. quę fuit confirmata cum Bulla Romani Pontificis Gregor. 9. Dat. Lateranen. 5. Kalend. Februarij Pontificat. anno 4. sub dict. tit. pag. 32. col. 1. circa medium vol. 1.

47 Ad hęc adde etiam quod dicti Vicarij, Iudices, nec alij Officiales poterunt dare, nec concedere Reis, Guidaticum nisi parte læsa satisfacta, vt in expresso notat. Ioann. Bapt. Plot. inter consil. crimin. diuer. consil. 73. num. 65. vol. 2. habemusque de hoc notabilem de iure patriæ text. in constit. Lo Senyor Rey tit. de custodia de presos, & ratio est, quia Guidare est, quodammodo remissionem facere, vt tradit Michael Ferrer in 2 part. obser. Gubernat. Gener. Cathalonia cap. 12. circa med. & facit text. in dict. constit, Lo Senyor Rey, sequitur Iacob. Cancer. part. 2. capit. 11. num. 108. Et similiter nec bānitos remittere, vt in l. relegati, ff. de pœnis ibi: *Et nemo potest comeatum, remeatumue dare, nisi Imperator ex aliqua causa.* l. 1. § fin. ff. de quæstio. l. fin ff. de Offic. Procuratoris Cæsaris Paris. de Pute. de syndicat. in tit. de potest. Iud. num. 4. versic. Nec possunt Anto. Gomez. variar. resol. tom. 3. de delict. tit. de exilio, & relegatio. num. 4. latè, & pulchre Menoch. in tract. de arbitra. qq. quæst. 92. vbi sub. num. 6. ampliando hanc conclusionem dicit, quod nedum Iudex potest bannitum remittere, sed nec etiam famam restituere, quia hoc solus Princeps facere potest, ex Bart. in l. in famem num. 13. ff. de publi. Iudicis sequitur Farina. quæst. 6. num. 10. & 11. Ac ideo contrarium facientes in visita querelari possunt, pro vt in simili casu restitutionis honoris, & famæ fuit querelatus Gerens Vicesgeneralis Gubernatoris Cathaloniæ, vt diximus supra cap. 13. num. 30.

48 Decimò quarto tenentur Vicarij, cœteriq; omnes alij Officiales personalem residentiam in eorum officijs facere, adcó quod non possunt per substituū

seruire, ex tex. in Auth. vt null. Iud.
in rubr. l. inter artifices, vbi Bart. ff. de
solutio. l. nullus la 3. C. de decurio. lib.
10. vbi glos. in verb. decoratos, Foller.
in practicar. crimin. titul. de offic. eius
qui vice num. 26. fol. 364. Marant.
in practica. part. 4. distinct. 5. num. 19.
Orote. in rubr. de officio eius num. 7.
49 Et prædictorum ratio est, quia in offi-
cijs, quæ administrationem annexam
habent, cum intelligatur electa indu-
stria personæ, id alteri demandari es-
set contra mentem eligentis, dict. l. in-
ter artifices, & capit. fin. §. is autem de
officio, & potest. iudic. delegat. & ibi Fe
lin. num. 2. Borrell. ad Bellug. Rubr. 10.
num. 16. littera. G. Capic. decis. 151.
num. 31. Et ea de causa cum adempta
sit, eis potestas seruiendi per substitu-
tum propter electionem industriæ per
sonæ dict. l. inter artifices, & ibi DD.
Azeued. in capit. 4. Pretor. num. 43.
lib. 1. Ideo non possunt subdelegare no-
tat. Iason. in l. 1. ff. de officio eius Ce-
phal. consil. 1. num. 31. Capicius dicta
decis. 151. num. 6. Et consequenter ad
personalem residentiam præcisse te-
50 nentur, in tantum, quod nec etiam à
loco administrationis recedere pos-
sunt, ad notat per Bald. in l. illud, ff. de
officio præsid. Paris. de Pute. de syn-
dicat verb. licentia officij; & in verb.
salarium, numer. 1. & 10. Vincent. de
Franch. decis. 445. vbi extnedunt etiã
si per noctem tantum vellent per no-
ctare vel recreationis causa, notat. Ma-
stril. de Magistr. lib. 5. cap. 6. num. 256.
cum duobus seqq. Crauit. super ritu
magnæ curiæ Ritu. 7. num. 1. 2. & se-
quent. Mier. part. 1. coll. 5. capit. 16. fol.
mihi 174. & collat. 6. capit. 15. fol. 124.
vbi, quod officiales iurisdictione vten-
tes, etsi sint de domo Principis, tenen-
tur ad residentiam adeò, quod extra ci-
uitatem in qua habitant, & officium
habent, exire non possunt; sub pœna
amissionis salarij, & probatur etiam in
51 constitut. 1. & 2. tit. Que los officials fas-
sen personal residencia en sos officis.
Quod maxime procedit quando absq.
licentia superioris recederent: Quia
tunc indistincte priuantur salario l. 3.
§. qui militiæ, ff. de re milit. l. hac lege
vertic. & quoniam, à contraria sensu,
C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. vbi Bart.
& Lucas de Penn. Roman. singul. 453.
incip. Doctor siue stipendarius Crauit.
super dicto Ritu. 7. num. 7. latè Cag-
nol. in l. diem functo num. 212. ff. de
officio Assessor. vbi subdit, quod officia
lis salariatus recedens à loco absque li-
52 centia superioris in regno Neapolis pri
uatur officio, similiter officiales baro-
num recedentes sine ipsorum licentia
priuantur quoque officio dixerunt Vi-
uius decis. 356. num. 2. Capiblan. de
Baro. pagin. 5. num. 57. & 64. subdens,
quod hoc casu potest Baro. alium elige
53 re. Qua de causa Regij officiales, vbi
recedere velint à loco, vbi officium ad-
ministrant, licentiam à domino Pro-
rege obtinere debent, quia prorex tan-
tum, dat licentiam officialibus, rece-
dendi à loco vbi officium exercent, l.
si quis decurio la 2. vbi Bart. & Lucas
de Penna. C. de decurio lib. 10. l. illud
ff. de officio præsid. Crauit. dict. ritu
7. num. 1. Mastril. dict. lib. 5. capit. 6.
54 num. 256. Vnde dicti Vicarij Baiuli cæ
terique alij officiales de absentijs in eo-
rum officijs, absque licentia superioris
factis, nec non de violatione supradi-
ctarum constitutionum, quæ de resi-
dentijs in ipsorum officijs loquuntur,
visitari, & syndicari poterunt.

55 Decimò quinto, quia de salarijs offi-
cialium tetigimus, scire oportet, quod
officialis salariatus non potest aliquid
recipere à subditis etiam ex causa do-
nationis, quinimò aliter recipiens in
syndicatu tenetur l. solent vbi Alber.
ff. offic. proconsul, text. in Authent.
iusiurandum quod præst. collation.
2. Martin. Lauden. in tractatu de.
offi-

official. domin. concluſ. 149. quod procedit etiam finito officio, vt dixit Bald. in dict. l. ſolent. Mandel. conſil. 354.nu.1.Pariſ.de Put.de ſyndic.verb. anni tempore num. 2.& 3. Boſſ.in tit.
56 de Official.corrupt. num.1.cum ſeq.Et ratio eſt quia ipſe Officialis iam recepit ſalarium aſſuetum,quod ſibi debetur,& ei eſt ſoluendum,etiam poſt finitum officium,vſque ad aduentum ſucceſſoris, dum officium adminiſtrat ex ratione tex. in §. fin. ibi. *Non enim poſsibile,neque portabile eſt, ſine Iudice relinquere Prouinciam.* In auth. de adminiſt.coll.7. l.vnic.ff.de offi præfect. Auguſt. l. meminiſſe ff. de officio Proconſul.ibi, *Oportebit vſq. aduentum ſucceſſoris omnia debere Proconſulem agere, cum ſit vnus Proconſulatus, & vtilitas Prouinciæ exigat eſſe aliquẽ per quem negocia ſua Prouinciales explicẽt.* l.vnica.§.adminiſtrationem, C. vt omnes iudi.l. ſi forte, ff. de offic.præſid. DD. in l. diem functo, ff.de offic. Aſſeſſo.Bal.conſil.116.lib.4. Roma. ſingul.395.vbi inquit eſſe caſum ſingularem, quod poteſtas vltra tempus ſui officij,teneatur exercere iuriſdictionem, quo vſq.veniat ſucceſſor in officio ex tex. in dict. l. meminiſſe vbi Oroſc.n.15.l.eumqui, ff. de iuriſd. omn.iudi. Caldas conſil. 8. num. 7. & ſeq. Baeça. de decima tuto. præſt. cap. 18.nu.10.Guid.Pap.quæſt.501.Auend. cap.1.de exeq.mandat.par.1.cap.3.Florez Dias de Mena variar.reſolut. q. 8. num.37.Molin.de Hiſpan.Primogen. lib.1.cap.25. num.7. cum ſeq. Et adeo
57 debet etiam finito officio de cauſis cognoſcere,& omnia agere vſq.ad aduentum ſucceſſoris, quod ſi recederet, & ſucceſſorem non expectaret, ex eo ſyndicari poſſet, tenent Amode.Iuſtin. de ſyndicat.verb.olim poteſtatem fol.43. Auiles.in cap.5. prætor.glo. 1. num.6. & 7.Bouadil.lib. 1.cap. 2.num. 23. Ac ideo iuſtum, & æquum videtur, quod Officialis pro reliquo tempore, quo ſedet vltra tempus ipſius officij,conſequatur,& habeat ſalarium conſuetum, prout ita tenet Roma. ſingul. 390. per text.in §.illud in auth. de adminiſtra. coll.7. Quem refert, & ſequitur Auil. dict.cap.5.num.6. Bouadill. dict.capit. 2.num.23. ſub litera B.qui plures alios refert.

58 Decimo ſexto ſyndicari etiam poſſunt,Vicarij,Baiuli, Algutzirij,alijque Officiales,quando receperint ſalarium dietarum plurimarum perſonarum, contra quas in vna die plurima negocia fecerint,quia ex omnibus negocijs in vna die factis,tantum vnam dietam recipere poſſunt iux. conſt.3.incip. Repellint Regis Ferdinand.ſub tit.de Salaris de dietas,pag.296.Don Ludouic. à Peguer.in ſua pract.rubr.30.num.11.
59 cuius conſtitutionis ratio fundari videtur ex tex.in l.ſancimus,C. de exacto, & executo.lib.10.& quod ibi referunt Ioan.de Plat. & Lucas de Penn.dicentes,quod ſi alicui committitur exactio publicarum pecuniarũ Præfectus prætorij,non poteſt alia executio ſibi committi priuſquam reuertatur: & de his, quę per eum geſta ſunt,debitam rationem aſſignet: ſi tamen ſors obtulerit, vt in eadem Prouincia occurrant duę executiones eidem committi, tertia tamen executio non poteſt committi, priuſquam de his primis duabus rationem reddat, alias punitur executor, qui ſecundam executionem, aut tertiã ſuſcepit, & numerarios, & adiutores eius ad quorum curam pertinet, tales executores mitti ſimiliter puniuntur, ꝙ dicit ibi Platea eſſe notandũ cõtra nuntios, & executores ſententiarum, quia non poſſunt vnã plures aſſumere executiones videlicet in vna Prouincia,& aliam in alia Prouincia, vel etiã in eadem Prouincia non poſſunt ſuſcipere plures executiones diuerſiſis temporibus

poribus occurrentes, secus si eodem tempore, tres autem simul summere nō possunt, nec in eadem, nec in alia Prouincia, vt ibi patet. Ex qua prohibitione colligitur rationem decisionis dictæ constitutionis fuisse repellere excessus, qui in contrarium fieri solēt per Algutzirios, & Officiales plures executiones in vna, & eademmet die facientes extorquentes sic à quolibet particulari integrè omnes dietas, eas eo modo sic imbursando, nedum duplicatas, sed & triplicatas, & quadruplicatas, quod ferendum non est, imo talia committentes in syndicatu seu visita puniri debent pro obseruantia dictorum iurium, & probat. Auiles in capit. 43.
60 prætor. num. 1. & 2. vbi. quod Algutzirij, & executores exeuntes extra Ciuitatem, ad executionem faciendam; licet faciant plures executiones in diuersis locis, non debent recipere, nisi pro vno itinere, aliter puniuntur, intantum quod recipiens aliquid vltra tenetur ad restitutionem, quia est receptio facta contra iuris dispositionem, vt in cap. quia sæpè de electi on. in 6. & in c. quia plerique de immunit. Ecclesia. & ibi per Inno. & tex. & ibi Dominicus in capit. Statutum. §. Siquidem de rescriptis in 6. Et ideo tali casu remissio partis nihil prodesset, vt dicit idem Dominic. quem refert, & sequitur Auiles d. num. 2.

61 Decimo septimo, Vicarij, Baiuli, & alij Officiales nihil à subditis accipere, nec auferre debent præter iustum salarium eis constitutum: etenim vbicunq. aliquid à priuato recipiunt vltra, sibi debitum, in syndicatu tenentur, l. 1. & ibi glo. in verbo. accepit, ff. ad l. Iul. repetund. l. eadem. § fin. l. Iulia. ff. eod. tit. Quia manus, mundas, & puras habere debent, vt in Auth. iur. iurand. quod
62 præsta. coll. 2. Adeo, quod à volētibus spontè eis dare vltra debitum non debent recipere, & si recipiunt tenentur secundum Parif. de Put. in verbo. Consiliarij Officiales, in princip. fol. 194. Auiles in cap. 1. prætor. Glo. Ni lleua-
63 ran numer. 1. & 2. fol. mihi 51. quia cum quis prohibetur exigere, prohibetur, etiam ei spontè dari, vt in l. Deuotum, C. de Meta. lib. 12. & in l. vnica, C. de Strato. eo. lib. & ibi Plate. nā quātūcūq. sponte, & volens det, præsumitur inuitus dare, perhorrescens officium, vt in l. 2. C. Ne rusticani ad vllum obsequium deuocentur lib. 11. & facit tex. in l. vnica, C. de Salga. Hospi. non præstan. lib. 12. & l. fin. §. primo, C. de Re milit. eodem lib. 12. & simil. in quibus disponitur, quod quando aliquid est prohitum fauore alicuius, tale prohibitum non potest fieri etiā consentiēte illo, in cuius fauore illud fuit prohibitum. Hinc dixit Felin. post Bartholum. In capit.
64 tua nos de homicidio, quod si Notarius ancianorum, est salariatus de publico, nō potest aliquid accipere, etiam a spontè dante, dicens, rationem esse, quia quando à pluribus capitur induci tur consuetudo. & sic quis erubescit nō
65 dare. Vnde Officialis adstringitur annotare in libro quicquid exigit, & quātum vt in l. Apparitores. C. de exacto. tributo, vbi Bart. Et nisi scribat, quod recepit, tenetur pœna dupli, Bart. in l. Excellētia, C. de Erogatio. milit. anno. lib. 12. Pute. de syndi. verbo. Officiales, qui eliguntur, num. 8. fol. 186. & de receptis in Cathalonia debet reddere compotum Magistro Rationali iuxt. Const. Regis Ferdin. secundi cur. anni 1481. cap. 17. incip. Volem pag. 105. & not. Mier. par. 1. cap. 1. nu. 18. & 19. coll. 2. fol. mihi 18. vbi, quod Vicarij iurant, quod quicquid ratione iustitiæ receperint fideliter redderent compotum Magistro Rationali, & quod nedum emolumenta, verum etiam seruitia ipsis gratis facta ponerent in compotis,
66 ex quo infert, quod non possunt recipere seruitia: nisi parum de cibo, quod confirmatur per Constit. 17. Regis Iacobi primi, cur. anni 1228. incip. No res menys,

menys; tit.de Offici de Veguers; pag. 154.in qua dicitur; quod Vicarij iustitiam nō vendant, nec aliquid recipiāt; & not.ibidem Mier.dict.par.1.cap. 12. num.3.& 5.coll.1.fol.4.quod adeò quic quid Vicarij illicitè receperint debet eis imputari ad furtum, & ad dimittēdum officium incontinenti: nisi fuerit de cibo,& de eo parum forte,quod paucis posit consumi diebus. Et probatur in Constit.2. Regis Alfonsi incip.Statuim,vbi imponitur pæna priuationis officij sub titul. De cosas prohibidas
67 als Officials Reals,pag.157. Quia nihil penitus recipere inhumanum est,vt ait Tiraquel.de iud.in reb.exig.num. 91. & seq.& sæpènumero fit,vt donans incidat in suspicionem maximam, quàm de Magistratu,seu Iudice munus respuēte concipit,& forte non desit, qui dicat pauca iudici esse.Ideoq. illi permittitur aliquid recipere breui tempore periturum,vt not.Puteo.in verbo. Poculenta,
68 Cathal.de synd. num.21. At recipere magnum munus est signum Lupi rapacis,& argumentum auaritiæ & omniū malorum iudicis seu magistratus 1. Timoth. 6. Ac ideo prohibitum est officialibus, & Iudicibus munera etiam sponte dantibus accipere, quoniam placant homines, cœlos Deosq. vt apud Ouid. Vnde filij Heli, qui munera acceperunt male iudicantur. Le-
69 gitur 1. Reg. cap. 8. *Excæcant lumina sapientium, & mutant verba iustorum*, Deut. 16. & Ecclesi. 20. & tollunt animum accipientium, & munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas Iudicij,& munus absconditum iustas iras extinguit,& qui dat munera victoriam,et honorem recipit. Ve autem illi,qui munera contra innocētem accipit de ijs omnibus vide apud Afflict.super Const.Capitaneorum 15. notab.& in rubr.52.num.5. quare omninò abstinendum est à receptione munerum præsertim alitigantibus,qui dāt munera non charitate,& beneuolētia, sed per corruptionem: qui enim Magistratui, seu iudici dat vnā gallinam, ea intentione dare præsumitur, vt ab eo recipiat bouem vt per Auil. in cap.1.prætor.Glo.Dadiuas n.6.fol.mihi 56.

70 Vnde Vicarij, omnesque alij Officiales à muneribus se abstineāt nihilq. vltra salarium eis constitutum à litigantibus recipiant,obseruētque disposita ab Imperatore in d.Auth. ius iurā. quod præstatur ab his in princip. ibi. *Contentus ijs, quæ statutæ sunt mihi de fisco annonis*. Et quod legitur per Ezechiel.cap.45. *Sufficit vobis Principes Israel,statera iusta,et Ephi iustum, et Beatus iustus erit vobis*, et Lucæ 3. *Neminem concutiatis: sed contentie stote stipendijs vestris:* Quia vt legitur in l.eadem.§.lex Iulia. ff. ad l.Iul.repetund.& per Boss. tit.de Offi-
71 cial.corrup.num.1.Magistratus, & Iudices debent esse contenti sportulis, & salarijs, nec aliquid amplius à partibus recipere,sed gratis iustitiam administrare etenim si quid plus vltra salarium recipiunt, mortaliter peccant, & ad restitutionem tenentur, dixerunt D. Thom.2.2. quæstion. 23. art. 1. Nauarrus de rest.lib.3.cap.2.Abb. in cap. quia pleriq. n. 33. de immunit.Eccles. Medin.de restit. q. 25. Molin. de iusti.
72 & iure dispu.83.Menoch.de arbi. casu 514.num.8.quinimo & in Cathalonia non possunt recipere salarium vltra taxam sub pæna restitutionis dupli, & priuationis officij,vt habetur in Const. 11. incip. Per prouehir sub tit.De cosas
73 prohibidas als Officials pag.161.

Ideoq.vt Officiales à muneribus,& donis,melius se abstinere valeant, nec non, & commode, ac honeste viuere possint,neuē ex tenuitate salarij occasionem sumant, ad dona, & munera recipiendum,& inde iniustitiam faciē-

dum

niciosa res est imperante tenuitas, & quidam recte dixit periculosissimum animal est Rex pauper: vnde D. Ambros. lib. 2. officio. inquit, *Hodie nemo nisi diues honore dignus reputatur.* Quia vt dixit Menchaca controuer. Illustril. in præfatio. numer. 77. ibi *Opes pariunt potentiam, Potentia autem dignitatem, & iustã Prælationẽ*, Et apud Horatium Satyra 3. libr. 2. legitur.

Virtus, Fama, Decus, diuina humanaq. pulchris.
Diuitijs parent, quas qui construxerit ille:
Clarus erit, Fortis, Iustus, Sapiens, & Rex.
Et quidquid volet, hoc veluti virtute paratum.
Sperabit magnæ laudi fore, &c.

77 Ex quibus iam clarissime liquet, Vicarios, & cæteros Magistratus diuites, ac locupletes esse oportere, vt sic facilius ab illicitis concutionibus, & extortionibus se abstineant, vel saltim, quod tutius est, mediocritatem fortunarum habeant: nam, vt inquit Patri. de Republic. libr. 6. titul. 5. in fine *Mediocribus credi, qui neque per inopiam summisse nimis se gerunt, neq. per opulentiam insolenter exultent.* Et idem libr. 1. titul. 4. ad finem ait. *Mediocres certe, qui neque abiecti sunt, neq. opulentia nobilitatis nimis exultant, longe modestius præsunt.* Quod & in Cathalonia præcipue requiritur, vbi Vicarijs nullum, vel saltim tenue est constitutum salarium, quod maxime dolendum est, etenim cum ipsi sint Milites, & de genere militari, & vt plurimũ facultatibus, egeãt, non vtiq. decenter, & sicut oportet viuere possunt, nec vt decet à subditis reuerentur, q in iustitiæ dispẽdiũ vertitur ex traditis per Ildefonsum Tostado in libro numer. cap. 11. quæst. 39. vbi dicit. *Dignitas, & Magestas quædã Iudicibus, & Magistratibus necessaria est, vt eis à ciuibus reuerentia deferatur,* & per Aristo. lib. 5. politico. c. 2. inquit, ibi, *Opus est, vt propter virtutes amẽt, propter potentiam à malis timeant, qui firmum Principatum cupiunt obtinere.*

78 Decimo octauo, quia de inopia, & paupertate, ac illius effectu respectu Magistratuum diximus sequitur nunc de pauperibus aliqua circa materiam syndicatus proponere, & sic dicimus, quod Vicarij ceterique Magistratus, & potestates terrarũ tenentur defendere pauperes, & miserabiles personas ne à potentioribus opprimantur aliter autem ex eo syndicari possunt tenent, Amodeus, Iustin. de syndi. verbo. Item in eo quod plures innocentes, Pute. in eod. tract. in verbo. Iustitia, in fine Auiles in cap. 6. prætor. verbo. Pobres, nu. 6. fol. mihi 124. Bald. in l. Illicitas §. nec potentiores, ff. de Officio præsid. ait: oportere Iudicem beneuolum, & protectorem pauperum esse, ne iniuste molestiã patiantur, nam erit hoc magna Eleemosyna coram Deo. facit tex. in l. 1. C. de Censib. lib. 10. & ibi Ioan. de Platea in fine vbi dicit, quod de natura Potentium est semper opprimere ipsos pauperes, & quod ideo Magistratus, & Iudices debent illos tueri ne opprimãtur. Bar. in l. præcepit C. de Cano: largi. lib. 11. dicit, quod superior in officio tenetur defendere subditum suum quando

quando vidit eum grauari, ideoque vbi Vicarij, & alij Magistratus in his negligentes fuerint, præterquam ex hac negligentia syndicari possent, vt dictũ est, à Deo redarguentur. Qui audit Pauperũ clamores iux. illud Eccle. 35. ibi, *Vox pauperis penetrat nubes, & non descendit donec audiatur.* D. Chrysost. hom. 2. super Matth. inquit. *Quando, pauper violentiam patitur à potente, etiam si non est ausus vociferare: sed latenter lacrymatur, tacitus eius clamor in excelso auditur.*

79 Et isti Potentes, qui inferunt oppressiones pauperibus, vtique puniuntur: etenim oblationes, & donationes eorum à Sacerdotibus præcipitur refutari, in capit. oblationes 90. distinction. Auiles dict. capit. 6. glo. Pobres numer. 4.

80 Decimo octauo Vicarij, & alij Magistratus non possunt in loco officij contrahere cum subditis, l. 1. C. de Contract. Iudicum, etenim regentes Prouincias, & eorum astantes in eisdem negociari non possunt, nec fœnus exercere, l. Principalibus, & ibi Bart. Angel. Paul. de Castr. & cæteri Doctores, ff. Si cert. petat. l. non licet, ff. de Contrahend. emptio. & apud nos probatur in Constit. 20. incip. Algun Official, titul. de Cosas prohibidas als Officials pagin. 158. Cancer. part. 3. cap. 1. num. 97. Auiles in cap. 2. Prætor. Glo. Mercaderias num. 1. Matienço de relatore 3. part. cap. 27. numer. 4. Bouadil.

81 lib. 2. cap. 12. num. 34. qui alios refert. Et prædictorum ratio est, quia præsumitur, quod metu inducunt subditos ad secum contrahendum, l. Si quod per impressionem C. Quod metus causa Bellug. in specul. Princip. rub. 35. §. post post Militares, numer. 14. Menoch. consil. 174. nu. 7. vol. 12. Osasc. decis. 144. & Mastril. de Magistra. lib. 6. cap. 10. n. 11. Ac ideo vbi Vicarij, & alij Magistratus contra prohibitionem dictarum legũ, & constitutionis, in loco officij cum subditis contraxerint, in visita seu Iudicio tabulæ visitari, & syndicari possent.

82 Decimo nono, similiter Vicarij tenentur, & syndicari possunt, quoties cunque emerint prædica, in loco vbi iustitiam administrant, quia Officialis in loco, in quo officium gerit, prædium emere non potest, l. Qui officij, ff. de Contrah. emptio. vbi qui officij causa in Prouincia agit, vel militat prædia comparare in eadem Prouincia non potest, l. Non licet ex officio, ff. eod. tit. Vbi non licet ex officio, quod administrat, quis emere per se, vel per aliam personam, alioquin, non tantum rem amittit, sed etiam in quadruplum conuenitur, quod fisco applicatur, vt glo. ibi, not. & facit text. in l. vnica, C. de Contract. Iudic. l. aufertur. §. Quod à præside, ff. de Iure fisci, Paris. de Pute. de synd. verb. Officiales, fol. 87. Auiles in capit. 2. Prætor. Glo. Heredar, numer. 1. 2. & 7. fol. mihi 76. Mier. par. 1. num. 2. coll. 2. fol. 62. & num. 7. coll. 3.

83 fol. 65. vbi, quod Officialis non potest, rem sui subditi, quæ per suam curiam venditur, emere per se, neque per interpositam personam, & ratio est, quia ex interpositione personæ præsumitur magis fraus, l. Si pupillus. §. fin. & ibi, Bar. ff. de Auth. tuto. l. & qui sub imagine, C. de Distract. pigno. l. Episcopus, C. si cert. petat. Ias. in §. Item si quis in fraudem nu. 47. Inst. de actio. Bellug. in Speculo Princip. §. Post militares, numer. 14.

84 Vigessimo tenentur etiam Vicarij in syndicatu, quotiescunque emerint vtensilia, & victualia vili precio, cum minis, & terrore, quia tunc censetur Barattariam committere secundum Lucam de Pena. in l. 2. C. de lucris Aduocat. lib. 12. Bal. in capit. nobis intrantibus

tibus, de pacti constant. in feud. Pute. de
syndic. verbo contrahere. capit. 2. nu.
1. Auil. in capit. secund. Prætor. glo. He-
redad, numer. 6. & glo. de Mercaderia,
num. 19. Bouadil. lib. 2. capit. 12. num.
85 50. vbi quòd si victualia, quæ emere va
lent, non possunt ad emendum inue-
nire, possunt, ea precio iusto soluto au-
ferre, & sic subditos ad vendendum,
cogere, & ratio est, quia multi ribaldi
nolunt talia vendere Vicarijs, & Iudi-
cibus, ex inimicitia, quam cum eis ha-
bent, vt ibi per eos latius est videre.
86 Vigesimo primo tenentur Vicarij
rationem reddere in syndicatu, non so
lum de delictis per eos commissis: sed
etiam de commissis, per suos Officia-
les à se electos, ac etiam pro familia-
ribus in offitio, & ratione officij delin-
quentibus ex text. in l. 1. §. Si serui, ff.
Fur. aduers. naut. caup. stabul. l. 1. C. ad
l. Iuliam repetund. glo. in l. 1. C. vt om-
nes Iudic. tam ciuil. quã milit. l. Si post
depositiam, C. de Assessor. Bart. & DD.
in l. 1. §. Familiæ, ff. de Publica. Decius
in l. 2. ff. Quod quisq. iur. Felin. in cap.
Petrus numer. 2. de homicid. Alciat.
de præsumpt. 40. præs. in fine addit
Capell. Tholosan. decis. 196. numero
3. Boss. in titul. de Official. corrupt. sub
numer. 31. Pulchrè Menoch. de arbitr.
87 casu 345. num. 1. & seqq. vbi huius con-
clusionis hanc affert rationẽ, quia quid
quid facit familia dicitur de consensu
Prætoris fecisse, cum famulorum condi
tionem scire præsumatur, l. fin. §. Ser-
uorum, ff. Naut. caup. stabul. l. Quo-
niam Iudices, C. de appellatio. vbi per
88 illum text. notat. Bartol. quod quan-
do Magistratus videt suos Officiales
aliquid iniustè agere debet eis resiste-
re, ne ipse eorum causa teneatur: &
propterea legimus Episcopum tene-
ri pro delictis commissis, per suum Vi-
carium, & Officiales suos, & ob eam
causam cogi posse ad restitutionem
damnorum iniustè datorum per dictos
Officiales, in decision. Rotæ in anti-
quis in tit. de Officio Vicarij, 6. aliàs
432. in cap. Nota verum Episcopus, &
additio in dict. decis. Capell. Tholosa-
næ 196. Aliam rationem tradit Auil.
in capit. 4. Prætor. Glo. Sea obligado,
numer. 2. & 21. fol. mihi 106. vbi, quod
89 ex eo Potestas tenetur de omni deli-
cto in officio commisso, per suos Of-
ficiales: quia debuit eligere idoneos, &
sufficientes, & sic est in culpa de ma-
la electione, & ideo pro illis tenetur,
cuius dictum comprobatur per text.
in l. Licet, ff. Naut. caup. stabul. l. 1. &
2. C. de Periculo nomina. lib. 11. & in
expresso tenet, Bartolus in l. 1. ff. ad
l. Iul. repetund. versiculo Quæro pro
quibus, Paris. de Pute. de syndicat. ver-
bo Familiaris siue familia, folio 111.
numer. 5. & in verb. An ex eo, fol.
114. & in verbo Potestas tenetur, folio
207. in principio, Cathal. in eodem
tractá. quæstion. 246. numer. 156. Amo
deus in simil. tractat. numer. 296. plu-
res alios cumulat, Bouadilla libr. 5.
90 capit. 1. numer. 78. & 79. Et prædicta
adeo vera sunt, quod dictis Vicarijs,
nec alijs, quibuscunque Magistrati-
bus allegatio ignorantiæ hoc in casu
eis prodesse poterit: quia tenentur in
91 dagare ea, quæ sui Officiales faciunt:
nam disposita in sciente habent locum,
in scire debentem, vt per Baldus in
capit. 1. §. Vassallus, in titul. Si de
feud. fuerit controuers. inter domin.
& cognat. numer. 1. per text. in l.
92 Quod te, ff. Si cert. petat. l. penul. C. de
Priuil. tuto. vbi quoque tenet, quod
aliquando quis dicitur scire, per ve-
hementem opinionem consonantem
substantiæ veritatis, quæ vehemens
opinio ex immediatis indicijs nasci-
tur, vt nota. Doctores in l. Dolum ex
indicijs, C. De dolo, l. Milites §. O-
93 portet, C. de Quæstio, & in similibus
delictis ignorantia crassa, & supina
non excusat: vel in l. Nec supina, ff.
de Iur. & fact. ignor. l. 1. ff. de Abige.
Ias. in l. Si res obligata, numero 36.

col. penul. vbi dicit, quod quando quis tenetur indagare factum alienum ratione officij sui, tunc præsumitur illud scire, nec tolleratur ignorantia text. est notabil. in capit. innotuit, circa finem in verbo. Nec probare cogimus ignorantiam, de election. iunct. glo. & ibi, nota. Abb. 3. colum. & ad idem est text. in capit. quamuis, & ibi Abb. de regul. iur. vbi dicit text. quod non
95 potest esse Pastoris excusatio, si Lupus Oues comedit, & Pastor nescit cum teneatur inquirere, & curam habere de ouibus suis. Sic ita debent Vicarij, & Potestates terrarũ certiorari vel le, & vigilantissimos esse Pastores. Qualiter in officio, sui Comites, & Officiales se habẽt, aliàs tenebũtur pro illis, cũ eos in officio præposuerint, nota. Ioan. de Plat. in l. Cum ad quemlibet de publicis horreis libr. decimo. in fine. Quem refert, & sequitur Auiles in capit. 1. Prætor. verbo. No lo supieron, numer. decimo fol. mihi 55. Bouadill. dicto libr. 5. capit. 1. numer. 79. ad med.

96 Vigesimo secundo, non solum Vicarij, & alij Magistratus tenentur pro suis Officialibus, & familia, vt dictum, est verum etiam, & pro vxoribus, & filijs suis, ciuiliter, quo vero attinet ad vxores tradit Cornelius Tacitus lib. 4. annal. & Vlpianus in l. Obseruare §. Proficisci, ff. de Officio Proconsul. ibi proficisci autem Proconsulem melius est sine vxore, sed & cum vxore potest, dummodo sciat, senatum Messala, & Cota. Coss. censuisse futurum, vt si quid vxores eorum, qui in officio proficiscuntur deliquerunt, ab ipsis ratio, & vindicta exigatur. Et Petr. Grego. de syntag. iur. 3. p. lib. 47. num. 19. in fine Auiles in cap. 1. Prætor. Glos. Mugeres, & glo. Hijo, & in capit. 43. glo. No consientan, numer. 2. post Amodeum de syndic. numer. 98. Bouadilla libr. 5. capit. prim.
97 numer. 78. Et prædictorum ratio est, quia vxor dicitur de familia viri l. Quicunque, C. de re milit. libr. 12. & capit. hæc imago. 30. quæstion. 5. Et ideò a viro corrigi potest, & ex causa legitima modice verberari, vt in capit. sicut vlterius 7. quæstion. 1. l. Consensu, & in Auth. ibi posita. C. de Repud. glos. in capit. Quemadmodum de iur. iurand. Puteus. de syndicat. verbo. Potestas tenetur, numer. 2. fol. 207. vbi ampliat, quod non solum potestas tenetur pro vxore, quam secum duxit, verum si duxerit matrem, quæ promisit victoriam causæ, vel remissionem, & veniam delictorum pro pecunia, vel pro serico, aut lino sibi donato: quia tenebitur, licet mater non videatur esse de familia filij, vt in l. Qui adoptio. versic. ita, ff. de Adoptio. Similiter respectu filiorum tenentur Vicarij, & Potestates vbi eorum filij delinquerint in officio, seu munere assumpto, de consensu, & scientia ipsorum, vt in l. 2. ff. Ad municip. Ias. cons. 27. in fin. lib. 3. Beer. decis. 217. n. 11. in fine Menoch. de arbitra. casu 302. numer. 5. Farinac. quæst. 24. numer. 54. Bouadill. dict. lib. 5. cap. 1. num. 78.

98 Vigesimo tertio, ex quo Vicarij, & reliqui Magistratus tenentur, pro excessibus, & factis suorum officialium, ex eo coguntur, & cogi possunt, ad eos exhibendum in hoc visitationis Iuditio, ad effectum, vt conueniantur, vel vt testimonium ferant de his, quæ in officio fecerunt, tenet Hostiens. in summa de testib. in principio, Lucas de Penna in l. Agentes, C. de Agentib. in reb. libr. 12. colum. 3. vbi dicit, quod post administrationẽ Iudicũ depositam, ad quærimoniã Prouincialium, seu curialium, alicuius Ciuitatis, aut vbi aliqua alia publica necessitas postulauerit, tenentur Iudices suos domesticos exhibere præsentes. & quod plus est, si idonea causa exegerit, torquendi sunt, ad detegenda flagitia Iudicum, quorũ domestici extiterũt. Quẽ refert, &

& sequitur Auiles in cap. 4. Prætor. Glo. Entregare, num. 7. fol. mihi 110.

99 Vigesimoquarto, tenentur Vicarij, & alij Officiales delictum committentes in officio, non ex eo, quod delictum commiserit tempore officij, sed vbicumq; delinquerint fauore, calore, colore, auctoritate, prætextu, vel contemplatione officij, ex traditis per Paris. de Put. in tract. de syndic. verb. Iudices ad syndicandum qui sint, num. 6. 7. & 8. & in verbo, Officialis offensa, nu. 6. Guiller. de Cune. in l. Nulli; C. Quotiũ appell. non recip. Bald. in l. 2. in fine, & ibid. Salycet. vbi de ratione Corne. cõs. 132. col. 2. Bajard. ad Clar. quæst. 73. nu. 1. Farina. q. 19. nu. 34. Et propterea vbi Vicarius, seu Officialis Adulterium, Homicidium, vel Furtum commisisset, licet talia delicta non spectent ad Visitatorem, sed ad Iudicem ordinariũ, nihilominus ad ipsum Visitatorẽ spectarent, vbi talis Vicarius, Algutzirius, seu alius Officialis adulterasset, Homicidium, Furtum, vel aliud simile delictum commisisset, cõtemplatione officij, vt quia mulierem citari fecisset in curia, causa testimonij perhibendi, vel sub colore inquirendi delictum contra ipsam, & cum fauore officij, aut eius prætextu eam adulterasset, vel si litigaret in curia, & ea de causa fuisset adulterata, quia tunc vtiq; Visitator cognosceret, ex quo delictum esset commissum, non vt ab Officiali, sed prætextu, & occasione officij, ita not. Bald. Guillerm. de Cune. Paris. de Puteo. in locis allegatis, Crauit. super ritu magnæ curiæ 49. num. 27. & Bouadill. lib. 5. cap. 3. num. 120.

100 Vltimo, in alijs quam pluribus casibus tenentur Vicarij, Baiuli, & alij Officiales iurisdictionem exercẽtes, quos per te videre poteris apud Auil. in cap. 3. Prætor. in glo. Mandado, & in c. 43. Glo. No consientan, & latissimè per Bouadill. lib. 1. cap. 13. per tot, & per Mierem. in p. 2. cap. 21. coll. 9. fol. mihi 104. vbi loquitur de Algutzirijs, & eorum excessibus, & idem in capit. 31. coll. 10. vbi loquitur de Commissarijs, & in c. 31. coll. 6. vbi de salarijs Algutziriorũ, & idem in cap. 33. coll. 6, loquitur ne aliquid exigatur pro electione capitis excubiarum, & Subbaiulorum sub pœna ducentorum morabatinorum, & priuationis officij. Et demum in d. titu. de Cosas prohibidas als Officials, & in tit. de Algutzirs, & in Const. 4. & 5. incip. Ajustant tit. de Capturas, pag. 510. & in forma iuramenti per Vicarios præstandi, de quo loquitur Constit. incip. Aquesta es la forma del sagramẽt dels Veguers pag. 115. & Const. 9. eod. tit. de Veguers pag. 116. & per eundem Mier. p. 1. cap. 1. coll. 2. fol. 7. & c. 3. coll. 3. fol. mihi 33. vbi referuntur in dictis locis fere omnia, ad quæ Vicarij, Baiuli, & alij Officiales iurisdictionales ratione officij in iuditio tabulæ seu syndicat' rationem reddere tenẽtur. Quæ si omnia transcriberẽtur potius laboriosum quam subtile videretur, & cum melius, sit pauca dicere, quam multis inutilibus aures hominum prægrauare maxime cum à superfluis abstinendum sit l. In tanta, §. contrarium, C. de vet. iur. enuclean. l. Breuiter, ff. de Officio præf. Prætor. Ideo vt breuitati studeam ad dictas constitutiones in locis superius citatis te ipsum remittendum duxi.

(.$.)

CAPVT XVII.

DE IVDICIBVS, ET ALIIS INFERIORIBVS OFFICIALIBVS ORDINARIIS, DEQ. illorum Baratarijs, Cōcussionibus, Extorsionibus, Subornationibus, alijsq. per sordes, & dolum, imperitiam, & negligentiam, per eos in eorum officijs commissis.

SVMMARIVM.

1 *Officiales et Iudices imputãtur, de Baratarijs, concussionibus, extorsionibus, & subornationibus, nec nō de dolo, sordibus, et negligentijs.*

2 *Baratariā est permutare iustitiam pro pecunijs, aut alio interesse, seu respectu.*

3 *Iudex pecunia corruptus, iniquam proferens sententiam, dicitur Baratarius, & grauissimum scelus committit.*

Iudex, qui Baratariam committit, dicitur Proditor, & Fur.

5 *Baratarìa dicitur furtum.*

6 *Accusator quilibet admittitur, in crimine Baratariæ, quia repetundarum actio popularis est.*

7 *Reuelans Baratariam, seu Iudicis corruptionem debet habere præmium, si reuelatam corruptionem probauerit, & impunitate gaudet, etiā quod sit conscius, & particeps, ipsius Baratariæ.*

8 *Concussio aliud non est, quam subditos premere occasione dignitatis, vel officij, ab eisque pecuniam seu aliud per metum extorquere, & referuntur exēpla concussionis ibidē.*

9 *Extorsio, furtum, siue Baratarìa est, quoties aliquid datur Officiali siue eius familiæ, & ministris, eo scienté, pro iustitia administranda, vel aliquid contra iustitiam faciendo, vel aliter diffinitur, ibi nu. 10.*

11 *Iudex, qui submittit suum amicum ad alloquendū, et operandū cū accusato, vt pro absolutione ei pecuniam tradat, dicitur extortionem committere.*

12 *Iurisdictionem alterius vsurpando quis extorsionem committit.*

13 *Subornatio dicitur quotiescunq. Officialis aliquid petit, vel accipit a litigantibus non vi, sed sponte, & ratione doni accepti aliquid facit.*

14 *Baratarìa tunc committitur, quando Iudex pro iustitia facienda pecuniam accepit, quia non licet dare Iudici, vt iustitiam faciat; etenim venditio iustitiæ prohibita est, quinimo, & mortaliter peccat, qui pecunia accipit, vt iustā ferat sententiam,* vt

vt numero 15. & 16.

17 *Barataria committitur, quando Iudex aliquid recepit pro expeditione causa.*

18 *Causa Pauperis, Forensis, & antiquioris litigantis sunt prius per Iudices expediendæ.*

19 *Barataria committitur, quando Iudex donum accepit, licet ipse nihil promittat, & modo iustitiam, vel iniustitiam faciat.*

20 *Barataria etiam committitur à Iudice aliquid recipiēte à spōte dante.*

21 *Barataria committitur per Iudicem ex promissione indemnitatis, quam recipit pro sententia facienda.*

22 *Iudex Baratariam committit ex sola promissione, & illius acceptatione & assignatur ratio, num. 23.*

24 *Declara dūmodo promissio fuerit certa, & specifica de certa summa, aut re tradenda; secus vero si fuerit generalis, & incerta.*

25 *Baratariam committit Iudex non solum quando pecuniam accepit, sed etiam si aliā rem, vel commodum, seu vtilitatem sentiat.*

26 *Iudex Baratariā cōmittit, quādo eius filius a litigante beneficiū Ecclesiasticū absq. oppositione obtinuerit, vel eius filia ab ipso litigante fuerit dotata, vel monialis effecta.*

27 *Iudex Baratariā quoq. cōmittit vbi pecuniā recepit ab aliquid faciendū, licet postmodum non fuerit.*

28 *Affectus in crimine Baratariæ punitur, etiam quod non sequatur effectus, adeoq. vt re integra in eo; non est locus pænitentiæ.*

29 *Officialis attentans Baratariam punitur, etsi nō perficiat, vt puta si acceperit pecuniā, & non dum tulit sententiam, & assignatur ratio num. 30. Declara, vt num. 31.*

32 *Iudex recipiens pecuniam sub titulo venditionis, donationis, aut alterius cuiuscunque contractus præsumitur recepisse, sub velamento Barataria.*

33 *Iudex pecuniam mutuo recipiens a litigantibus Baratariam committit.*

34 *Baratariæ crimen tunc commissum dicitur, quando Iudici fuerit aliquod æs alienum remissum.*

35 *Barataria committitur, quando Iudex pecuniam, munera, seu alias res accepit non per se, sed per vxorem, filios, famulos, aut aliam interpositam personam.*

36 *Concussio committitur, per minas Potentis, per carcerem, & per metum violentum, & referuntur nonnulla exempla concusionis.*

37 *Concussio committitur per Officialē metum inferentem, non solum facto, sed etiam verbis.*

38 *Concussio, & terror semper per Officialem inferri præsumitur.*

39 *Concussio sine metu quandoque committitur cum mendacio, & referuntur exempla.*

40 *Extorsio, & subornatio, quibus modis committatur, vide remissiue.*

41 *Iudex per sordes iudicare dicitur, quando ad iudicandum mouetur, vel ex precio, seu præmio, vel ex-*

S 3 *presse*

presse seu gratia, vel ex odio seu inimicitia, vel ex timore.

42 Iudex dolo iniuste iudicans deliquit, contra Deum, contra Rempublicam, & contra partem litigantem, & ideo non solum tenetur parti ad interesse verum, & pœna arbitraria puniri potest.

43 Iudex, qui dolo iniustam protulit sententiam est infamis.

44 Iudex, qui dolo ad mortem condemnauit, & tradidit, tenetur, & ipse pœna mortis, secus si per imperitiam quia tunc mitiori pœna punitur, numer. 45.

46 Iudex per imperitiam male iudicans tenetur in syndicatu, & assignatur ratio, n. 47.

48 Iudex inferior, et pedaneus obnoxius est obseruare legem, nec quid minimum ab ea discedere.

49 Iudex, qui per imperitiam male iudicauerit, litem suam facit, & parti interesse soluere obligatur.

50 Iudex imperitur voluntarie assumus munus iudicandi, mortaliter peccat iniuste, & male iudicando, nam culpa est immiscere se in officio cuius incapax est.

51 Iudex adeo tenetur, vbi per imperitiam male iudicauerit, quod etsi pars contra quam fuerit pronuntiatum non appellauerit, eo quia noluerit, vel nō potuerit, nihilominus de imperitia tenebitur, & in syndicatu conueniri poterit.

52 Amplia vt etiam teneatur Iudex ex sententia per imperitiam lata, quamuis pars ab ea appellauerit, et appellationem non fuerit prosequuta, & ex eo appellatio deserta fuerit.

53 Iudex non admittens appellationem quam admittere debebat in syndicatu tenetur, & assignatur ratio num. 54. & etiam mortaliter peccat num. 55.

56 Iudex sicut tenetur male iudicans, ita si ex lata culpa iudicat, seu aliā iniustitiam faciat.

57 Iudex tenetur non solum quando contra leges iudicat, verum & quando contra communem Doctorum opinionem litem suam facit, & nam tunc parti ad interesse obligatur.

58 Iudex iudicans contra statuta tenetur in syndicatu: non aliter, ac si pronuntiasset contra leges.

59 Iudex non seruans consuetudinem, & contra illam iudicans in syndicatu tenetur.

60 Iudex sine causa delinquenti pœnam minuens, aut augens in syndicatu punitur.

61 Iudex relaxans carceratum non relaxandum, ad quid teneatur, tam in causa ciuili, quam criminali.

62 Iudex, qui in contractu minorum interponit decretum, quomodo teneatur, & adquid.

63 Iudex non relaxans carceratum sub fideiussore in casu quo de iure relaxare debebat in syndicatu tenetur.

64 Iudex, qui relaxat carceratum sub fideiuſ-

fideiussore tacite cēsetur declarasse animum suum fuisse se non velle aliam imponere pœnam quam pecuniariam.

65 *Carceratus, qui sub fideiussoribus à carceribus venit relaxandus, si fideiussores non inuenit, & loco illorum pignora offerret tenetur, Iudex vbi illum non relaxauerit.*

66 *Carcerati in quibus casibus fideiussoribus sunt relaxandi, vide remissiue.*

67 *Iudices tempore feriarum solemniū paschatis, & Natalis Saluatoris nostri plures carceratos relaxare debent dummodo non sint nominati ibidem n.68.*

69 *Iudex relaxans carceratum sub fideiussore non idoneo tenetur de suo, in syndicatu vbi carceratus relaxatus recarserari non potuerit.*

70 *Iudex tenetur de retardata iustitia, quando moram facit in iudicando de die in diem, & assignatur ratio nume. 71. quæ confirmatur, pluribus sacræ paginæ auctoritatibus, & alijs num.74.*

75 *Iudex de neglecta, seu denegata iustitia tenetur quando requisitus à parte obmutescit, & non respondit, vel non facit id quod tenetur, vel differt supersedendo.*

76 *Iudex dissimulans interloqui vbi debet iustitiam negligit.*

77 *Paria sunt iniustitiam facere, & iustitiam denegare, & negligenter administrare.*

78 *Iudex quando dicatur iustitiam denegare.*

79 *Iudex nollens recipere testes iustitiā denegare dicitur, & parti ad interesse tenetur.*

80 *Repulsam testium denegare est defensiones denegare, & assignatur ratio n.81.*

82 *Iudex ex officio tenetur recipere testes pro defensione rei aliàs in syndicatu tenetur, & traditur ratio num.83.*

84 *Princeps non potest etiam de absoluta potestate tollere defensionis quia peccaret.*

85 *Iudex non recipiens defensionem rei vsque ad calculum ferendæ sententiæ in syndicatu tenetur.*

86 *Appellatio sicut datur à breui dilatione ita fortius à denegato termino ad probandum.*

87 *Iudex non pronuntians infra terminum a statuto, seu lege præfixum punitur, & ansit necessaria partis instantia, & requisitio, & quotuplex num.88.*

89 *Iudices soliciti, & diligentes esse debent in causarum expeditione, quia negligentia iudicis dicitur lata culpa, & dolo æquiparatur, & pro ea in syndicatu tenentur, & assignatur ratio num.90.*

91 *Negligentia dicitur peccatum mortale præcipue vbi fuerit magna dissoluta, & dolo proxima, & tunc criminaliter punitur.*

92 *Iudex propter dolosam negligentiam*

incurrit

incurrit infamiam.

93 Iudex negligens magis puniri debet, quam male iudicans, & assignatur ratio, num. 94.

95 Sacerdos tenetur vbi ex sua negligētia, vel culpa infirmus mortuus fuerit sine confessione.

96 Negligentiæ casus plures referuntur remissiuè.

97 Iudex partem grauare, & in dolo, & calumnia esse dicitur, quando inquirit nullis præcedentibus legitimis, vel leuissimis indicijs, quo casu in syndicatu tenetur.

98 Iudex procedens ad capturam contra aliquem sine legitimis indicijs, & sic ex abrupto, & sua propria ceruice in syndicatu punitur, & assignatur ratio nu. 99. quæ ampliatur in atrocissimis delictis nu mer. 100.

101 Captura non iustificatur, ex inditijs superuenientibus post capturam, si tempore capturæ nulla aderant inditia.

102 Iudex ex iniusta captura tenetur pœna arbitraria, etiam quod postea inquisitum absoluerit, vel sub fideiussoribus relaxauerit, nu. 103. 104. & 106. vbi traditur decisio Regiæ Audientiæ.

105 Iudex Ecclesiasticus iniuste excommunicans, licet absoluat, tenetur ad interesse.

107 Iudex tenetur in syndicatu vbi pro leui delicto Officialibus suis mandaret, vt reum caperent viuum, aut mortuum, & quæ concurrere debeant, vt similia mandare possit. num. 108.

109 Iudex tenetur in syndicatu quando sine legitimis indicijs concludenter probatis procederet ad capturam contra Doctorem.

110 Doctores non carcerantur pro omni crimine, nisi sint valde inditiati: quia contra eos debet procedi cum maiori temperamento quam contra alios.

111 Captura contra virum clarissimum decerni non potest, nisi præcedat talis probatio, quæ fere sufficiat ad condemnandum.

112 Limita vt non procedat vbi timetur de fuga.

113 Doctor suspectus de delicto, vbi illud leue fuerit, carcerari non debet, sed eius causa extra carceres, præstita cautione, vel iuratoria cautione est decidenda.

114 Delictum licet excludat omnem honorem id procedit, vbi est probatum, & non ante, ac ideo vbi Officialis, & habens dignitatem fuerit accusatus, & inquisitus interim dum causa agitur retinet honorem, & dignitatem.

115 Decurio prosequutus de falso pendente processu decurio est.

116 Causa Doctoris, vel alterius viri indignitate constituti tractatur extra carceres, & ipsi sedent cum iudice in loco tamen inferiori.

117 Iudex, qui indebitè aliquem possunt

in tortu ad quid, & quomodo teneatur, & puniatur.

118 *Iudex tenetur in syndicatu, & partem grauare dicitur, quando contra eam inauditam sententiam tulit.*

119 *Iudex pœna capitis punitur, vbi iustum occidit.*

120 *Iudex opprimere dicitur, quando Pauperibus, Viduis, Orphanis, & alijs miserabilibus personis in dubio fauorabilis, & protector non est.*

121 *Iudex, Aduocatus, & Procurator, non possunt etiam loco pignoris retinere processum, & illum restituere recusantes partem grauare, & opprimere dicuntur.*

122 *Iudex in syndicatu an teneatur, vbi copiam allegationis iuris vnius partis, alteri aduersæ dederit, seu communicauerit.*

123 *Restitutio de male ablatis facta per iudicem tempore syndicatus non excusat illũ in crimine barataria.*

124 *Limita vt non procedat quando restitutio, & solutio fit ante sententiã cũ protestatione, quia tunc illũ excusat, & visitator tenetur illã admittere, vt num. 126.*

125 *Oblatio rei, quæ in iudicio petitur, facta per reum lite pendente illum liberat ab obseruatione iudicij.*

127 *Iudex, seu Officialis ad restitutionẽ rerum male ablatarum in visita condemnatus non potest amplius ad simile officium aspirare.*

128 *Amplia vt idem procedat de iure municipali Cathaloniæ.*

129 *Declara vt intelligatur, vbi Officialis seu Iudex condemnatus fuerit, propter aliquam baratariam, aut aliam magnam culpam, aliter secus vt ita censuit Regius Senatus Cathaloniæ num. 130.*

---

1 QVIA quandoque isti inferiores Iudices, & Officiales malo ac pernicioso nostræ ætatis tẽpore solent, quamplurimas baratarias, concussiones, extorsiones, & subornationes in eorum officijs committere: & exinde iniustitias, & grauamina subditis, & maxime litigantibus inferre: Ideo censui pro faciliori cognitione prius explicare, quid sit Barataria, quid concussio, quid extorsio, quidue subornatio, quomodo, & quando dicatur Baratariam, concussionem, extorsionem, & subornationem fieri, ac etiam explicare quando Iudices dicantur per dolum sordes, & imperitiam iudicare, & litem suam facere, nec non, & in eorum officijs negligentes esse: ita vt pro prædictis in visita seu syndicatu teneantur, & puniri valeant.

2 Quo ad primum dicas, quod Barataria est, baratare, seu permutare iustitiam, pro pecunijs, aut alio interesse, seu respectu, sic colligitur ex text. in l. 2. §. sed si dedi iunct. glos. in verb. Hodie, circa finem. ff. de condict. ob turp. causam l. 1. & ibi glos. in verb. Accepit, ff. ad l. Iul. repetund. Angel. de

de syndicat. numer. 4. Amod. in similib. tractat. numer. 163. in princip. Paris. de Pute. in verb. Barataria, cap. 10. num. 1. & 8. Boss. in tit. de Official. corrupt. nu. 1. Menoch. de arbitr. casu 342. num. 18. Et hinc Barataria dicitur, à verbo barato, baratas, pro vt sic not. Auiles in cap. 1. Prætor. glos. Donation num. 37. fol. mihi 60. Quia Iudex recipiendo pecuniam, seu aliquid aliud dicitur baratare, & permutare iustitiam, cum eo, quod recepit, sicut recipiens aliquid pro dando beneficio, dicitur vendere beneficium. Amode. de syndicat. versic. quinto, num. 163. 164. & 165. Anton. Rondinel. de syndicat. Official. num. 65. Hæctor. Emil. in tractat. de testibus, in rubric. testis (Baratariam deponens) num. 1. & sequent. Bertazol. consil. 71. num. 6. & sequent. & consil. 31. num. 1. in fine, Ioseph. de Sesse. in suo

3 responso de syndicat. num. 7. quibus in locis concludunt prædicti DD. quod Iudex pecunia corruptus iniquam proferens sententiam, dicitur baratarius: eo quia propter pecuniam iustitiam baratat, & sic grauissimum scelus committit: quia facit contra Deum, contra iustitiam, contra debitum sui officij, contra humanam naturam, & ideo nec timet Deum, nec homines reuereretur vt dicit glos. in cap. 1. in fine in verb. In tot, de re iudic. in 6. & ibi Hostien. nu. 17. in fine Ioan. Monach. num. 15. Berberin. pract. part. 1. rubr. 13. de lege Iul. repetund.

4 Vnde Proditor dicitur, qui baratariam committit Hieron. Giga. de crimine læsæ Magestatis tit. de proditoribus quæst. 2. Bajar. ad Clar. quæst. 73. nu. 19. & fur dici potest, quia bara-

5 taria furtum dicitur. Tiber. Decian. in tractat. crimin. lib. 8. cap. 33. num. 10. Grammat. consil. 358. Auiles in dict. cap. 1. Prætor. glos. Dadiuas, num. 28. prope finem fol. mihi 58. vbi, quod verbum furtum in ista materia intelligitur pro pecunia clam in nomine baratariæ accepta, detestabile adeò est huiusmodi corruptionis, & baratariæ cri-

6 men, quod vnusquisque admittitur ad accusandum, quia repetundarum actio popularis est. Secundũ glos. in l. 2. vers. & hoc casu, ff. ad l. Iul. repetund. l. iube-

7 mus in princi. verb. Si quis. C. ad l. Iul. repetend. vbi Imperator gloriam, & præmium promittit etiã extraneo crimen hoc contra Iudicem reuelanti, qui nimo etsi reuelans sit ille, qui corrupit conscius, aut particeps, parcitur ei, si reuelatam corruptionem probauit: quia alias nunquam sciretur delictum, & illud remaneret impunitum iux. glos. in l. 1. in verb. amittat C. de pen. iud. qui mal. iud. Authent. nouo iure in princ. & ibi glos. in verb. Moretur, C. eod. Pute. de syndicat. in verb. Corruptio, cap. 1. nu. 1. Decian. in dict. tract. crimin. lib. 8. cap. 37. num. 17. & cap. 40. num. 5. plures alios refert Farina. quæst. 111. num. 191. & 192. cum seqq.

8 Concussio autem nihil aliud est, quã subditos præmere occasione dignitatis, vel officij, ab eisque pecuniam, seu aliud per metum extorquere: hoc enim proprie significat verbum concutere, quod est intimorare, pro vt hæc, & similia habentur per glos. in l. 1. in verb. Ablatum, & ibi Bart. in princip. in 1. quæst. ff. de concussio. Turrecrem. in cap. vendentes num. 2. 1. quæst. 3. Bonif. de Vital. in tit. de concussio. num. 1. vbi concussionis crimen à minante committi affirmat latius per Paris. de Puteo de syndicat. verb. Iudices, cap. 7. in princ. vbi, ponit exemplum, quando Iudex minatur de carcerando, vel grauando: nisi quis pecuniam dederit, dicitque concussionem appellari extorsionem pecuniæ, per vim, & num. 2. pariter dicit, concussionem dici quasi intimorationem, & quod tunc Officialis committit concussionem quando per metum infert, vt pecuniam extorqueat & num. 3. & sequent. ponit plura exempla in quibus Officialis incutiendo metum, pecuniam extorqueat. Ex quibus

apparet

apparet non dari propriè concussionē, sine illatione metus, Iodoch. in practica. crimin. cap. 129. rubric. de Concussio. num. 2. vbi quod concessio directe spectat ad illum iudicem, qui partem litigantem concutit, vel persuationibus terret, & inducit ad sibi dandum munera, aut pecuniam pro iustitia facienda, Grammat. consil. 51. num. 13. & seq. Tiber. Decian. in tractat. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 24. vers. Propria autem concussio dicitur.

9 Extorsio, furtum, siue Baratatia est, quoties aliquid datur Officiali, siue eius familiae, & ministris, eo sciente, pro iustitia administranda, vel aliquid cōtra iustitiam faciendo: quia significatio huius verbi extorsio est plena, l. si senio. in verb. Extorquere. ff. de haered. instit. Pute. de syndicat. in verb. Electio Officialium, num. 4. & latè post longam examinationem, tenet Boss. in titul. de

10 Official. corrup. num. 1. & 2. Vel aliter extorsio dicitur quando Officialis indebitè aliquem vexādo pecuniam ab eo, recepit: ita videtur probari in l. quod euitandi, & ibi glos. 1. in verb. Competentem, C. de condict. ob turp. causam: ex quo colligitur, quod tunc propriè dicitur extorsio, quando est accepta pecunia, vt est text. in l. 3. ff. quod met. caus. loquendo in Officiali ibi: *Si fortè mortis, aut verborum terrore, pecuniam alicui extorsit*. Ita loquuntur ibi, Guil. de Cuno. Angel. & Alber. Et de istis extorsionibus, & subornationibus tractant diuersae leges, ff. & C. ad l. Iul. repetund. & alibi. Sed omnes, quando est accepta pecunia, quia quando non est accepta, est concussio simplex, & sic differt extorsio à concussione, quia concussio propriè dicitur, vbi infertur metus, vt proximè diximus, extorsio autem datur, etiam quod Iudex metum non inferat, dummodo vt pecuniam extorqueat, à subditis illum indebitè inquietet, pro vt benè declarat Iacob. Butrig. in dict. l. quod euitandi, versic. Dic ergo, Pute. de syndicat. verb. Iudex, cap. 7. num. 1. & 7. & sequent. Angel. in l. si ab eo, ff.

11 de calumnia, vbi loquitur de iudicibus qui submittunt aliquem eorum amicum, vt loquatur cum accusato, & operetur, vt pro absolutione Iudici pecuniam tradat: Nam & hoc etiam casu dicitur extorsionem fieri, similiterque committitur quotiescunque quis vsur-

12 pat alterius iurisdictionem, quia capit sibi iura competentia alteri Officiali, vt probat Ioseph. Cumian. in practic. de syndicat. cap. 8. nu. 23. & in casu de quo loquitur Mastril. de Magistrat. lib. 6. cap. 8. num. 27. Vantius de nullit. ex defectu. iurisd. num. 43. Ioann. Philipp. Tessay. allegat. 9. num. 217.

13 Subornatio autem tunc verificatur, quando Officiales seu Magistratus subornati aliquid faciunt, vel recipiunt iura vltra solitam taxam, non vi: sed à sponte dantibus: nam non solum aliquod donum: sed nec quid minimum recipere debent, aliàs dicuntur subornati: ita Ioseph. Cumian. dict. cap. 8. numer. 13. Mastril. dict. cap. 8. numer. 11. Ideoque quotiescunque Officialis aliquid petit, vel accipit, a litigantibus, vel sub sua iurisdictione existentibus, per se, vel per submissas personas dicitur subornatus, & subornationem committere, ad text. in Authent. sed nouo iure. C. de pen. Iud. qui mal. iud. l. fin. C. ad l. Iul. repetund. l. 1. ff. eod. Gram. consil. 35. Pute. de syndicat. verb. Potestas, post princip. Mastril. dict. cap. 8. num. 26.

14 Et quia hucusque vidimus, quid est Baratatia, concussio, extorsio, & subornatio: sequitur nunc videre, quibus modis huiusmodi crimina committātur, pro illisque Iudices, & Officiales teneantur primum namque committitur Baratatia, & pro ea teneantur, quādo scilicet Iudex pro iustitia facienda, & sic iustam sententiam proferendo

do pecuniam accepit, quia non licet da
re Iudici, nec Iudicem recipere, vt iu-
stitiam faciat. Secundum Bart. in Au-
thent. sed nouo iure numero 3. C. de
pen. Iud. qui male iud. per text. in Au-
thent. vt litigantes circa princip. & fa-
cit text. in l. 2. §. sed etsi dedi, ff. de con-
dict. ob turp. causam vbi, quod adhuc
corrumpere videtur Iudicem, qui pe-
cuniam illi dedit, vt in bona causa pro-
15 nunciet. Et ibi notat. Bal. col. 1. in prin-
cip. & Alber. numer. 2. dicit, quod mor-
taliter peccat, qui pecuniam recepit,
vt iustā ferat sententiam: quia quando
quis tenetur aliquid facere gratis, si pe-
cuniam recepit, iniustè recepit, capit.
qui rectè 11. quæst. 3. ibi. *Qui enim re-*
ctè iudicat, & pretium remuneratio-
nis expectat fraudem in Deum perpe-
trat quia iustitiam, quā gratis imparti
ri debuit, acceptione pecuniæ vēdidit.
Non enim iustitiæ opera venalia sunt,
cum nemini liceat iudicium iustum,
vel iniustum vendere, c. non licet 11. q.
3. c. lex Iul. 14. q. 5. c. cum non ab homi
16 ne de vita, & honesta. cleric. Quinimò
venditio iustitiæ prohibita est, iure na-
turali: & diuino iuxta illud Matthæi 10.
Gratis accepistis, gratis date. Re-
latum in capit. gratia 1. quæst. 1. Hinc
M. Tull. lib. 1. de legib. Scriptum relin-
quit iniustissimum est, iustitiæ merce-
dem quærere, cum iustitia debeat esse
gratuita: vnde clarè apparet Iudicem
Baratariam committere, & pro ea in
syndicatu teneri, dum aliquid accepit
etiam, vt iustam sententiam proferat,
vt notant Paris. de Pute. de syndicat.
verb. Iudex, cap. 2. num. 11. & verb. Cor
ruptio, capit. 1. num. 10. & capit. 5. num.
4. Cyrill. in summa crimin. rubric. 33.
de pen. Iud. qui mal. iud. §. final. num.
5. Grammat. consil. 35. numer. 3. Boss.
instit. de Official. corrup. numer. 1. &
2. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 342.
numer. 19. & sequent. Decian. in tract.
crimin. lib. 8. capit. 35. numer. 8. Mas-
card. de probatio. lib. 1. conclusion. 364.
numer. 2. 6. & 7. & conclusion. 453. nu-
mer. 3. & nouissimè Mastril. in tractat.
de Magistratib. lib. 6. capit. 8. numer.
36.
17 Secundo committitur etiam Bara-
taria, quando Iudici aliquid datur, vt
celeriter causam expediat, & iustitiam
celeriter administret, quia liceat de-
beat prius expedire, & declarare cau-
sam Pauperis, & Forensis, & antiquio-
ris litigantis, vt in capit. in primis 2.
18 quæst. 1. Nihilominus hanc celerita-
tem, & expeditionem causarum fieri
tenetur, absque aliqua mercede, seu in-
teresse. & ideo vbi illud recepit Bara-
riam committit, notant. Cathaldin. de
syndicat. quæst. 98. Boer. decis. 153. nu-
mer. 2. post multos, quos allegat sequi-
tur Menochius dict. casu 342. nume-
ro 26. Bouadill. dict. lib. 2. cap. 11. nu-
mer. 39. Mastril. dict. lib. 6. capit. 8. nu-
mer. 54.
19 Tertiò committitur Barataria, quā-
do Iudex datum accepit, licet ipse ni-
hil promittat, & modo iustitiam, vel
iniustitiam faciat: si enim iniustè iudi-
cat, accipiendo promisisse videtur se in
iustè iudicaturum. Pute. in dict. verb.
Corruptio, cap. 1. Grammat. dict. con-
sil. 35. n. 5. Boss. tit. de Official. corrup.
versic. Quando etiam, Menoch. dict. ca-
su 342. num. 27. Maticnso de relatore
3. part. cap. 36. num. 1. Boer. dict. decis.
153. num. 33.
Quarto committit Iudex Baratariā
20 quando à sponte dante, vel soluente pe
cuniam recepit Put. d. verb. Corruptio,
cap. 3. nu. 2. & n. 5. ad med. vers. Officia-
li nihil licet, Cyrill. in summa crimi-
nal. dict. rubr. 33. de pæn. Iud. qui mal.
iud. num. 5. ad finem, vbi facit generalē
conclusionem dicentem, paria esse, co-
gere aliquem, ad dandū, vel sponte dā-
te, illicitum recipere: vtroq. enim casu
est par pæna, iuribus ibi per eum allega
tis, Minsinger. obser. 75. n. 1. cent. 2. vbi
exornat,

exornat,& comprobat hanc conclusionem, & eam declarat Menoch. de arbitrar. dict. casu. 342. in addit. nuper editis numer. 4. & sequent.Decian. in dict. tractat. criminal. lib.8. capit.40. num.6.

21 Quintò, committitur quoque Barataria per Iudicem ex promissione indemnitatis, quam recipit pro sententia ferenda,vt distinguendo trad. Bar. in l. si quis vxori.§. si fugitiuus, ff. de furt.quem declarat,Roman. in l. 1. nu. 8.ff.de condict.ob turpem.causam. Paris. de Put.in dict. verb.Corruptio,cap. 3.num.1.Decia.dict.lib.8. cap.35. num. 12.Mastril.dict.lib.6.cap.8.n.55.

22 Sextò, ne dum Iudex corruptus dicitur,& Baratariam committit, ex traditione pecuniæ: verum etiam ex sola promissione,& illius acceptatione, pro vt est text. in dict. Authent. sed nouo iure,C.de pœn.Iud.qui mal. iudic. ibi: *Dedisse alicui , vel promisisse.* Et Paulo infra in §.1.ibi. *Qui accepit, vel promissione suscepit.* Amode. de syndicat.num.165. in fine. & 166. vbi ampliat siue promissio sit acceptata, siue etiam non acceptata, & non recusata, Paris. de Pute. in simili tractat. in verb. Barataria,post num.4.& in verb. Corruptio,cap.1. numer.6.Grammat. dict.consil.35.numer.6. & 8.Bajard.ad Clar.quæst.73. numer.23.vbi,quod solum pactum sufficit,Mastril. de Magistrat.lib.6. cap.8.num.52. Menoch. de arbitrar.dict. casu.342. num.28.& 29.

23 Vbi rationem assignat dicens, quod dare ,& promittere ratione effectus, non differunt; cum omne promissum sit debitum, allegat. text. in l. vltim. C. ad l. falcid. sequuntur Decian. dict. cap.35.num.11. & capit. 40. numer.8. Mascard.dict. lib. 1. conclus.453.num. 5.& sequent. Petr. Gregor. de syntagmat.iur.3.part.lib.36. capit.28.numer. 6. Auiles in capit.1. Prætor,glos. Promessa , Matienço de relatore 3. part.

24 capit.26.numer. 1. versic. Sexto. Quæ conclusio est intelligenda, dummodo promissio fuerit certa , & specifica de certa summa , aut re tradenda , secus, verò si fuerit generalis,& incerta:tunc si ob id Iudex non iniquè pronuntiet, sed iustitiam faciat non tenetur de barataria , quamuis generalis illa ,& incerta promissio præcesserit sententiam,secundum Boer. dict. decis. 153. numer. 34. & 35. & 37. Vbi simplices vocat illos Iudices, qui credunt suationibus partium, & generalibus promissionibus, quæ promittentem non ligāt Decia. dict.tract. crimin.lib.8.cap.40. num. 18.

25 Septimo committit etiam Baratariam Iudex, non solum quando pecuniam recepit, sed etiam si aliam rem accepit,vel inde aliud commodum,seu vtilitatem sentiat. Bald.in l. 1. num. 8. in fine versic. Et dicitur venalis, C. de pœn.Iud. qui male iudic. Pecuniæ autem appellatione in materia de qua agitur , venit omne id, quod pro pecunia accipitur , pro vt fere ad litteram dicit text. in l. 1.§. pecuniam autem,ff.de Calumnia; Ibi Bart. declarat pecuniæ appellatione venire omne cōmodum,& Bald. in 3. & 4. notabili dixit, quod appellatione pecuniæ omnis vtilitas continetur,Odofr.num.1.Pute. dict.verb.Corruptio,numer.3.Neuiza. in Sylua nuptial. lib. 5.rubric. quomodo iudicandum, numer. 101. ad med. Grammat.dict.consil.35.numer.8.Bertrach. in reperto. in verb. Corrumpens Iudicem,numer.15.Menoch.de arbitrar.dict.casu 342.in addit.numer.2. Mascard. dict. conclus. 164. numer. 4. ad med. & conclus. 453. numer. 10.

26 Octauò ex prædictis infertur , quod vbi filius Iudicis receperit à litigante, aliquod beneficium Ecclesiasticū absq. oppositione,& seu eius filia ab ipsomet

T litigante

litigante fuerit dotata, aut monialis effecta, aut aliud quodcunque beneficium, seu commodum eidem Iudici, vel suis obuenerit. In dictis casibus, & eorum quolibet censetur fuisse barata-riam commissam, ex text. in l. 1. §. fin. & l. 3. ff. de Calumnia. ibi, & generaliter si quid omnino compendij sensuit propter hoc, l. Iubemus, C. ad l. Iul. repetund. Iacob. de Bellouis. in Au thent. vt Iudices sine quoquo. §. & si quis autem, Matienso in dialogo relatoris 3. part. cap. 25. numer. 1, versic. Septimo, Decian. dict. lib. 8. cap. 35. nu. 7. & in terminis notat. Bouadill. lib. 2. cap. 11. num. 54.

27 Nonò comittit Index Barata tiam, quando pecuniam accepit, ob aliquid faciendum, etiam, quod non fecerit id quod facere promisit text. est in l. generaliter. §. si igitur, ff. de Calumnia ibi; *Si igitur accepit, vt negocium faceret, siue fecit, siue nõ fecit tenetur, & qui accepit ne faceret, & si fecit te-*
28 *netur.* & ibi glos. in verb. Siue non fecit. Nota puniri in hoc crimine propositum, licet non sequatur effectus, & ibi Bald. in fi. testatur fuisse determinatum Florentiæ contra quendam, qui in officio commiserat barataríam, & re integra penituerat, & hæc penitentia sibi non profuit
29 Amodeus de syndicat. num. 176. vbi quod Officialis attentans barataríam punitur, etsi non perficiat, vt puta si accepit pecuniam, & nondum tulit sententiam Pute. in dict. verb. Barataria, numer. 4. vbi, quod in hoc crimine Baratariæ non habet locum pœnitentiæ re integra: nisi reuelet, Rondinel. de syndicat. Official. num. 58. vbi, quod non excusatur Iudex si pœniteat Baratariam commisisse; quibus adde. Roman. singul. 332. incip. Iudex capiens pecuniam Boer. dicis. 153. numer. 22. Grammat. dict. consil. 35. numer. 7. vbi de Iudice, qui pœnitens facit contrarium eius, quod promisit, Bajard. ad Clar. quæst. 73. num. 22. Menoch. de arbitrar. dict. casu 342. numer. 30. & sequent. Decian. dict. lib. 8. cap. 40. numer. 10. Mascard. de probatio. lib. 1. concl. 764. n. 8. & concl. 453. n. 7. vbi ait hoc procedere, etsi Iudex non perfecerit barata-riã; sed solum illã aggressus sit, vt quia accepit pecuniam, & non dum tulit
30 sententiam, quorum Doctorum ratio in eo siquidem fundari videtur: nam eo ipso, quod Iudex pecuniam recepit delictum est perfectum, siue faciat, siue non id, quod promisit, ac ideo in omni casu tenetur, cæterum diuer-
31 sum erit, si non receperit pecuniam, quia tunc potest præsumi Iudicem hoc facere ad effectum reuelandi, & puniendi corrumpentem, quod Iudici facere licet Gomez. super ll. tauri 80. numer. 67. Minsinger. centur. 6. numer. 67. Auiles in capit. 51. Prætor. verbo. Incurra, & Ioannes Philipp. Testay. allcg. 9. num. 116.

32 Decimò similiter non licet Iudici recipere pecuniam sub titulo venditionis, donationis, aut cuiuscunque alterius contractus, nam tunc eo magis hæc omnia videntur facta in fraudem, & pro velamento Baratatiæ text. est in l. fin. C. ad l. Iul. repetund. in illis verbis ibi: *Aut dationis, donationis titulo, aut alio velamento cuiuscunque contractus*. Grammat. dict. consil. 35. numer. 8. Iacob. Petr. Imol. consil. 94. numer. 9. quia Barataria committitur quomodocunque Officialis pecuniam recipiat, vt notat. Paris. de Pute in dict. verb. Barataria, nu. 4. in fine. Hinc dicitur, q nõ potest Officialis ex debitis, & gestis ante officiũ, aliquid capere durãte officio nisi debita

clare

clare pateant. Archidia. in cap. per teſtes 11. q. 3. Pute. in verb. Officiales non poſſunt. Boſſ. in tit. de Official. corrup. num. 4. Purpur. conſil. 369. nu. 44. lib. 1. Maſcard. d. concluſ. 164. n. 16. Anto. de Ball. lib. 6. q. 4. nu. 8. ſubdens rationem eſſe, quia ſemper præſumitur datum contemplatione officij ob vicinitatem actus.

33 Vndecimò, ex proximè dictis infertur, quod Iudex recipiens pecuniam à litigantibus, ſub nomine mutui Baratariam committit ſecundum Bald. in l. venales in fine. numer. 5. C. quand. prouo. non eſt neceſſ. Amodeus de ſyndicat. num. 166. Put. in dict. verb. Barataria, numer. 4. & in verb. Corruptio, capit. 3. numer. 1. & in verb. Præſumptio. Officialis, capit. 1. poſt numer. 2. Grammat. dict. conſil. 35. num. 8. verſ. Item committitur hoc crimen ſi iudici fuerit aliquid mutatum. Vant. in tit. de nullit. ex defectu proceſſ. ſiue ordinis n. 138. in fine verſic. Quid in mutuante Menoch. dict. caſu 342. num. 3. Decian. dict. lib. 8. cap. 35. nu. 7. & 23. Maſcard. dict. concluſ. 164. num. 4.

34 Duodecimò commiſſum hoc crimen Baratariæ dicitur, quando conſtat, quod Iudici fuerit aliquod æs alienum remiſſum ex text. in l. 2. & l. 3. ff. de Calumnia. *Nihil enim refert, qua ex cauſa improbitas, vel corruptio Iudicis detegatur: quia in delictis non attenditur modus, ſed effectus, per id, quod obſeruauit*, Vlpian. in l. 1. §. occiſſorum. ff. ad Sylla. & in terminis iſtis eſt contextus inſignis in l. Iubemus, C. ad l. Iul. repetund. per quẽ ita ſentit Iacob. de Belleuiſ. in §. ſi quis autem in Authent. vt Iudic. ſine quoquo ſuffrag. 2. collat. Grammat. conſil. 35. num. 8. vbi loquitur de relaxatione debiti iudici facta. Menochius de arbitr. dict. caſu 342. numer. 33. vbi etiã de remiſsione debiti, & ibi in additis per eum editis Maſcard. dict. concl. 453. num. 8.

35 Decimo tertio committitur etiam Barataria, quando Iudex pecuniam ſeu alias res, ac etiam munera accepit, non per ſe, ſed per interpoſitam perſonam, tunc enim dicitur actum, magis factum fuiſſe in fraudem legis, dict. l. final. C. ad l. Iul. repetund. in illis verbis ibi: *Siue per ſe, ſiue per interpoſitam perſonam*, l. 2. ff. de Calumnia ibi: *Nec refert ſi quæ pecuniam acceperit, an alij dari iuſſerit, vel acceptum ſuo nomine ratum habuerit.* Amodeus de ſyndicat. numer. 169. qui loquitur in pecunia data vxori Officialis de eius mandato. Ioann. Berb. in practica. part. 5. rubric. 13. num. 2. verſic. Nec excuſantur: vbi de Iudicibus recipientibus per medium ſuorum ſeruitiorum. Cyrill. in ſumm. crimin. rubri. 33. de pœn. Iud. qui male iudica. §. fin. numer. 4. in princip. vbi de pecunia data non Iudici, ſed alteri, iudicis iuſſu, aut poſt dationem, ratificatione ſequuta. Neuizan. in Sylua nuptial. lib. 5. rubric. quomodo iudicandum num. 98. in fine, verſicul. Alij ſunt, vbi ponit exemplum, de alijs Iudicibus, qui faciunt, vt eius filij, ſeu vxor munera capiant Iacob. Portol. Imolen. conſil. 94. n. 10. vbi pariter de pecunia recepta ab vxore, ſeu altero de mandato Iudicis de quo etiam per Bajard. ad Clar. quæſt. 73. num. 28.

36 Decimo quarto, concuſſio vltra ea quæ ſupra numer. 8. diximus committitur, tripliciter videlicet per minas potentis, per carcerem, & per metum violentum, ita Bald. in l. nam ſeruius ff. de nego. geſt. & in titul. de pace iuram. firm. §. item ſacramenta in vſib. feud. Ioſeph. Cumian. de ſyndicat. cap. 8. num. 11. veluti ſi Iudex dixerit ſubdito carcerabo, vel te grauabo niſi mihi tantam pecuniam dederis,

l.si quis concusserit vbi glos.ff.de Concussio. l. Iubemus, C. ad l. Iul. de vi. l. illicitas §. illicita, & §. ne tenuis, ff. de Offic. præsid. Vel relaxabo tibi talem pœnam, in quam ille non inciderat, glos. singularis in l. 1.ff.de Concussio, quod concussionis crimen: non solum incurrit Præses, seu Iudex, aut alter Officialis, qui metum concutiendo, pecuniam extorquet, sed etiam alter Inferior Officialis dicti Præsidis, qui ipsius simulato iussu metum incutit, & pecuniam extorquet dict. l. 1. ff. de Concussio, & ibi glos. 1. ponit exemplum in Nuntijs, qui simulantes se habere in mandatis à Præside aliquem capiendi, cùm tale mandatum non habeat, faciunt sibi dari pecunias, à capiendo, sequitur ibi Bart. in princip. Pute. de syndicat. verb. Iudex, capit. 7. nume. 5, Iodoch. in practic. crimin. cap. 29. rubric. de Concussio. num. 5. vbi ponit exemplum in promotore fiscali, qui per metum à muliere pecuniam extorquet, minando, quod nisi pecuniam dederit faciat ipsam citari pro adulterio, Decian. in dict. tractat criminal. lib. 8. capit. 35. numer. 24. ad med. nostras Mieres part. 2. capit. 16. collat. 3. fol. mihi 25. vbi inquit, quod Carcerarius, & Custodes carceris, alijque curiales de concussione tenentur: dum terrent reum captum, comminando, quod non potest euadere pœnas corporales, & tormenta, & quod diutius detinebitur, & quod nolunt dare ad manuleutam, & quod peius est, nolunt recipere depositionem, nec dicere ei, cur captus sit, nisi prius offerat pecuniam fisco, & sic de alijs infinitis modis concussiendi, & extorquendi pecunias, dicentes, & referentes, melius est nobis pecunias habere, quam punitorum corpora in patibulis pandere, & ad eas consequendum vtuntur illo vulgari dicto, *Longas dilacions, cadenas, y grillons fan hauer grossas composicions*. Hæc ille, quod vulgare dictum dum hæc scriberem intellexi, & mihi relatum fuit, per quendam insignem Doctorem, se vidisse in quibusdam curijs Baronum iniuste practicari in quibus vassalli per multum tempus pro leuibus delictis detinentur capti in carceribus subterraneis cum manicijs ferreis, cyppis, & cathenis, etiam à terra in altum eleuati; quo vsque ab eis extorquent pingues compositiones, & pecunias, quas sub colore, quod illas deseruire debent pro operibus pijs, conuertunt postmodum in proprios vsus, quod si ita fit, quid de istis iniquis Iudicibus euenturum sit, solus Deus, qui æterno tribunali præest nouit.

37 Decimò quinto, committitur etiam concussio per Officialem inferentem metum: non solum facto, sed etiam
38 verbis, quia concussio, & terror semper præsumitur inferri ab Officiali, secundum Cynum, & Bald. in l. nouissime ff. quod fals. tuto, & non solum facta, sed etiam verba Magistratus inferunt metum l. qui in aliena. §. Celsus, ff. de acquir. hered. Paris. de Pute. de syndicat. verb. Iudex. cap. 7. num. 16. in fine, Grammat. consil. 51. numer. 14. & 15. Decian. in dict. tractat. crimin. lib. 8. cap. 35. sub numer. 24. versic. Quinimò non solum facta, Ioseph. Cumia. de syndicatu. capit. 8. numer. 9. & 10.

39 Decimo sexto, concussio dicitur, cõmitti cum mendacio, quamuis expresse non inferatur metus. secundum Paris. de Put. de syndic. in verb. Iudex, c. 7. nu. 2. 3. & 5. ponens exemplum in illo Officiali, qui simulato sui domini nomine, à subditis extorquet pecunias, aut alias res, dicens, quod debent pro eodem domino deseruire, & tamẽ illas conuertunt in suos vsus proprios, & idẽ Put. in verb. Syndicantur etiam si concussionẽ fecerint, fol. 40. vbi etiã dicit alias

alias consuluisse contra quosdam Magistratus, Iuratos, qui ibant exigendo per ciuitatem vtensilia pro aduentu iustitiarij, vt facerent sibi prádia, quod concussionem facerent; vt notat. in l. 1. ff. de Concussio. & ita etiam illi, qui dicunt, quod Rex debet venire ad ciuitatem, & debent concedi posatæ in domibus ciuium, vel aliqua impositio fieri debeat, & ob id aliquid extorquent ab aliquibus asserentes velle pro illo facere prandia, & multa alia: de hoc inordinatè dicit referendo plures casus, in quibus committitur concussio, cum mendacio, & sine metu, vt ibi latius per eum.

40 De extorsione, & subornatione dictum fuit supra nu. 9. & 13. quibus modis committi solent, & vbi copiosus super prædictis Baratatia, concussione, extorsione, & subornatione, cognoscere velis, consule Doctores in hoc capite relatos, vbi de modis corrumpendi, concussiendi, extorquendi, & subornãdi, deque probationibus; & pænis vberrimè differitur, quas tu ipse videre poteris, nos verò ad explicationem materiæ propositæ, progredientes dicimus, quòd cum huc vsq. dictum fuerit de Iudicibus, qui pecunia corrupti iniustitiam faciunt, merito nunc sequitur, vt videamus de Iudice illo, qui nõ accepta pecunia, per sordes, & dolũ, per imperitiam, & negligentiam iniustè agit, & malè Iudicat, & in primis scire oportet, quod per sordes iudicare dicitur,
41 quando quis ad iudicandum mouetur, vel ex pretio, seu præmio, vel ex prece, seu gratia, vel ex odio, seu inimicitia, vel ex timore l. si filius in fine ff. de iuditijs, cap. 1. de re iudicat. in 6. & ibi glos. in verb. Odium, & in verb. Non auertat, & ibi Hostiens. num. 7. & 13. Anton. Rondinel. de syndicat. numer. 42. Franc. March. decis. 686. numer. 2. Decian. in tractat. crimin. lib. 3. cap. 33. num. 3. & sequent. Virg. Bocac. in tractat. de pact. part. 3. num. 8. & sequent. vbi declarat omnes modos, quibus sordes committuntur.

42 Decimò septimo hinc infertur, quod Iudex male iudicans, non ex imperitia: sed dolo, tenetur parti, non solum ad interesse, sed etiã si visitatori videbitur poterit vltra interesse illum condemnare, & punire, in aliqua pœna arbitraria, quia dolo iniustè iudicans deliquit contra Deum, contra Rempublicam, & contra partem litigantem, Alexan. in addit. ad Bart. in l. fin. ff. de var. & extraordin. cognit. Salycet. in l. fin. versi. Quæro nunc, cum glos. C. de pen. Iud. qui mal. iud. Bald. ibid. Barba. consil. 12. numer. 6. lib. 4. Paris. de Pute. de syndicat. in verb. Iudex male iudicans, capit. 1. numer. 9. & 13. Conrad. de moment. poss. limit. 11. numer. 4. Cathaldin. in tractat. de syndicat. numer. 68. & 69. Anton. Rondinel. in simil. tract. num. 40. Boss. in tit. de offi. corrup. nu. 11. & 12. vbi, quod quando in Iudice interuenit dolus, tunc ipse tenetur ex maleficio, & etiam criminaliter punitur quando causa est criminalis, si vero dolum committit in causa ciuili, tunc in-
43 currit pœnam infamiæ, nã Iudex, qui dolo iniustam protulit sententiam, est infamis, glos. in l. fin. in verb. De ea re, ff. de Variar. & extraordin. cognit. glo. in §. 1. in verb. Litem suam versic. Nam si dolo, Inst. de oblig. Quæ ex quasi delict. nascunt. Anton. Rondinel. de syndic. sub num. 41. ad med. pract. Conra. rubric. de sentent. num. 34. in prin. Nicas. in dict. §. 1. num. 5. Inst. de oblig. quæ ex quasi delict. nas.

44 Decimo octauo hinc etiam dicitur, quod si Iudex aliquem dolo ad mortẽ condemnauit, & tradidit tenetur pœna legis Cornel. de siccarijs secundum Ioan. Fabr. in d. §. 1. n. 2. vers. Si tamen per dolum, Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nascu. Alber. in l. 2. num. 2. in fine, & num. 3. ff. quod quisque iur. Bald. in rubric. C. de pæn. Iudic. qui male iudicat. vbi, quod Iudex, qui de

facto fecit aliquem suspendi; punitur per similitudinem supplicij, & ibi etiã Salycet. in l. fin. numer.4.versic.sexto an Iudex, C. eod. Amod. de syndicat. numer.149. in fine, Paris. de Puteo de syndicat.in verb.Iudex male iudicans, cap.1.numer.11. versic. Iudex, qui aliquem, Rondinel. in simili. tract. num. 208. & 225. Cyrill. in sum. crimin.rubric. de pœn. Iudic. qui male iudic.§. fin.num.4.& num.11.in fine,& sequẽt. Boer.decis. 153. num.8. vbi tamen sub num. 9. arbitrio superioris hoc remittere videtur, vt minorem etiam possit pœnam infligere (quod vtiq. erit intelligendum si id per imperitiam fecerit)

45 nam Iudex, qui per imperitiam aliquem ad mortem condemnauit, & cõdemnationem exequutus est, solum punitur arbitrio iudicis;non autem eadem pœna mortis secundum, Ioann. Fabr. in §.1. numer. 2. versic. quod si condemnauit hominem ad mortem, institut. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur. Alber. in l. 2.num.2.in fine & 3.ff.quod quisque iur. vbi,quod si Potestas, centum homines decapitaret, contra ius, non debet ipse decapitari, nisi dolus probaretur. Et quod propterea malè fecerunt Cremonenses, qui non probato dolo, ex hoc fecerunt decapitare vnum suum Potestatem, nec dissentit ibidem Ias.numer.1.versic.Limita primo, sequitur ibidem Decius num.7. in 6. notab.Bolognet.numer. 20.Cyrill. in summ. crimin. rubric. de pœn. Iudic. male iudican.§. fi. num. 1. Boer.dict.decis. 153.numer.12. Petr. à Plac. in epith. delictor. cap. 26. num. 1. Vbi huic Iudici,ex quo assumẽdo officium iudicandi, se peritum professus est, pænam corporis afflictiuam infligendam censuit, quod & ante eum voluit Anton. Gomez. de delictis.cap. 3. rubr.de homicidio,num. 16. versic. secundus casus est. Menoch. de arbitra. lib.2.casu 339. num.3.in fine.

46 Decimo Nono ex proximè dictis infertur quoque,quod Iudices per imperitiam iudicantes, & iniustitiam faciẽtes syndicari possunt,ex text. in l. fin. ff.de Variar. & extraordin. cognit. & ibi glos.in verb. Per imprudentiam, adducit concordantia iura, continentia plures casus,in quibus imprudentia punitur Bald.in l. mancipia,numer. 1. C.de seruis fugiti. idem in l. fin. num. 9. C. de pen. Iud. qui mal. iudic. vbi inquit, quod Iudex, qui per imperitiã male iudicat, delinquit contra Deum, quia est periurus, contra Rempublicam: quia est infidelis,& contra litigatorem,quia ipsum opprimit,Paris. de Pute.de syndicat. verb. male iudicans, cap.2.num.1.& sequent.vbi benè comprobat hanc conclusionem latè Afsin. in practica..§.32. cap. 1.in 39. ampliat. num.1. Et huius conclusionis ratio est,

47 quia Iudex, qui non legitimè doctus, aut expertus ad officium iudicandi animum appulerit, male iudicans,est in culpa, præsertim quando, non rectè factum perquireret, & legitime studuerit, & sic ius non obseruauerit l. illicitas.§. veritas ff.de offic.Præsidis, quia

48 talis Iudex,maximè inferior, & pædaneus obnoxius est, obseruare legem, nec quid minimum ab ea discedere po

49 test, vt dicit Tiber. Decian. 1. tom.crimin.lib. 1.capit. 14.numer.19.Qua de causa vbi malè per imperitiam iudicauerit,litem suam facit, & parti interesse soluere obligatur:vt notat.Hostiens. in cap. dilectus.de rescrip. Henricus in cap.cum inter.de re iudicata. Bonifac. in Peregrina,in verb. Sententia. Conrad.in curia breuiar.lib.1.capit. 9.§.2. pagin. 192. numero 34. Auiles in capit. 1. Prætor. glos. (A las partes) numer o 2. fol. mihi 41.Hotom. in libr. quæstionum Illustrium quæstion. 26. Paz. in practica. 1. tomo 1. tempo. folio 26. numero 54. Menochius de arbitr.casu 339.per tot. libr. 2. & Petrus Bellug.in suo Specul. Princip. rubric. 35.§. post militares,numero 25. & ibi,

in

in addition. ponunt gradus imperitiæ.

50 Quinimo etiam, vbi ipſe Iudex imperitus, voluntariæ officium, ſeu munus iudicandi affectauerit, & aſſumpſerit, mortaliter peccaret, iniuſtè, & male iudicando, nam culpa eſt immiſcere ſe in officio, cuius incapax eſt, cap. putanda 1. quæſtion. 1. cap. Non eſt ſine culpa, de reg. iur. in 6. & l. Culpa, & ibi Decius, ff. eod. l. imperitia, ff. eod. Inno. in capit. cum in cunctis, in principio, de electio. & ibi Abb. num. 4. D. Thom. 22. quæſt. 130. artic. 1. Nauar. in cap. ſi quando, de de conſecra. diſtin. 1. Segura in directo iudic. 1. par. cap. 3. nume. 16. & facit tex. in l. 2. § Seruus autem ſulpicius, ff. de Orig. iur. l. Idem iur. §. 1. ff. ad Legem, Aquil. ibi, *Neque videtur iniquum, ſi infirmitas culpæ annumeretur, cum affectare quis non debeat, in quo, vel intelligit, vel intelligere debet, infirmitatē ſuam alijs periculoſam futurā*, & ibi Bald. & confert dictum Eccleſ. 7. *Noli querere fieri Iudex, ſi non potes irrumpere iniquitates.*

51 Vigeſimo; adeo tenetur Iudex in ſyndicatu, quando per imperitiam male iudicauerit, quod etſi pars cōtra quā fuerit pronuntiatum non appellauerit, vel ex eo quia noluerit, vel non potuerit, nihilominus talis Iudex de imperitia tenebitur, & pro ea in ſyndicatu cōueniri poterit. Secundum Nicol. in §. 1. numer. 3. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſcuntur glo. in l. 1. §. qui Magiſtratū in verbo, Noui iuris; ad fin. ff. Quod quiſque iur. & ibi etiam Bart. num. 9. Bald. num. 5. in fine, Fulgo. numer. 7. & 8. Bolog. numer. 41. & ſeq. vbi teſtat. de communi, Amod. de ſyndic. numer. 133. & 138. Practi. Conrad. rub. de ſent. num. 33. in 3. amplia. late Barba. conſil. 12. num. 1. & ſeq. lib. 4. vbi nu. 3. 4. & 5. teſtatur de communi Doctorum opinione, Menoc, dict. caſu 339. numer. 10. & ſeq. Auiles in capit. 1. Prætor. Glo. A las partes num. 9. Paz. in practi. 1. tom. 8. part. capi. vnic. nūm. 18. fol. 212. plures alios refert; Bouad. lib. 5. cap. 3. num. 73. vbi rationem huius concluſionis addu cit referens ſe ita in Regio cōſilio Caſtellæ obtinuiſſe.

52 Vigeſsimo primo, ſimiliter tenetur Iudex in ſyndicatu, ex ſentētia per imperitiam lata: quamuis pars ab ea appellauerit, & appellationē non fuerit proſequuta, & ob id eadem appellatio deſerta remaneret ſecund. Ioan. Fabr. in §. 1. num. 2. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſcuntur. Nicol. ibid. num. 3. Angel. in l. mancipia. num. 7. C. de pact. Bald. in l. Obſeruare. §. Proficiſci. num. 13. in fin. ff. de Officio Proconſul. & legat. Innoc. in cap. Paſtoralis, de officio deleg. & in cap. ſæpè, & ibi Glo. in verbo. Magnę: Abb. & Decius n. 10. Amod. de ſyndic. num. 134. & 135. Anto. Maria Corat. in tract. commun. opinion. titu. 12. numer. 27. & 50. vbi teſtatur de communi Doctorum opinione, Menoch. dict. caſu 339. numer. 13. alios allegat Bouadil. lib. 5. c. 3. n. 74.

53 Vigeſsimo ſecūdo, eadē ratione tenetur Iudex in ſyndicatu, quando non admiſsit appellationem, quam admittere debebat, & ſententiam exequi iuſſit ſecundum Ioan. Monach. in capit. 1. de appellat. in 6. Bald. in rubr. C. de pen. Iud. qui mal. iud. num. 14. Conrad. de momenta. poſſeſ. quæſt. 19. num. 4. & ſeq. vbi de Iudice, qui friuolæ appellationi defert, qui etiam tenetur, & punitur, vt ibi per eum, quem declarātem videas, & in 11. limit. numer. 19. & ſeq. ponit practicam proteſtandi contra Iudicem, vt teneatur; quando non vult admittere appellationem admittendā Decia. in tract. crimi. lib. 8. cap. 41. vbi Iudex non deferens appellationi, in cauſa criminali iniuſtè condēnato punitur de vi publica, late Bouadill. d. lib. 5. cap. 3. num. 75. & 76. Qui alios citat, & rationem huius concluſionis red

54 dit, nec non regulam generalem conſti tuit

tuit, quod scilicet Iudex, tenetur, tam in ciuilibus, quam criminalibus admittere appellationem, quia species defensionis est, nisi in casibus à iure prohibitis, & vbi reus fuerit conuictus, & confessus simul, quia aliàs in syndicatu pro hac denegatione, & sententiæ exequutione conueniri poterit: nec nō &
55 sub. num. 78. ex Nauarro in manuali c. 25. nu. 14. probat mortaliter peccare Iudicem, qui in casu appellabili nō admitteret appellationem, vt ibi per eum latius est videre.

56 Vigesimo tertio, sicut Iudex tenetur male iudicando, ita etiam tenetur si ex lata culpa male iudicat, seu aliam faciat iniustitiam ex allegatis per Amode. in tract. de syndic. num. 69. Bar. in dict. l. fin. num. 1. in fine versicul. Est autē lata culpa, ff. de Varijs. & extraordin. cognit. Roman. in l. Si quis in conscribendo num. 13. C. de Pact. Bald. in l. 2. ff. Quod quisque iur. Boss. tit. de Official. corrup. num. 22. versicu. Et si est lata culpa, Menoch. de arbitra. dict. casu 339. num. 5. versicul. Nisi hæc.

57 Vigesimo quarto, insuper Iudex tenetur, non solum quando iudicat, cōtra leges, verum etiam quando iudicat contra communem Doctorū opinionē vt scripserunt Areti. in dict. §. 1. n. 7. versi. Quod tamen est, Inst. de oblig. quæ ex quasi delict. nascu. Bart. in l. fin. num. 5. C. de pæn. Iud. qui mal. iud. & ibi etiā Bald. num. 10. Salycet. num. 1. Cathaldi. in tract. de sydicat. quæst. 61. numer. 35. Cyrill. in summ. crim. rub. de pæn. Iud. qui male iud. §. fi. num. 18. Conrad. tit. de Senten. num. 21. & 32. vbi, quod Iudex contra communem iudicans perdit, animam, & honorem, teneturque parti ad interesse, & facit litem suam.

58 Vigesimo quinto, Iudex etiam pronuntians contra statuta tenetur, non aliter, ac si pronuntiasset contra leges, Cathald. in tractat. de syndic. num. 38. quæst. 62. Amode. in simil. tract. num. 130. vbi quod Iudex tenetur seruare statutum, etiam quod a parte non producatur, Farina. quæstio. 111. num. 501. Auiles in prohæm. capitul. Prætor, glo. En los casos, num. 12.

59 Vigesimo sexto; tenetur etiam Iudex, quando non seruat consuetudinē, vel contra illam iudicat, non minus ac si iudicasset contra ius. secundum Bald. in cap. 1. in §. Iudices, numer. 5. de pace. iurame. firmand. Amod. de syndic. nu. 130. versic. Sic etiam, vbi declarat, dummodo consuetudo sit notoria, vel si non est notoria allegetur per partem, & probetur aliàs secus, Paris. de Pute. de syndic. verb. lis sua, cap. 4. num. 4. in fine versic. Iudex, qui contra consuetudinē, & in verbo Iudicare, cap. 1. n. 5. Anto. Rondinel. de syndic. Official. n. 122. & 125. Pract. Corrad. rubr. de sentent. nu. 33. in 1. ampliat.

60 Vigesimo septimo, Iudex qui sine causa delinquenti pœnam minuit, aut auget, & sic si minorem, aut maiorem delinquenti imponat pœnam, quæ de iure erat imponenda tenetur, & punitur, secūdum Anto. Rondinel. de synd. nu. 204. & seq. Cyrill. in summa crim. rubr. de pæn. Iud. qui mal. iudica. §. fin. num. 13. & seq. vbi latè Roma. singul. 78. Boer. decis. 153. num. 13. Cæpol. consil. 136. num. 1. Tiraq. de pæn. temper. in præfatio, num. 9. & seq. & Clar. §. fin. q. 85. num. 10.

61 Vigesimo octauo, sic etiam Iudex, qui relaxat carceratum, de iure non relaxandum, si causa est criminalis tenetur fisco: si vero causa est ciuilis tenetur parti, secundum Rondinel. de syndic. num. 236. Et propterea Iudex indebitè relaxans debitorem meum, tenetur mihi ad solutionem debiti, & ad totale interesse secundū Paul. de Cast. in l. Si quis in conscribendo sub. num. 8. ante med. C. de pactis.

Vigesimo nono tenetur quoque
62 Iudex non dans tutorem pupillis, qando fuit requisitus, ex edicto de Magistratibus conueniendis secundum Bar. in

in l.fi.poſt num.2.verſic.Sed ego puto, ff.de Varijs,& extraord.cognit. Ac pariter tenetur, quando in contractu minoris in eius præiudicium interpoſuit decretum,quod de iure interponere nõ debebat. Secundum Salycet. in l. Iubemus.§. his quoq. C.de de Sacro ſanctis Eccleſijs,Octauia.Simoncel. in tracta. de decret.lib.3.tit.8.nu. 48.vbi inquit, quod iſto caſu Iudex punitur in publicatione bonorum,& amiſsione dignitatis,ex Neuiza. quem allegat in conſ. 21.num.10.& alijs per eum ibi allegatis lib.1.tit.1,num.12.vbi amplius, quod tenetur ad reſtitutionem damnorum,& expenſarum, quare tu Iudex bene aduerte,ne abſq. cauſæ cognitione,& niſi cum euidenti vtilitate minoris interterponas decretum in contractibus minorum,ne pro illis tenearis.

63 Trigeſsimo inſuper Iudex non relaxans carceratum ſub fideiuſſore, in caſu quo de iure relaxare debebat in ſyndicatu tenetur, probat Iul. Clar. in pract.§.fin.quæſt.46. verſic. Plerumq. & fuit ita deciſum teſtatur. Affl. ſuper 2.par.Conſt.Reg.Neapol.rubr.10. num.3.& Bonacoſ.in commun.opinio. par.1.verbo.Carceratos,Bellug.in Specul.Princip.in pract.cap.3.§. Quamuis carcer.num.1.5.& 15.Paz.in pract.cap. 3.§.6.numer.3.tom.1.fol.mihi 148. vbi quod Iudex,qui in caſibus, in quibus reus ſub fideiuſſoribus relaxari poteſt, & debet, cùm non relaxauerit irrogat ei iniuriã,& in ſyndicatu tenetur Borgo.Caualca. deciſ.1.num.48. fol. mihi 6.Farina.plures allegans quæſt. 33. nu.
64 7.& 54.in fine vbi etiam ſubdit, quod quando Iudex relaxat carceratum ſub fideiuſſore tacite cenſetur declaraſſe animũ ſuum fuiſſe,ſe non velle aliã imponere pœnam,quam pecuniariam ſequitur Menoch.de arbitra. caſu 303.
65 num.39.cum ſeq.Quinimo,& vbi carceratus fideiuſſores non haberet,& loco fideiuſſorum pignora offerret tenetur Iudex, vbi illum non relaxauerit, ſcripſit Conrad. tit. de Carecratione, num.13.& Farina. dict. quæſt.33. num.
66 6.Sed quando,& in quibus caſibus ſint carcerati fideiuſſoribus relaxandi vide late Menoch.de arbitra.dict. caſu 303. & 304.Bajard. ad Clarum, quæſt. 46. Farina.dict.quæſt.33 per tot. Super his autem plurimum debent Iudices animaduertere,vt pij,ac miſericordes exiſtant,quod in tempore færiarum ſole-
67 nium Paſchatis , & Natalis Saluatoris noſtri benigne arbitrando relaxent plurimos carceratos ex ratione text. in l.Nemo,3.C.de Epiſc.audientia,ibi. *Vbi plurimum dies Paſchalis extiterit, nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula diſſoluantur.* Ac deinde ea lege excipiuntur ab hac indulgentia, *Sacrilegi ; Adulteri,*
68 *Strupatores, inceſtum committentes, Raptores, Sepulcrorum violantes, Venefici, Monetarij, Homicidæ, Parricidæ,& Rei leſæ Mageſtatis.* not.idem Menoch.dict.caſu 303. num. 38. Salcedo in pract.Canonica verbo. Incarcerari, num.8.verſic.Solent,pag. 492.Bajard.ad Clar.quæſt.46. nu.38. Cauti autem exiſtant Iudices in hac carceratorũ relaxatione ſub fideiuſſo-
69 ribus,vt ſcilicet illos relaxarent cũ fideiuſſoribus idoneis,& quod ſint ſoluẽdo aliter autem Iudex relaxans carceratũ ſub fideiuſſore non idoneo tenetur de ſuo,& in ſyndicatu conuenitur,vbi relaxatus non poterit recarſerari, l.1.§.ſi Magiſtratibus,ff.de Magiſtrand. conueniend.§.ſecundum. Inſti.de ſatiſdatio.tuto.l.Imperatores,ff.de Re iudic. quæ iura eſſe ad hoc vulgaria dixit, Boſſ.in tit.de Carcer.fideiuſſo.nu. 70. vbi teſtatur ſe vidiſſe quendam magnum virum cogi ad ſoluendum pænã, quam promiſſerat fideiuſſor non repertus ſoluendo ,Clar. dict.quæſti. 46. verſicul.Cæterum debet Iudex in principio,Ioſeph.Ludou.deciſ.Lucen.33.n. 13.

13.par.1.vbi dixit quod quando Notarius recepit fideiussores de mandato Iudicis tenetur Iudex,& non notarius si fideiussor non est idoneus,& ante istos hanc cōclusionem late firmauit Paris. de Pute.de syndic.verbo fideiussor officialium,cap.7.si Iudex num.1.& seq. Cataldin.in eod.tract. quæstion.255.n. 171. Amode. in simil.tract. num. 210. versic. Postremo aduerte tu Iudex,Rondinel.de syndic.num.193.Afin. in praxi.§.32.cap.2.in.39. ampliatione idem Paris.de Put.in verb.Lis sua,cap.3.nu. 8.versic. Iudex recipiens fideiussorem, Hinc tu Iudex aduerte,vt nunquam facias à notario,nec in ciuili, nec in criminali causa,recipi fideiussores particulares de tuo mandato,quia si fideiussor ille idoneus non erit teneberis de tuo vide super his Farina. q.33. num.83. & sequ.

70 Trigesimo primo,tenetur etiam Iudex de retardata iustitia quando scilicet moram facit in iudicando de die in diem,Pute. de syndic.in verbo. Syndicantur ratione denegatæ iustitiæ, Ioseph. Cumian.de synd.cap. 9. num. 7.
71 quæ iustitiæ retardatio maximū damnum ac cōsiderabile interesse inducit. Quia dum Iudex non absoluit Reum, nec cōdemnat grauare dicitur Bellug. rub.3.num.8.fol.153. Viuius decis. 302. num.20.vbi,quod Iudex, qui non audet expedire causas dicitur habere miserrimum animum, Pute.in verbo.Negligentia,cap.1.& seq.& in dict.verbo. Lis sua,vbi,quod Iudex negligens facere iustitiam,delinquit in Deum; in Principem,& in partem Anton.Rondinel.de synd. num.14.Capol. cauthela 236.num.1.Decian.in tract.crimin.
72 lib.8.cap.41.nu.5.Quod maximè procedit,dum Iudex causas Pauperum Viduarum,Pupillorum, & aliarum miserabilium personarum, non expedit, quia istæ præ cæteris omnibus sunt pri per Iudicem celeriter terminandæ, & expediendæ iuxta illud,quod dicit Ferus in acta.cap.25.ibi: ***Boni Iudicis est, non differre causas pauperum, impij igitur sunt,qui propter lucrum,vel fauorem,diuitum,rem eo vsq. differūt, vt pauper cogatur propter inopiam etiam causam iustam relinquere, id quod sæpe fit,*** not.etiam Tiraquel. de causa pia in præfatione pag. 6. in fine, Farina, quæst. 27. num. 98. vbi post. Bonifac.de vital.dicit,quod Iudex debet cito captum,vel punire, vel absoluere,iuxt.id quod fuerit culpabilis,seu innocens repertus Auiles in c.18. Prætor. glo. Qual conuenga. num.3.Ideo causæ istorum summariæ, & per breuiores dilationes præcipitur expediri in Auth.nisi breuiores,C.de Senten. ex pericul.recitand.Paris.de Pute.in d.
74 verbo. Negligentia,Quia clamores, & lacrymæ ipsorum vsque in cælum ascendunt,vt legitur Eccle. cap.4.& 35. ibi. ***Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam ascendunt; & exclamatio eius super deducentem eas: à maxilla enim ascendunt in cælum, & dominus exauditor non delectabitur in eis,*** & Prouer.22.habetur, *nō facies violentiam pauperi, quia pauper est, nec conteras egenum in porta; quia iudicabit dominus causam eius, & configet eos,qui confixerunt animam eius.* Et rursus Eccle.4. *Viduæ, & pupillo non nocebitis, si læseritis eos vociferabunt, ad me; & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur, furor meus, percutiamque vos gladio.* Quare obsecro Iudices quatenus misereantur pauperibus præsertim carceratis,viduis, Pupillis, & miserabilibus personis,illorumq. causas breuiter, & vt citius fieri possit expediant; quia à Deo retributionē magnā consequētur:

Beatus

Beatus enim, qui intelligit super
egenum, & pauperem in die mala
liberabit eum Dominus, Dicit Pro-
phet.Psalm. 40. & Deuteronom. 27.
In iudicando esto Pupillis miseri-
cors, vt Pater, & pro viro Matri
illorum, & eris tunc veluti filius
Altissimi obediens, & miserebitur
tui magis, quã mater, & alibi Esay.1.
Principes tui infideles omnes dili-
gunt munera, sequuntur retributio-
nes, Pupillo non iudicant, & cau-
sa viduæ non ingreditur ad illos.
Plura super his vide apud Simanc. de
Republic. lib. 8. cap. 20. & cap. 30. per
tot. Carmen. in Rapsod. c. 28. pag. 629,
& de fauore viduarum Rebuf. in tract.
de senten. prouis. pag. 295. & 299. verb.
notandum D.Thom. lib. 2. de regimi-
ne Princip. capit. 15. Ribadeneyra de
Principe Christiano lib. 2. cap. 12. pag.
352. Segur. in directo. iudic. 2. part. cap.
7. num. 6. & 7.

Trigesimo secundo, tenetur Iudex,
75 de neglecta, seu denegata iustitia, quan
do scilicet requisitus à parte obmures-
cit, & non respondit, vel non facit id,
quod tenetur, vel differt supersedendo.
Afflict. tit. de Pace. iura. firma. §. Iudi
ces Bald. in cap. 1. in verbo. Nihil res-
pondens, de milit. vassal. qui cõtum. est.
l. Mancipia, C. de seruis fugit. Paris. de
Pute. de syndic. cap. 9. versic. Syndican
tur, vbi etiam propter moram non ex-
hibitè iustitia, post Bald. in l. fin. C. de
76 senten. pass. quod si Iudex non interlo-
quitur, vbi debet, sed dissimular, & fin-
git se nõ audire, nec in causa procedit,
facit iniustitiam Felin. in cap. excõmu-
nicatus col. fin. de hæret. Cassan. consil.
38. per tot, Boss. de Official. pecun, cor-
rup. numer. 12. & 24. Amod. de syndic.
num 69. cum pluribus seq. Ioseph. Cu-
mian. de syndic. cap. 9. num. 1. Ioan. de
Ann. in dict. capit. excommunicatus
§. Moueantur, Bertazol. cons. 154. nu.
77 5. lib. 2. vbi, quod patia sunt iniustitiam
facere, & iustitiã denegare, & negligen-
ter administrare, Bouadilla, qui alios
78 refert lib. 5. cap. 1. num. 144. Vnde Iu-
dex iustitiam denegare dicitur, quan-
do ei porrigitur memoriale, petitio, seu
accusatio, & ipse super illa prouidere
nequit ita Ioseph. Cumia. dict. cap. 9.
de synd. num. 4. 5. & 6. Bouadill. lib. 5.
cap. 1. num. 149. & similiter vbi delicta
nullo modo vindicare curatur Afflict.
dict. tit. de Pace. iura. firma. §. Iudices,
79 Nec non, & quando testes examinare
noluit. Bald. in dict. l. Mancipia, C. de
Seruit. fugit. Bart. in l. fin. ff. de Var. &
extraordin. cognit. versic. Noluit tuas
recipere probationes, Ias. in l. Argenta
rius, ff. de Edend. Bossius. tit. de Official.
corrup. num. 24. & 25. Fatina. quæst. 111.
num. 538. vbi quod parti ad interesse te-
80 netur, & etiam vbi testes essent exami
nandi super capitulis repulsam testium
respicientibus, quia denegare repulsam
testium, est densentiones denegare Cra
uit. super ritu. 73. num. 7. & latius ritu
81 144. vbi, quod repulsa est species defen
tionis Menoch. cons. 188. num. 19. libr.
2. vbi, quod admittitur quouis tempo-
re cum sit defentio, Afflict. in const. si
quis in posterum num. 26. vbi, quod
quantumcunq. testis sit omni exceptio
ne maior Iudex non debet denegare
repulsam parti petenti, quia concernit
defentionem, maximè quando pars of-
fert in promptu arguitur maxima ini-
quitas cap. interposita vbi Præpositus,
de appellat. Decius consil. 41. num. 30.
lib. 3. Socin. Iunior. cons. 39. nu. 10. libr.
2. Bertazol. cons. 216. n. 6. Roland. cõs.
82 47. num. 27. lib. 3. vbi quod Iudex tene
tur ex officio recipere testes pro defen
tione rei, alias tenetur in syndicatu. Cæ
83 pol. consil. 10. in crim. n. 5. ibi; Quia si
aliter diceretur esset denegare defen-
tionem, quæ nec etiam Diabolo esset
deneganda, Fatinac. quæst. 99. nu. 232.
Et

84 Et denegare defentiones est iustitiam denegare, quia nec Princeps facere potest, etiam de absoluta potestate. Roland.consil.12.num.53.libr. 3. Farinac. quæst.39.num.18.cum seq.Immo dicitur,quod Princeps peccaret, si tolleret defentiones Ioan. Gallic. inter consil. feud.diuers.2.num. 112. Lanar.consil. 40.num.6. Menoch. consil. 383.nu. 4. & hinc dixit Bald.in l.Vt vim.in principio,ff.de iust.& iur.Vnicuiq. dandus est terminus ad suam defentionẽ, quia est de iure naturali,ac Princeps tenetur iustitiam facere Belluga.in suo Speculo ad saturitatem rubr.11. in principio,vbi tenet de iure diuino ex tex.in cap.Regum 23.q.1.Auil.in c. Prætor. in prohæmio Glo.Regimento, Felin. post.Innoc.in cap. quæ in Ecclesiarum
85 de Const. num.55. Et si Iudex non recepit defentionem rei:vsque ad calculum fœrendæ sententiæ tenetur in syndicatu de iustitia denegata, & facit litem suam Afflict. in Const. terminum vitæ num.37. post Angel. de malefic. in verbo,Qui Iudex, Bellug.dict. rubr.11. in .§. Compendiose, vbi Iudex denegans defentiones capite debet puniri, cum paria sint,reum occidere,& defentiones ei denegare;hinc etiam dicitur, quod vbicunque reijcitur probatio,vel beneficium,quod confert ius commune semper admittitur appellatio, quia vbi denegatur obseruantia iuris communis, ibi infertur grauamen, Bald. consil.378.num.2.lib.3.versic. Num si
86 quis: & ideo sicut datur appellatio à breui dilatione ita fortius a denegato termino ad probandũ Cardinal. Tusc. verbo.Appellatio,concl.329.num.29. Petr.Benin.decis.Bonon.49. qui alios allegat & Cæpol.consil.54.num.13.& sequent.
87 Trigesimo tertio, ex prædictis infertur,quod Iudex non pronuntiando infra terminum, vel alias in debita instantia statutaria seu legali facit litẽ suam,& punitur iux.tex.in l.Properandum.§. Sin autem, vbi communiter omnes,C. de Iudi. Alex.cum allegatis per eum in addit.ad Bart.in l.fin.ff. de Var.& extraordin.cognit. litera E. in fine Cathaldin. de syndic. quæst. 74. num. 43. & quæst. 86.num.48.in fine & quæst.87.num.49.& q.48.Amode. in simili.tract.num.74.& seq. & nu. 82.Paris.de Pute. de syndic.verbo.Negligentia,cap.1.numer.6. & seq.Auto. Rondinel.in eod.tract.num.38. in fine Pract.Conrad.in rubr.de senten.num. 33.in 8.ampliat. in fine. Osascus decis.
88 Pedemont.12.per totum, vbi an sit necessaria partis instantia, & requisitio, & quotuplex,Farin.quæst.111.nu. 429. & seq.vbi bene declarat Boss.in tit. de Officiali corrupto, vbi,quod data requisitione partis pro expeditione causę iam instructæ,Iudex tenetur, de negligentia: nisi iustum probauerit impedimentum.
89 Trigesimo quarto,hinc colligitur, quod Iudices diligentes,& soliciti esse debent,in causarum expeditione:quia negligentia Iudicis dicitur lata culpa, & dolo æquiparatur,& inde pro ea in syndicatu tenentur,l.Magna negligentia, ff.de Siccarijs. Angel. & Paul.de Castr.in l.Properandum.§.Sancimus,
90 C.de Iudicijs,vbi,quod grauius delinquit Iudex in ommittendo, quàm in committendo,Paz.in prract.1.tom. 8. partis.capit.vnico num. 16. Auiles in cap. 1. Prætor. glo. Fiel.num. 28. post principium Amode.de synd.num. 69. Cathaldin.in eod.tracta.quæst.173. n. 265.Bouadil.lib.5.cap.1.num. 147. ad
91 medium,Crauet.consil.132.num.4.vbi quod negligentia dicitur peccatũ mortale, maximè quando fuerit magna, dissoluta, & dolo proxima,nam tunc criminaliter punitur secundum Alex. in l.Argentarius §. Cum autem nu. 9. ff.de Edend.Iacob. de sanct.Greg. in l. Si filius familias,num.12.versicul. Aut negligentia Iudicis est dissoluta, & nu. 13.ff.de Iudicijs. Amode.de syndic.nu. 83.

83. Pute. in dict. verbo. Negligentia, cap.1.poſt.num.16.Anto. Rondinel.in
92 eod.tract.de ſyndic.nu.14. vbi, quod Iudex propter doloſam negligentiam incurrit infamiã,ſequitur Ioſeph. Cu-
93 mia. de ſyndic.capit.9. num.12. Quinimo, & magis punitur Iudex negligens, quam male iudicans,vt dicit Aviles in dict.glo.fiel.num.28. Ioan. Philip.Teſtay.allegat.9.numer. 206. Qui
94 alios allegat. & ratio eſt, quia negligens facere iuſtitiam non videtur habere aliquam excuſationem: ſed ille,
95 qui male iudicat, ſi per imperitiam facit, magis videtur tollerandum, quæ quidem negligentia, & in ſacerdotibus etiam punitur, iuxt.glo. in capit. officium, de officio Archipresbit. in verbo, Sine confeſsione, vbi tenet, quod ſi culpa, vel negligentia Preſbyteri moriatur infirmus ſine confeſsione, reus erit animæ illius, vt in capit.ſi Presbyter, & in capit.cógnouimus 26.quæſtion.6.Plures caſus negligentiæ cumulant Tiberi. Decian. 1.tom. crimin. libr. 2.capit.6. numer. 1.& ſequent. Bellug.in Specul.Princip. rubr.35.§.poſt.Militares,numer. 16.fol. 165.Amod.de ſyndic.numer.69. Pute. in eod. tract. verbo. Negligentia,cap. 1.& ſequentibus, Auiles in dict.glo.fiel, numer.28.Ludouicus Gomezius in re-
96 gul.de triennali, quæſtion.28. vbi triginta ſex caſus negligentiæ refert, & 214.caſus in quibus negligentia, quandoque nocet, & quandoque non & plures etiam caſus notat. Bouadilla lib. 5. capit.prim. à numer.142. vſque ad num.157.quos per te videre poteris.

97 Trigeſsimo quinto, reſtat nunc videre,quando Iudices dicantur grauare partes,ita vt pro grauaminibus teneantur in viſita,ſeu ſyndicatu,& certe tunc videtur, quod Iudex dicitur grauare, & opprimere partem, quando ſcilicet ſine fiſco,nec aliquo acuſatore inſtante,ex officio contra aliqué nullis præcedentibus legitimis,vel leuiſsimis indicijs calumnioſè inquiſitioné formauerit,vt ex multis quos allegat probat Farina.q.16.n.25.& 27.Ioſi ed.deciſ.300. Caual.p.2.num.9.11.& 13.Ioan.Philip. Teſtay.allegat.9. nu.18. pulchre Paul. Guirlan. in tract. de relaxat. carcerat. tit.de calumnia c.2.incip.Quæro an eo ipſo,n.8.& 9.vbi diſtinguendo inquit, ꝙ licet in dubio pro Iudice præſumatur, quod proceſſerit potius zelo iuſtitiæ,& propter neceſsitatem officij, quam dolo,& calumnia:ſi tamen nimis animoſè in cauſa nullis,vel leuiſsimis,& inanibus inditijs præcedentibus proceſſerit,nulli dubium, quod tenetur de calumnia, incidit in Turpilianum patiturque omnes pænas, ac ſi eſſet merus priuatus:quia vere dicitur in dolo ſecundum Bar. in l.Senatus.§. an ad eos, C.ad Turpilia.ac ideo tenetur ad damna & expenſas, & criminaliter punitur,vt bene probant Farin.d. q. 16. nu. 27.Teſtay.d.alleg.9. n.18.

98 Trigeſsimo quinto,hinc etiam infertur,quod Iudex tenetur,& partẽ grauare dicitur, quando mandat aliquem capi de facto,ex abrupto,ex ſua propria ceruice,nullis præcedentibus inditijs, vel præcedentibus, ſed non legitimis.
99 Quia captura non poteſt p Iudicé decerni,niſi legitimis præcedẽtibus inditijs,vt aperte tradit Marſil. in pract.§. conſtãte n.1.vbi allegat DD.in Clemẽtina 3.de homicid.Conrad.in pract.tit. de Captura n.2.plures allegat Farin.q.
100 27.n.112.& 115.vbi prædicta extendit etiã in criminibus atrociſsimis in quibus non licet capere aliquem niſi præcedant legitima indicia Ioan. Philip.
111 Teſtay. allegat. 9. num.21. vbi inquit quod ſi tempore capturæ nulla aderant indicia, non iuſtificatur captura ipſa etiã,quod poſtea indicia ſuperueniãt: quia ordo præpoſterus inducit capturam iniuſtam.vt per Franc.Caſon.c.9.

V tit.

tur Iudex, quando sine legitimis, & sufficientissimis indicijs concluderetur probatis, procederet ad capturam contra Doctorem, qui habet particulare priuilegium ne carceretur, vt post Farinac. quæst. 27. num. 86. dixit Ioan. Philip. Testay. alleg. 7. nu. 8. & allega. 9. num.
110 175. vbi, quod Doctores non carcerantur pro omni crimine, nisi sint valde indiciati, quia contra eos semper procedi debet, cum maiori temperamento, & consideratione, quam cõtra alios Menoch. consil. 94. numer. 42. vbi in Abbate, & posito in dignitate, sequitur
111 Bouadil. lib. 5. cap. 3. num. 8. vbi, quod contra virum clarissimum captura decerni, non potest, quin prius præcedat talis probatio, quæ fere sufficiat ad con
112 demnandum nisi in casu, quo timeatur de fuga per text. in cap. si clericus de sent. excommun. in 6. l. Si longius. §. si filius versic. vel dum venit, ff. de re iudic. Platea in §. sunt præterea nu. 171.
113 Inst. de pub. iudi. Hinc vbi Doctor fuerit suspectus de delicto, si illud leue fuerit, non debet carcerari, sed eius causa auditur extra carceres, præstita per ipsum fideiussione, vel iuratoria cautione, scripsit Farina. dict. quæst. 27. n. 86. & comprobatur ex traditis per Bouad. dict. cap. 3. nu. 8. sub litera I. facit quod tradit Paul. de Cast. in l. 1. & l. Quoties,
114 C. Vbi Senat. vel clarissim. vbi quod licet crimen excludat omnem honorem, est verum postquã est probatum, sed ante, quamuis sit accusatus vel inquisitus, habetur respectus ad honorẽ, & dignitatem ex dict. l. quoties, & ex
115 text. in l. Si quis decurio, ff. de Fals. vbi Decurio licet prosequut᷑ de falso, pendente processu Decurio est, vbi Bald. &
116 alij not. & propterea dum causa Doctoris seu alterius viri in dignitate constituti agitur, non tenentur in carceribus, sed sedent vna cum Iudice: in loco tamen inferiori, dicit idem Paul. de Castr. in d. l. Quoties, quem refert & sequitur Testay allega. 9. nu. 176.
117 Trigesimo octauo, Iudex quoque tenetur in syndicatu, & grauare partem dicitur, quando aliquem non præcedentibus legitimis indicijs torquet. scripserunt Gandin. in tit. de Quæstio. & torment. num. 35. Guido. de Suzar. in tract. de indicijs, & quæstio. capit. 5. rubr. de non torquend. sine indicijs nu. 1. Gram. voto 32. num. 9. Clar. in pract. §. fin. quæstion. 64. versic. Dixi etiam, num. 9. Rolan. consil. 12. numer. 96. & seq. vol. 3. vbi maxime inuehit contra Iudices indebitæ, & sine indicijs torquentes reos, Bursat. consil. 35. numer. 3. vol. 1. Flam. Cartox. in sua pract. interrogat reo lib. 4. cap. 1. n. 50. iuncto. nu. 57. in fine vbi Iudices sine legitimis indicijs reos torquentes canes appellat, & imperator, & Ioan. de Platea, eos vocant peruersos, & crudeles in l. nemo, C. de exacto. tribut. lib. 10. & ibi Ioan. de Platea. Follet. in praxi de censibus tit. de Iure moderandi rigorem, n. 37. & seq. p. 123. Ant. Gomez, in 3. tom. delicto. cap. 13. n. 5. in fine. Et certe, quod isto casu Iudex teneatur nemo discrepat, dicit, Farina. q. 37. n. 111. in fine: sed qua pæna id inter Doctores est in aliqua controuersia, vt ipse refert, quamuis in q. 27. n. 19. dixerit, pænam mortis fuisse indictam Iudicibus indebitè reos torquentes secundum vnam eorum opinionem. Tu autem dic, quod Iudex debet in hac materiæ torturæ seruare cõsuetudinẽ Prouinciæ in qua ius dicit, & ita faciendo non errabit, & caueat diligenter, ne in torquendo excedat modũ cõsuetũ, & qui adhiberi debet iuxta qualitatẽ personę, alias tenebitur in syndicatu ita dicit Bart. in l.
118 Quæstionis modũ, n. 1. ff. de Quæstio. cuius opinio in hoc cõmuniter approbatur, vt dicit Marsil. in pract. crim. §. expedita num. 89. in fine. Nam si forte reus in tortura moreretur, si quidem Iudex excessit dolo, tenetur de homi-

cidio: si vero excessit culpa, punitur secundum modum culpæ, vt dicit Bart. ibi, & hæc est communis resolutio dicit Bello. consil. 84. numer. 12. & hunc casum dicit Bart. ibidem sibi de facto contigisse, quia cum vidisset quendam iuuonem robustum, torsit illum, & statim fere mortuus est, & dicit Amod. de syndicat. post. numer. 115. quem refert Bruin. de indic. & tortura numer. 32. quod cautè agendum est, quantum fieri potest, ne casus mortis in tortura accidat, propter euitandas calumnias popularium, & vulgarium, quos de facto dicit vidisse, & audiuisse propter huiusmodi casus contra Officiales etiam innocentes armata manu insurgere. Vbi tamen Iudex non facit nisi id, quod debuit, talis mors non habetur in consideratione, secundum Bart. in dict. l. quæstionis modum, qui ab omnibus approbatur, vt dicit Boss. tit. de Tortura numer. 30. Quem & alios sequutus fuit Ioseph. Cumia. de syndicat. capit. 9. numer. 23. dicens, quod vbi Iudex excesserit modum in torquendo reum, & inde mortuus fuerit, vel sibi brachium fregerit, si dolose id fecerit, pæna capitali puniatur, si sine dolo, sed tantum culpa pæna extraordinaria Iudicis arbitrio, si casu nulla pæna teneri debet, quia dabat operam rei licitæ, Bouadilla libr. quint. capit. 3. numer. 12. vbi quod si Iudex propter inimicitias, aut propter pecuniam, vel aliter corruptus indebitè quendam torserit, & ille mortuus fuerit in tormentis, difficile excusatur Iudicem à pæna mortis. Si vero per imperitiam, aut latam culpam, eundem minus iniustè torserit, tunc talis Iudex, arbitraria pæna puniendus erit. A quibus pænis non excusatur Iudex licet indicia superueniant post torturam, quia indicia debent præcedere, & non sequi, vt est text. & glo. in l. Maritus, ff. de Quæstio. Auiles in capit. 1. Prætori.

Glo. A las partes, num. fin. in fine, Boer. decis. 259. numer. 1. & sequent. Bouadi. dict. lib. 5. cap. 3. numer. 14. & numer. 25. subdit, quod vbi tortura iuridicè infertur, licet in ea reus moriatur, vel in aliquo membro mutiletur, non ex eo Iudex calumniari, nec puniri debet, iuxta communem Doctorum opinionem de qua testatur Anto. Gomez 3. tom. delicto. capit. 13. num. 6. versicul. Si vero licite, Boss. in pract. tit. de Tortura num. 30. Clarus in Pract. § fin. q. 64. num. 37.

118 Trigesimo nono, tenetur Iudex, & dicitur opprimere, & grauare partem, contra quam ea inaudita sententiam tulit: res enim pessima est, l. de vnoquoque, ff. de Re iud. Vant. de nullit. ex defectu citat. Pote. de syndica. in verbo. Appellation. numer. 1. 2. 3. & 4. & in
119 verbo sententia, capit. 1. & multo magis dicitur oppressisse si iniustè occidit. Quia tenetur pæna capitis, capit. prim. de homicid. & quando ob fauorem, pretium, amorem, vel odium, ius dicit, aut iudicat contra iustitiam, vt de his latius diximus in capit. 10. num. 49. 52. 58. & 59. & facit quod tradit Rondinel. de syndicat. num. 42. & sequent.
120 Et etiam opprimit, quando pauperibus, viduis, pupillis, Orphanis, & alijs miserabilibus personis, in dubio fauorabilis, & protector non fuit l. fauorabiliores, ff. de Reg. iur. Tiraquel. in tract. de priuil. piæ causæ, per tot. vel permiserit Potentes aduersus eos præualere Amode. de syndic. num. 159. ac demum quando in iudicio æqualitatē non seruauerit contra l. fin. C. de Fruct. & lit. expens. & in l. in iudicijs, ff. de Reg. iur.
121 Quadragesimo, pariter, Iudex partem grauare dicitur, & syndicatu tenetur, quando scillicet recusat restituere processum: quia non potest illum retinere, etiam loco pignoris, etenim non datur eidem, nisi vt illum videat, & exami-

examinet, idipsumque est dispositum in Aduocato, & Procuratore; vt latè not. Boer. decis.15. num.3.& seq. vbi sub n. 5.& 6. subdit, quid iuris si processus per datur, & quomodo probetur perditio processus, vide ibidem.

122 Quadragesimo primo, sed nunquid tenebitur Iudex in syndicatu si copiã allegationis iuris vnius partis, alteri parti contrariæ communicauerit. Quod apud nos dicimus memoriale in iure: hæc quæstio depēdet ex illa questione, an scilicet iuris allegationes, vt cætera Iudicij acta sint aduersario edenda? & quia copia huius iuris allegationis solum sit ad meram Iudicis instructionem, secundum Innocen. in capit. per tuas, de testibus & Alexan. in auth. Iubemus, C. de Iuditijs. Menoch. de arbitra. casu 175. num. 1.& 2. Paz. in pract. 1. par. tom. 1. decimo tempore, n. 8. fol. mihi 73. Hinc inde ex eo videtur, quod Iudex qui dictas iuris allegationes parti contrariæ tradiderit, seu communicauerit in visita, seu syndicatu puniri posset, maxime, vbi solitū est obseruari tales iuris allegationes parti aduersæ non exhiberi, vide super his eundem Menochium in dict. casu 175. de arbitrarijs, quatuor opiniones referentem, & se inclinantem in eam opinionem, quæ habet, hoc relinquēdum esse Iudicis arbitrio.

123 Quadragessimo secundo, in hac materia est animaduertendum, quod aliquando dubitatur tempore syndicatus, & sæpe occurrit in practica, vtrum Iudex, qui timet in syndicatu condemnari pro aliqua barataria, vel furto, seu debito, possit offerri solutionem ante condemnationem, vt euitet condemnationem, & infamiam iuris, & facti, cui dubio videtur respondendum, quod per talem oblationem, & restitutionem de male oblatis, non excusatis Iudex à delicto commisso maximè in crimine baratariæ, in quo non est locus pænitentiæ, vt diximus supra num. 28. & tenent Boer. decis. 153. nu. 25. ad fin. Auiles in cap. 1. Prætor. glo. Donacion, nu. 45. ad fi. versic. vel potest dici, Matien. de relatore 3. par. cap. 25. in fine versic.

124 Sed verior. Verum prædictis non obstātibus dicas, quod Iudices, & Officiales facientes ante condemnationem compositionem, seu soluentes, & protestantes, quod propter dubium litis euentum hoc faciunt, & ne vexentur litibus, & expensis absolui debent ab instantia iudicij simpliciter, nec videntur delictum confiteri, quia faciunt causa redimendi vexationes, ita dicit, Paris. de Puteo de syndicat. in verbo. oblatio. fol. 190. Paul. de Castro in l. 1. ff. de Actio. empti. numer. 9. vbi ait,

125 quod quandocunq. lite pendente res, quæ petitur offertur, debet sequi absolutio ab obseruatione iudicij. Specul. in tit. de Censi. §. 1. in additione, secunda dicit, quod publicanus euadit pænã, restituendo surreptum ante sententiam, Auiles in dict. Glo. Donacion, numer. 45. versicul. Tamen tu dic, vbi,

126 quod talis oblatio debet admitti per syndicatorem alias faceret iniustitiã, Bartol. in l. infamem numer. 10. in fine cum sequentibus, & ibi Doctor. ff. de Publ. Iudicijs. Idem Bartol. Bald. & Angel. & Doctores in l. Si reus paratus per tex. ibi, ff. de Procurato. Matiens. in dict. capit. 25. numer. 11. versicul. 15. Menoch. de arbitr. casu 342. num. 32. Boer. decis. 153. numer. 36. Tiber. Decian. 1. tom. delict. libr. 8. capit. 48. nu. 10. Bellug. in Speculo Princip. rubric. 19. §. vltimo, numer. sext. Bouadill. libr. 5. capit. 1. numer. 101. in princi-

127 pio. Et huius restitutionis effectus ante sententiam plurimum operatur: nam si Iudex seu Officialis in syndicatu condemnatus fuerit ad dictam restitutionem, non poterit amplius ad simile officium aspirare, vt in l. Iudices, qui & ibi not. Bartolus C. de Dignitat. libr. decimo, & in l. Si quis aliquid C. de Suscepto, & arca. lib. 12.

 vbi

vbi glo. allegat plures concordantes Auiles in dict. cap. 1. Prætor. glo. Donacion, num. 45. in fine fol. mihi 63. Bajard. ad Clar. quæst. 73. numer. 11. Capyc. decis. 121. nume. 17. Franc. March.
128 decis. 390. numer. 2. Quod & de iure municipali Cathaloniæ procedit iuxta Constitut. 3. incip. Algun Official. tit. de Personas prohibidas regir officis. & Constitut. 4. incip. Tot Veguer, & Constit. 6. incip. Primerament, titul. de Offici de Iutges de taulà in quibus habetur, quod Officialis, qui per Iudices tabulæ est condemnatus non potest amplius officia Regia obtinere, quæ Constitutiones intelliguntur, vt proce- 129 dant, & habeant locum, quando scilicet Officialis condemnatus fuerit propter aliquam Barratariam, aut aliam magnam culpam, quæ dolo æquiparetur, secus si condemnatio esset facta pro aliqua leui culpa, & sic pro damno aliud parti culposæ dato, vt in terminis not. Mier. part. 1. titul. de Officiali in tabula condemnato capit. 12. coll. 4. fol. mihi 44. & in capit. de tabula. 7. numer. 85. fol. 85. eadem 1. part. Quem refert, & sequitur, Cancer. part. 3. capit. 12. anno. 90. vsq. 96. vbi sub nu. 95. refert ita fuisse in Regia Audientia declaratum.

(§. §.)

CAPVT XVIII.

DE ADVOCATIS, ET PROCVRATORIBVS PAVPERVM.

SVMMARIVM.

1 *Aduocationis Officiu laudabile est, atq. vitæ hominu necessarium.*

2 *Aduocati necessarij sunt, ad salutem patriæ, & singulorum, sicut milites armatæ militiæ, imo magis quam ipsi.*

3 *Diuites, & pauperes summè Aduocatorum patrocinio egent.*

4 *Aduocati duo in Cathalonia sunt constituti de publico cum salario quatuor centum librarum pro quolibet, & duo Procuratores cum salario ducentarum librarum pariter pro quolibet, annis singulis soluendarum, vt patrocinium pauperibus, & miserabilibus personis, & maxime carceratis præstent.*

5 *Officium superintendentis seu sollicitatoris eisdem Aduocatis, & Procuratoribus pauperum est institutum in Cathalonia pro maiori beneficio*

neficio ipsorũ pauperum cũ salario centum librarum.

6 *Respublica publicis expensis pauperibus litigantibus aduocatos constituere tenetur.*

7 *Aduocati qui curam, & solicitudinem pauperum habent, magnam retributionem à Deo consequuntur, & bene eis successerit, vt numer. 8.*

9 *Aduocatus pauperum carceratorum pro rebus ad fidem Catholicam concernentibus in Tribunali sanctæ Inquisitionis Principatus Cathaloniæ deseruit autor per tẽpus quatuordecim annorum.*

10 *Aduocati sanctissimæ Inquisitionis præstant iuramentum, antequam patrocinium præstent, & quid tale iuramentum contineat.*

11 *Iurare tenentur omnes aduocati cuiuscunque tribunalis, quod bene exerceant suum officium.*

12 *Aduocati pauperum absque aliquo salario patrocinium suum præstare tenentur pauperibus, tam clericis religiosis, quam laycis.*

13 *Aduocati pauperum tenentur ad residentiam continuam, nec pro patrocino quicquam directè, vel indirectè recipere possunt, nec alijs præter pauperes patrocinari valent.*

14 *Aduocati pauperum, & illorum Procuratores causas pauperum interesse æqualiter diuidere debent.*

15 *Procuratores pauperum qualibet die tenentur ire ad Regios carceres, et in eis perquirere de intimis pauperibus carceratis factis, sub pena carceris.*

16 *Aduocati, & pauperum Procuratores debent solicitè deprecari, vt pauperum alimentis necessitatibusque, & alijs carcerum incommodis benignè eisdem succurratur.*

17 *Iudices pro succurrendis pauperum, necessitatibus, vbi leges regni nõ aduersantur debent aliquam pœnam pecuniariam imponere.*

18 *Aduocati pauperum curare debent, quod extorsiones, compositiones, aliaque grauamina, quæ per custodes carcerum, aliosque ministros pauperibus carceratis inferri solent, Excellentissimo Proregi, et Iudicibus Regijs Consiliarijs denuntientur, vt illas condigne puniant.*

19 *Causæ pauperum carceratorum celeriter sunt expediendæ, idque ad pauperum Aduocatos, & Procuratores spectat summa cura, & solicitudine solicitare.*

20 *Albarana liberatoria pro liberandis, & relaxandis pauperibus carceratis diligenter obtinere debent.*

21 *Iura carcelagij non soluunt pauperes carcerati, nec pro dicto iure per carcerarios detineri possunt, tum iure ciuili, tum municipali, & nu. 22.*

a

23 *Bannitis, relegatis, & in exilium missis concedi debet terminus ad migrandum, & assignatur ratio num. 24.*

25 *Aduocatus, quæ obseruare debeat, vt munere suo digne fungi dicatur, et à visitationum molestijs liberetur.*

26 *Aduocatus debet esse modestus in sermone.*

27 *Aduocato verboso, & procraciter loquenti pæna suspensionis ab officio imponi potest.*

28 *Modestia in aduocato necessaria, & pæna impij aduocati refertur num. 29.*

30 *Aduocatus debet esse veracissimus tam in verbis, quam in scriptis.*

31 *Aduocatus, qui mentitur, vt quia falsa iura, vel falsa instrumenta, aut falsos testes induxerit, peccatum mortale committit cum obligatione restituendi.*

32 *Aduocatus causam iustam defendere debet, & iniustam suscipiens mortaliter peccat, & ad restitutionem damni tenetur.*

33 *Aduocatus causæ iniquitate detecta, eam relinquere, vel partes ad concordiam reducere debet.*

34 *Bart. & Socin. à prædicta opinione discedunt, quibus autor assentit, & rationem assignat. num. 35.*

36 *Aduocatus causam ancipitem tuta conscientia licitè defendere potest.*

37 *Aduocatus iura, & arcana sui clientuli reuelans, ad resarcionem dāni tenetur, & mortaliter peccat, proditor atque falsarius dicitur.*

38 *Aduocatus, qui vtrique parti patrocinium præstat Præuericator appellatur, & varijs pænis punitur, quæ referuntur num. 39.*

40 *Aduocatus paciscens cum clientulo suo de quota litis priuari debet officio aduocationis, & assignatur ratio num. 41.*

42 *Exhortatio, quæ fit aduocatis.*

43 *Aduocati pauperum causas gratis agere debent.*

44 *Iustus enim nouit causas pauperum, impius autem ipsas ignorat.*

ADVOCATIONIS
1 officium cunctis notum est, laudabile vitæq. hominum necessarium esse, sic inquit legislator in l. laudabile C. de aduocat. diuers. iudic. Hi siquidem diriment ambigua facta, causarum suæq. defensionis iuribus in rebus sæpe publicis, ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant. Non minus prouident humano generi, quam si prælijs: ac vulneribus patriam, parentesque seruarēt, gloriosaque voce laborantium spem, vitam, & posteros defendunt, l. aduocati, C. eod. tit. & ibi Bald. dicit, quod ita sunt necessarij ad salutem patriæ, & singulorum, sicut milites armatæ
2 militiæ: imò, & plus inquit ibi, Bart. quod sunt magis necessarij Reipublicæ, quam milites. Etsi hoc verum sit,
3 pro vt verissimum est, respectu diuitū, qui pro recuperatione, tuitione, ac defentione rerum suarum, & aliquādo honoris,

noris,& vitæ summè aduocatorum pa-
trocinium necesse habent, quanto ma-
gis pauperes præsertim carcerati, qui
quandoq. omni auxilio destituti sunt,
& in maximo discrimine vitæ consti-
4 tuti, illud necesse habuerint? Qua de
causa iustè, ac sanctissimè statutũ fuit,
in hoc nostro Cathaloniæ Principatu,
quod pro patrocinio pauperum maxi-
mè carceratorum,& miserabilium per
sonarum eligerentur,& crearentur,per
dominum Regem duo Aduocati,& duo
Procuratores pauperum, & miserabi-
lium personarum cum salario,cuilibet
scilicet aduocato quatuor centum li-
brarum,& cuilibet Procuratori ducen
tum, qui vt rectè eorum officium ad-
ministrarent,statutum fuit,quod ob no
xij essent huic cẽturæ visitationis, sicut
alij Officiales Regij,vt habetur in cõst.
4.curiarum anni 1599. ac etiam in eis-
5 dem curijs in const. 5. in fauorem pau-
perum,fuit creatum officium superin-
tendentis dictis Aduocatis,& Procura-
toribus pauperum cum onere, & obli-
gatione eundi bis qualibet hebdoma-
da ad carceres,& ibi solicitè solicitare,
& scire statum causarum dictorum pau
perum carceratorum,& alia facere,pro
qua solicitatione, & labore fuerunt as-
signatæ centum libræ anno quolibet
de pecunijs Generalitatis pro operibus
Monasterij sancti Francisci Ciuitatis
Barcinonæ cuius Pater Guardianus,
huiusmodi solicitatoris officium deser-
uire teneretur,pro vt rectissimè quidẽ
omnes Patres Guardiani, qui huc vsq.
fuerunt dictum munus diligenti solici-
tudine,& cura serulerunt. Et nedum in
Cathalonia à dicto anno 1599. cura
fuit prouidere pauperibus de Aduoca-
tis,& Procuratoribus suis proprijs ex-
pensis:verum,& priscis temporibus ab
anno scilicet 1520. fuit hæc solicitudo,
vt videre est in const. 1.& 2. sub tit. de
Aduocats y Procuradors de pobres,pa-
gin.147. Etenim credendum est, quod
antiquis Patres, qui veteres cõstitutio-
nes super prædictis à domino Rege
6 obtinuerint,vtique sciebant,quod Res-
publica publicis expensis, pauperibus
litigantibus aduocatos constituere te-
nebantur iux. glo. in l. 1 §. ait Prætor.
in princi. ff. de postula. Boer. decis. 325.
Couarru. lib. 1. variarum cap. 6. num. 4.
quos refert,& sequitur Iacob. de Graff.
decis. aureæ casuum conscientiæ part. 1.
lib. 3. cap. 8. num. 5.
7 Curent igitur Pauperum Aduocati,
& Procuratores, qui ad hoc pium, ac
fœlix munus sua fœlici sorte à domino
Rege fuerunt electi,& nominati solici-
tudinẽ habere de omnibus causis pau-
perum, & miserabilium personarum,
& maximè carceratorum,quia à Deo
retributionem magnam consequentur
à quo nunc iam, pro hoc solicitudine,
& cura Beati dicuntur iux. illud Dauid
Psal. 40. *Beatus vir qui intelligit su-
per egenum, & pauperem: in die ma-
la liberauit eum dominus*. Aduertãtq.
quod oculi Domini in pauperem sem-
per respiciunt,vt habetur Psalm. 10. Et
ipsorum est verus protector,& solicita-
tor,vt in Psalm. 39. *Expectans expe-
ctaui Dominum, & intendit mihi*,
& in eod. Psal. *Ego autem mendicus
sum, & pauper: dominus solicitus est
mei, adiutor meus, & protector meus
tu es Deus meus*. Qui quodammodò
videtur ipsos pauperes Aduocatis, &
Procuratoribus pauperum reliquisse:
vt eos adiuuent, vt legitur, Psalm. 9.
*Tibi derelictus est pauper, tu eris ad-
iutor*. Videant audiantque ideò Aduo-
cati,& Procuratores libenter, & hilari
vultu ipsos pauperes, illorumque accla-
mationes, & vagitus: quia dominus il-
los exaudit, vt legitur, Psalm. 68.
*Videant pauperes, & lætentur: quo-
niam exaudiuit pauperes dominus,
& vinctos suos non despexit*. Soliciti
itaque

itaque sint, & vigilantissimè attendant in eorum causis defendendis, omneque auxilium, & iuuamen eis liberalissimè præstent, quod si ita fecerint bene eis successerit, vt inquit Ias. in l. nec quidquam §. vbi decretum col. 2. ff. de Offic. procur. & legat. subdens, quod hortatur cuilibet aduocato, vt pro posse pauperes, & miserabiles iuuet, licet ipse eos modicum adiuuauerit; tamen quando eis auxilium præstitit, bene eis successit, pro vt indubitanter cuilibet succedet, quem & alios refert, & sequitur Roland. a Vall. consil. 87. num. 28. vol. 2. & tenet Sanctus Thom. 2. 2. q. 71. artic. 1. & 4. Soto. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 8. artic. 1. Couarru. in practic. qq. cap. 6. num. 4. Menoch. de arbitrar. casu 369. num. 3. Paz. in pract. 5. anno. num. 65. vbi quod Aduocatus tenetur gratis præstare patrocinium pauperibus in locis, in quibus non sunt Aduocati conducti publico stipendio ad patrocinium pauperum, Asin. in praxi. de execut. §. 9. cap. 91. subdit Aduocatos & Procuratores peccare si gratis pauperibus patrocinium non præstant, sed Iudex eos cogere non potest, nisi extet statutum: vt refert Caual. de Brach. regal. part. 6. num. 226.

9 Hoc autem munere Aduocati pauperum carceratorum, pro rebus ad fidem Catholicam concernentibus in carceribus Inquisitionis huius Principatus detentorum liberali animo functus sum quatuordecim annos, apud dominos Inquisitores in præsenti Ciuitate Barcinone residentes, quam id rectè ipsi viderint, qui me hominem tenuis eruditionis, nec dũ prouectæ ætatis, ad tam graue onus eligerunt. Ego certe nil aliud verè dicere possum, nisi quod industriam meam, quantacunq. illa sit libentissimè obtuli, & in dies libentius offerre paratus sum: quia sincerissimè, atque sanctissimè illic omnia fieri certissimè scio. In illo siquidẽ

10 sãctissimo tribunali præscripta est forma, qua aduocati iurare debent, cum iubentur præstare patrocinium huiusmodi captis, cuius iuramenti substantia est, quod fideliter illam causam defendent, & legitimis tantum defensionibus vtentur, absque dilationibus, & cauillis, & quod in quacunque parte litis cognouerint iniustã esse causam, id reo ipsi, & inquisitoribus denunciantes causam deserent, & secretum de his, quę viderint, & audierint fidelissimè seruabunt, quod iuramentum sæpissimè præstiti, & vtinam omnes aduocati præstarent, & obseruarent, pro vt præstare tenentur, vt notat. Simancas in Catholicis institutio. cap. 5. num. 3. Thom. Triuisa. decis. 27. num. 7. libr. 2. vbi etiam subdit, quod aduocati contrauenientes mortaliter peccant, & apud nos extat const. 1. Regis Alfonsi Secundi sub titul. de examen de Aduo

11 cats pagin. 179. & ibi hoc notat. Mier. part. 1. cap. 18. num. 2. & 3. collat. 3. fol. mihi 36. dicens, quod omnes, qui officio aduocationis vtuntur tale iuramẽtum præstare tenentur non obstante contraria consuetudine, iuxt. text. in l. rem non nouam, C. de Iudicijs cap. cæterum de iuram. calumniæ, & quæ ibi not. Hostiens. sed licet hoc de iure verum sit: tamen non video, quod hodie in Cathalonia huiusmodi iuramentum præstetur, vtique iustè ac sanctè esset, quod præstaretur, tam in principio, seu ingressu officij, quam etiam quolibet anno pro vt in Regno Castellæ ex lege peculiari illius regni sic præstatur, vt notat. Paz. in sua practic. 5. annota. num. 16. forsan enim plures Aduocati, & ipse primus memores reiterationis iuramenti præstiti fideliter, & sincerè in eorum officijs procederent, ab omnibusque subterfugijs, cauillationibus superfluis, & impertinentibus se abstinerent. Redeuntes igitur ad officium Aduocatorum, & Procuratorum pauperum, qui subditi existunt Regiæ Visitationi dicitur, quod ipsi in ea de infrascriptis

frascriptis visitari,& querelari poterũt.

12 Et primò tenentur absque aliqua mercede,seu salario patrocinium præstare omnibus clericis,religiosis,& laycis pauperibus,de quorum causis deffer re debent memoriale, & vbi de illis ali quid directè, vel indirectè pro illorum patrocinio receperint, tanquam facięntes contra præceptum à constitutione præfixum,vtique visitari, & syndicari possent iux.const.1. Caroli Imperatoris tit.de offici de Aduocats,y Procuradors de pobres pagin.147.

13 Secundò tenentur dicti pauperum Aduocati assistere,& residentiam facere qualibet die,scilicet iuridica in Regijs carceribus per spacium trium horarum ante prandium; & trium horarum post prandium ad effectum, vt eo tempore instrui valeant de his, quæ in pauperum fauorem, & pro illorum defensionibus conuenire oportuit, à quibus,nec ab illorum parẽtibus,nec amicis directè vel indirectè valẽt, nec possunt recipere pecunias,raupas, munera nec alias res,quinimò eis gratis seruire tenentur; nec alijs personis extraneis, præter dictos pauperes patrocinijũ præstare possunt,iuxt. dictam const.4. curiarum anni 1599.

14 Tertiò dicti Aduocati,& Procuratores pauperum tenentur inter se æqualiter diuidere omnes causas ciuiles, & criminales,& pro illarum expeditione & bono euentu die veneris cuiuslibet hebdomadæ,tam feriata,quàm non feriata ad inuicem in vnum se congregare in domo vnius dictorum Aduocatorum, & ibi deferre memorialia dictarum causarum,& inter ipsos conferentias, & disputationes tenere super statu illarum, & eo, quod vtilius videbitur fore faciendum iuxt. const.4. incip.Per donar,Regis Philippi dicto tit. de Offici de Aduocats, y Procuradors de pobres.pagin.149.

15 Quartò tenentur Procuratores pauperũ qualibet die alternatim,vnus scilicet manè, & alter post prandium ire ad Regios carceres, sub pœna carceris saluo iusto infirmitatis impedimento, & ibi perquirere de intimis factis pauperibus carceratis,ac de infimis,ac etiã ipsos interrogare quisnam eorum cupit pro suis defentionibus alloqui cum Aduocatis pauperum; & de singulis omnibus per ipsum auditis,simul cum intimis recurrere,& accedere debet ad vnum ex dictis Aduocatis,qui pro illis defentiones faciat,vt habetur in const. 3.Regis Philippi incip. Per donar bon orde,dicto titulo de Aduocats,y Procuradors de pobres,pagin.140.

16 Quintò debent Aduocati,& Procuratores pauperum, præsertim quando per Excellentissimum dominum Proregem,& Regios Consiliarios fit visita in Regijs carceribus solicitè depræcari, vt pauperum alimẽtis necessitatibusq. & alijs carcerum incommodis benignè succurrant iuxt. text.in l.Iudices,C. de Episcop.Aud.Bald.in l.illicitas.§.ne Potentiores in fine ff.de Offic. præsid. Ripa post alios in l.4.§.hoc autem iudicium ff.de damno. infect. Auendan. de exeq.mandat.princip.lib.1.cap.19. Dom.de Pont.in tractat.de Potest.Proregis tit.de diuers. prouis.§.de Don. &

17 expens. num. 10.Et pro his succurrendis,vbi leges regni non aduersarentur, rogare,quod fiat aliqua condemnatio pecuniaria applicanda pro dictis carceratorum alimẽtis, & necessitatibus eorundem,pro vt ad eas succurrendas Iudices tenentur ex text. in dict. l. Iudices, C. de Episcop. Aud. & notat. Honor.lib.9.Theodosia.dũ ad Iudices ait. *Victualem substantiam non habentibus faciant ministrari, libellis duobus, aut tribus diurnis,vel quod existimauerint commentariensi decretibus,quorum sumptibus proficiant; alimoniæ pauperum.* Conrad. in curia breuiar. lib.1.cap.9.pag.436.§.3.limit.54. Put-

de

de syndicat.verb.Carcer.nu.3.& verb. Expensæ,cap.2.& verb.Condemnario, cap.2.fol.150.Auiles in cap.18. Prætor. glos. Qual, nu.4.fol. 180.Mexia de Pace,conclus.1.num.8 & 9.& post multa exempla sanctorũ Patruum tradit Bouadill.plures alios referens lib.3.cap.15. num.63.

18 Sexto curare etiam debent, vt Excellentissimo Proregi, & Regijs Iudicibus consiliarijs denuntientur, extorsiones, cõpositiones, aliaq. grauamina, quæ per custodes carcerum,aliosq. ministros pauperibus carceratis inferri solent,vt illas condignè, & debitè puniãt iux. tex.in l.1.ff.de Custod. reorum, & l.fin.C.de Erogatio.milit.anno. lib.12. cap.charitas in fine.12.quæst.2.Bald.in l.fin.ff.de iust.& iur.Pute. de syndicat. in verb.Crudelitas,num.6. Tallada de carcer.cap.15. num.2.ad finem.

19 Septimò,similiter etiam debent instare diligenti solicitudine, quod causæ pauperum carceratorum celeriter, & breuiter expediantur:quia ex quo pauperes,& miserabiles,non habent, quid offerant in iudicio summè opprimuntur,& quandoque contra veritatem secũdum D.Isidorum in cap. Pauper 10. quæst.3. Ideòq. iure statutum est,quod ipsorum causæ velociter expediantur, vt habetur in l.fi.C. de Custo.reor.ibi: *De his,quos tenet carcer inclusos, id aperta diffinitione sancimus, vt aut conuictos,velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret*.Eoque magis fieri debet, vbi crimina sunt leuia pro quibus rei in carceribus detinentur,ex text. in l. leuia ff.de accusatio ibi: *Leuia crimina audire discutere de plano Proconsulem oportet,& vel liberare eos, quibus obijciuntur, vel fustibus castigare*. Quæ quidem causæ non nisi in carceribus fieri debent, vt in l. si quis seruus ff.de Exhiben.reis l.1. ff.de quæstio. Auiles in cap.35.prætor.glos.Se fagan,fol.mihi 225.Idque summa discussione,& diligentia iux.illud Genes. 14. cap.Deus omnipotens 2.quæst. 3.Bald. in l.1.in 2.lectura ff. de officio consul.

20 Octauò debent quoque facta prouisione, seu declaratione relaxationis in fauorem pauperum statim obtinere albarana liberatoria pro exequutione prouisionis: nam ex quo pauperes neminem habent, possent eorum prouisiones de facili dilatari, & differri, animaduertentes quod pauperes carcerati minimè detineri possunt, per carcerarios sub prætextu iurium carcelagij;

21 Etenim pauperes excarcerandi ab huiusmodi iurium solutione sunt immunes iux. glos. in l.1.§. ait Prætor. verb. non habebunt,ff.de postul. Bouad. post alios lib.3.cap.14.num. 18. Cerdan. de

22 carcer.lib.cap.7.nu.15.& 22.& apud nos extat.const.5.incip.statum Caroli Imperatoris tit. de pobres pledejants.pag. 259.ibi *Pobres no pagan carcellatge, è lo carceller no puga exigir res de aquells*.

23 Nonò curare etiam debent, quod pauperibus,banniris,relegatis,& in exilium missis concedatur terminus competens ad migrandum, qui est mensis vnus,aliquãdo plus vel minus arbitrio Iudicis,ad notat. per DD. & præcipuè Purpur.in l.1.ff.de Offi.eius cui est mã

24 dat.iurisdictio.num.516. & 517.qui dari debet per Iudicem, eo quia à parentibus separantur multi iux. text. in l. possessionum, ff. communi diuidund. & ibi DD.

25 Denique vt Aduocati pauperũ dignè,& vt decet, absque vistitationum molestijs huiusmodi aduocationis munus deseruire valeant, sequentia præcepta rogamus obseruent.

26 Primò sint bonis moribus prediti, & modesti in sermone,iuxta illud Eccles. 28.a *Aurum,& argentum tuum conflas*

sta, & verbis tuis fac stateram, & ori tuo frenos rectos: Modestia enim in Aduocato summè necessaria est: etenim Aduocati verbosi, & procracites loquentes, & vociferantes pœna suspectionis ab officio puniuntur, iuxt. glos. in l. ex ea, ff. de postuland. commendatam à pluribus relatis per Rebuffum in repitione legis vnicæ n. 3. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, quia per hoc impeditur honestus iustitiæ processus, vnde Esay. cap. 31. *Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silētiū.*

27

28 Hinc D. Bernard. lib. 1. cap. 9. de Considera. ad Eugen. inquit ibi: *Miror nāq. quomodo religiosæ aures tuæ audire sustinent huiusmodi disputationes Aduocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad subuertionem, quam ad inuentionem proficiunt veritatis. Hæ clamorosæ allegationes assimilātur ranis, quæ inani, & inflata modulatione, velut ranarū sonis, & cantibus mundo deceptionis fabulas intulerūt.* Tales enim procraces Aduocati, qui non ratione, sed probris putāt esse certandū redduntur infames, c. si quis adeo 3. q. 7. c. in loco benedictionis, 5. q. 4. &

29 quia in lingua peccant, in lingua etiā viuentes sæpissimè puniuntur vt dicit glos. in §. sæpe, Inst. quib. mod. non est permiss. facere testa. vbi text. inquit ꝙ sæpè literati loquelam amittunt, dicit glos. maximè impij Aduocati, quod nota tu qui officio Aduocati fungis.

30 Secundo vltra modestiam in sermone requiritur, quod sint veracissimi, tā in verbis, quā in scriptis, ita quod nullatenus allegent falsas leges, aut correctas, quia ex eo inciderint in pœnā falsi iux. l. fi. ff. ad l. Corneli. de fals. & in l. 1. §. hunc modum C. de iust. codi. confir. not. Bar. in l. omnes populi, n. 68. ff. de

31 Iust. & iur. Etenim Aduocatus qui mētitur, vt quia falsa iura, vel falsa instrumēta, aut falsos testes, vel falsas rationes, & probationes induxerit peccatū mortale cōmittit cū obligatione restituendi, scripsit Nauar. in manual. c. 25. n. 29. licet tamē aduocato defendēti iustā causam prudentèr occultare, ea quæ impediri possent processus eius, non tamen licet ei vti aliqua falsitate, vt dicit D. Thom. 2. 2. q. 71. art. 2. vtens enim falsis pro veris, falsi crimen incurrit, cap. dura, & cap. seq. de crim. falsi.

32 Tertio vbi cognouerint clientulos suos, iustam causam fouere, suscipiant, tunc causæ defensionem, illasq. summa fidelitate defendant, ex tex. in c. qui religiosum, & ibi glos. in verb. Nō omni, 87. dist. cœterum, vbi intellexerit causā clientuli iniquam, & à iure, & ratione remotam, & alienam esse nullo modo protegendam suscipiant; Etenim, qui sciens, & prudens iniustam causam defendit mortaliter peccat, & ad resartionem damni, quod passus fuerit aduersarius ius. & restitutionem expensarū, quas suus clienrulus fecerit tenetur: quia qui ad malum cooperatur, eiusdem est iniquitatis atque ipse, qui fecit iuxt. illud Paul. ad Roman. ibi digni sunt morte, non solum, qui faciunt, sed etiam, qui facientibus consentiunt. Et cùm illud peccatum sit contra iustitiam, nempe in nocumentum alterius partis, ad restitutionem obligatur. Nā qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, vt in cap. fi. de Iniu. firm. Anto. de Butr. in c. breui, de iur. iuran. Soto lib. 5. de Iust. & iur. q. 8. art. 3. & Nauat. in manual. c.

33 25. in vers. Secundo, n. 18. Quinimo si à principio crediderint causam iustam esse, & ex post facto cognouerint esse iniquam, statim debent illam deserere secundum sanctum Thom. in 2. 2. q. 71. art. 3. & tali casu legitur esse ipsis Aduocatis permissum inducere partē ad concordiam honestam, iux. l. rem non nouam C. de iudic. verum quod non debent indicere aduersario secretū, vt not. Nauar. d. cap. 25. n. 28. in fin. Iacob. de Graff. decis. aurearum, casuū conscientiæ

X

34 cientiæ p.1.lib.3.c.8.n.3.verum ab hac opinione discentiunt,Bart. Socin. in l. quidam,num.11.ff. si cert.petar. & Cacialup.in tract.de Transact.q.20.in fin. dicentes,quod Aduocatus tuta consciētia non potest cōsulere clientulo suo,vt faciat pactum, vel transactionem cum aduersario,si Intellexerit causam cliētuli iniquā esse,quorū opinio mihi ma-
35 xime sedet:nā si Aduocatus cognoscens causam esse iniustā tenetur illā deserere,qua ratione poterit super re iniusta consulere,quod clientulus suus cum ad uersario paciscatur,& hanc opinionem sequitur Paz in pract.annot.5.n. 41. tu
36 ipse cogita, at causam ancipitē ob varietatē opinionū, vel ob diuersos intellectus legis, per quā est decidenda, & maximè si dubitatio pendet in æquilibrio poterunt ipsi Aduocati tuta conscientia defendere vsq. in finem,vt not. Idē Iacob. de Graf. d. p.1.lib.3.c.8.n.2. vbi etiā subdit, q in causa defentionis vitæ,honoris,& maioris partis bonorū nisi reus perniciosissimus, haberetur, posset defendere etiā si eius causa min° esset probabilis, dūmodo nulla fraus fiat,sed an in leuibus causis hoc procedat,videant Sotum d.q.8.artic.1.

37 Quartò summè Aduocati obseruare debent ne iura, & arcana clientuli parti aduersæ reuelent, quia ad resartionē damni tenerentur, & mortaliter peccarent,maximè si secreta, quæ indicauerint fuerint notabilis momenti:etenim tali casu,vtique Proditores, & falsarij iustè dici poterint: vt not. Nauar. in manual.d.c.25.n.19.Graff. d.lib. 1.c. 8. n.14.Paz in pract.anno.5.num.46.qui plures allegat.

38 Quintò nullatenus debēt vtriq. parti fauere, nec cū aduersario colludere, nec ei patrocinium præstare:patrocinātes siquidem pro vtraque parte, quod absit,preuaricatores appellātur l.Athletas.§.præuericator ff.de postul.l.1.ff. de Præuarica.c.si quē,ver.Preuaricator,2. q.3.Quia nec etiā causa principali finita licet patrocinare pro parte aduersa in causa appellationis,Bajard. ad Clar.
39 q.62.n.27.Et pœnæ istorum plures sūt: prima infamia: secūdā priuatio officij: tertia tenentur ad damna, & interesse: quarta puniuntur pœna graui, vel leuiori iuxta qualitatem causæ,& patrocinij:quinta sentētia obtenta per præuaricationem est nulla: sexta puniri etiam possunt pæna falsi, vt de his omnibus per DD. quos copiose allegat Farinac.q.4. num.5. vide Put. de syndic. verb. de excessibus Aduocatorum c. 1. vbi,quando promittunt pro vna parte, & patrocinātur pro alia parte n.25.sed quod peius est,quando pro vtraque parte sub dolis artibus causas summunt, & faciunt pactū de quota lite,quæ abhorrenda sunt.l.item vbi Bart. C. de pact. arg.l.eum qui C. ad l.Iul. Mageft. Pereg.de iure fisci lib.4.tit. 7.n.16. Boss. tit.de Præuaricat.n. 2. Menoch. de ar-
40 bitr.casu.323.Aduocatus enim,qui pactus est cum cliente de quota litis aduocationis officio priuari debet,& pæna falsi tenetur, l. sumptus, & ibi glos. in verb. datum, vbi etiam Bart. ff. de
41 pact. & ratio est,quia tale pactum inducit Aduocatum ad delictum: Nā cognoscens habituram partem eius, quod consequetur calumniosè aduocabit sic post Bart.not.Rolan.a Vall. consil. 36. n.20.& 21.vol. 3. vbi secus esset si promitteretur quantitas simpliciter, vel res non respectu eius,quod in litem deducitur,quia tunc valebit pactum allegat text.in l. 1. cum sequent. C.de suffrag. & ibi Bart. sequuntur communiter DD.vt inquit ibi Ias.

42 Vltimò depræcor, quo vt possum, omnes causarum Patronos: vt quantū patitur humana fragilitas, eorum officio iustè,& meritoriè studeant exercere,& quod inter alia Reipublicę fideliter cōsulant,& intēdant bono communi.status enim, & regimina ciuitatuū, sicut experientia docet, multum depēdet ab eis, vt probatur in proœ. instit.

in

in fine. Memores etiam sint, quòd iusti, & prudentes Aduocati, iustum, ac prudens patrocinium præstantes fulgent, tanquam stellæ cœli firmamenti, vt in cap. fi. de Magistr. Et hinc labores manuum suarum manducabunt, & bene illis erit, & filij sui sicut nouellæ oliuarũ in circuitu mensæ suæ erunt, & super illos gaudebunt: alioquin de male quæsitis non gaudebit tertius hæres. *Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum*, Psalm. 127. Et per contrarium male patrocinatores appellantur canes curiarum, & deuoratores ciuium, ac excoriatores pauperum: Sic dicit de eis Guille. de Rouell. in tract. de iust. & in iustitia. lib. 3. c. 4. n. 10. & in fine, vel cerebrũ amittũt, vel pauperes moriũtur, mole debitorũ grauati testatur, & infamia, & vituperiũ pro hæreditate in sui memoriã relinquũt; Ideo ipsis Aduocatis, & mihi ipsi suadeo, vt cauillationib⁹ & protrectionibus iniustis nõ vtãtur in causis, nec instruant partes, vel testes
43 falsa loqui, vel vera supprimere; causas etiam pauperum agant gratis, & mise-
44 rabilium personarum: Nouit enim iustus causam pauperum, impius autem ipsam ignorat. Plantentur itaque ædificentur, & roborentur hæc in mentibus Aduocatorum cap. aduocauit, in fine 24. quæst. 1. vt per hæc ipsorum honorata, & ditata sint corpora, capit. in multa, in fine extr. de præbend. ipsorumque corpora membra reddentur iustitiæ seruitura, cap. omnes 47. dist. sic eruditæ sint animæ, & adeò pictæ, indutæque iustitia, vt æternam beatitudinem mereantur cap. illa anima, distinct. 2. Hæc quidem animaduertendum censui, vt boni, & optimi Aduocati, qui bene viuunt, iustique sunt, lætentur de suis benegestis, & ad correctionem eorum, qui huc vsque male vixerunt, vt corrigantur, ne in fine sæculi træmendum Iudicium subire habeant, à quo vnusquisque cauere debet, videas super his latè Ioannes Parlado, rerum quotidianarum lib. 1. cap. 2. titul. quid Aduocatis in suscipiendis causis expectandum sit per tot.

CAPVT. XIX.

DE PROTHONOTARIO, SCRIBIS MANDATI, ET REGESTRI, ALIISQVE Notarijs, & Curiarum Scribis.

SVMMARIVM.

1 *Notarij obnoxij sunt censuræ visitationis sicut alij Officiales.*

2 *Prothonotarius inter notarios est omnium primus, & post eũ sequutur scriba Regij archiui scribæ mãdati, Regestri, Rationis Petinnarij, alij notarij, & scribæ curiarũ.*

3 *Sacramentum, & homagium per Prothonotarium eiusue Locumtenentem præstatur antequam officio Prothonotariatus vtantur, super litteris iustitiæ expediendis, & sigillandis, & de pæna ipsorũ vbi non seruauerint formã per constitutiones Cathaloniæ traditã, quæ est priuationis officij, vt n. 4.*

5 *Prothonotarius, eiusue Locumtenens, & scribæ mandati tempore absentiæ, seu infirmitatis tenentur dimittere scripturas, & acta alicui scriptori Cathalano sub pæna priuationis, & quietationis vestitus, & gratiæ vnius anni.*

6 *Scriba Regij archiui ciuitatis Barcinone tenetur in suo competenti salario satisfactus ostendere, & tradere cuicunque petenti omnia, & quæcunque instrumenta in Regio archiuo recondita interesse partis tangentia, absque licentia superioris.*

7 *Instrumenta in Regio archiuo recõdita, quæ tangunt interesse Regiæ curiæ non potest scriba Regij archiui Ciuitatis Bartinone alicui ostendere, nec tradere nisi præcedente licentia domini Regis, seu eius Primogeniti, vel Locumtenentis Generalis, aut Vicesgerentis Generalis Gubernatoris Cathaloniæ.*

8 *Prothonotarius eiusue Locumtenens, Secretarij, Scribæ mandati, & Regestri exigentes pro expeditione priuilegiorum, cartarum, prouisionum, & literarum, & appositione mandati, Regestri, & iure Sigilli plusquam per constitutiones Cathaloniæ est dispositum incurrunt in pænam inhabilitatis offitij, & mille floreneorum.*

9 *Scribæ mandati recipientes aliquid indebitum, incidunt in pænam, quod receptum restituant cum duplo.*

10 *Scribæ Cancellariæ, & habentes sigilla Regia tenentur facere continuam residentiam in Cancellaria.*

11 *Scribæ mandati tenentur præsentare quascunque supplicationes, requisitiones, acta, seu scripturas domino Locumtenenti, Cantellario, Regenti Regiam Cantellariam, & Doctoribus Regiæ Audientiæ, dummodo fiant debita cum reuerentia sub pæna inhabilitatis officiorum.*

12 *Regij Officiales non debent male tractare scribas mandati ex causa præsentationis requisitionum sub pænis impositis contra violatores constitutionum Cathaloniæ.*

13 *Scribæ mandati tenentur tradere copiam partibus authẽticam processuũ causarum ciuilium ad solam partis requisitionem, absque consilio seu licentia alicuius officialis, satisfacti tamen in suo condecenti salario.*

14 *Scribæ mandati non possunt tradere copiam testium, nisi post illorum publicationem.*

15 *Et quid in causis criminalibus, & processu facto virtute vsatici au ctoritate, & rogatu.*

16 *Scribæ mandati tenentur defferre librum conclusionum Regiæ Audiẽtiæ, & in illo describere, & continuare omnes prouisiones, de quibus fit*

sit verbum in Regia Audientia, quas requisiti infra dies tres tenentur partibus communicare.

17 *Scribæ mandati in libro conclusionum debent scribere, & continuare vota, & conclusiones Regiæ Audientiæ, illumque recondiri, & custodiri, in Regio archiuo quolibet anno.*

18 *Conclusiones factæ in visita cæteris tenentur scribæ mandati notificare, & declarare cuilibet petenti.*

19 *Scribæ mandati tenentur notificare partibus intra dies duos conclusionem factam super dubio, an causa sit ciuilis vel criminalis.*

20 *Scribæ mandati tenentur verificare memorialia expensarum, in quibus litigantes fuerint condemnati.*

21 *Constitutiones Cathaloniæ non imponentes pænam aliquam certam, qui illis non obtemperat, pæna extraordinaria punietur.*

22 *Statutum aliquid præcipiens, vel prohibens nulla adiecta pæna, qui illi contrafacit extraordinem punitur.*

23 *Lex non exprimens pænam certam, tunc Iudicis arbitrio remissa censetur; vt pænam arbitrariam contrafacienti imponat, vt numer. 24.*

25 *Prothonotarius, eiusue Locumtenens, & scribæ mandati interueniunt in rebus grauibus, & ponderosis, quæ in Regia Audientia tractantur, & sic noticiam sacrorum scriniorum dicuntur habere.*

26 *Scribæ mandati tenentur Domino Proregi, Cancellario, & Regenti Regiam Cancellariam referre, & decretare omnes supplicationes partium.*

27 *Prothonotarius, eiusue Locumtenens, & scribæ mandati propter eorum officium dicuntur dignitatem obtinere, & ad obseruantiam constitutionum Cathaloniæ adstringuntur sub pæna mille morabatinorum aurei, & Regiæ indignationis, & priuationis, & inhabilitatis suorum officiorum, vt num. 28.*

29 *Scribæ mandati interueniunt in votandis causis in Regia Audientia; & ideo iurant vota senatorum non reuelare, & vbi ea reuelauerint pæna falsi, & capitis puniuntur.*

30 *Notarij, & scribæ causarum tenentur processus, & acta fideliter scribere sine fraude, vel errore.*

31 *Scribæ causarum in Cathalonia qualiter scribere, & componere processus debeant, & num. 32. & 33.*

34 *Salarium debitum pro communicatione processus est duo regalia per diuites soluenda, & vnum regale per pauperes.*

35 *Salarium Inquisitionis criminalis, quando petitur copia illius scribæ est soluendum, quando vero petitur communicatio tantum, tunc à diuitibus dumtaxat duo re-*

X 3 galia

regalia exigi possunt, & à pauperibus gratis est facienda, sub pœna decem librarum, & priuationis officij.

36 Inquisitiones pauperum carceratorũ tenentur scribæ illarũ pauperum Aduocatis communicare eademmet die, quo publicatæ fuerint, sub irremissibili pœna duodecim librarum.

37 Notarij causarum criminalium tenentur diligenter, & fideliter custodire processus causarum criminalium, vt illos visitatoribus tempore visitæ ostendere valeant, sub pœna quod si tunc ipsos processus non inuenerint priuentur ad imperpetuum officio Notariatus, & Scribaniæ.

38 Notarius finito negotio est custos processuum, & vbi illos perdiderit, tenetur ad interesse partis: nisi iustam amissionis causam legitime probauerit.

39 Memoriale actorum, & instrumentorum tenentur scribæ causarum componere, & in facie processus consui, sed hodie male seruatur.

40 Scribæ causarum tenentur defferre iudici processum postquam per eũdem fuerit prouisum infra dies tres sub pœna amissionis salarij, & vbi fuerint negligentes abdicatur eisdem processus, & alteri Notario committitur.

41 Notarij Cancellarij, & Regentis Regiam Cancellariam in aula Regia residentiam facere tenentur, & ibi operatorium seu tabulã tenere.

42 Notarius causarum contentionum facta declaratione per dominum Cancellarium tenetur restituere processus, & acta originalia sibi tradita absque aliquo salario sub pœna priuationis officij.

43 Notarij causarum Regiæ Audientiæ residentiam facere tenentur in aula Regia sub pœna priuationis officij Scribaniæ.

44 Notarij Regij in aula Regia scribentes dumtaxat pro vno scriba mandati scribere debent sub pœna priuationis amplius scribendis in eadem aula.

45 Notarius collegiatus non potest mutuare, nec præstare nomen alteri Notario qui non fuerit collegiatus, vt scribere valeat in Regia Audientia sub pœna priuationis officij, & exercitij.

46 Notarij causarum criminalium non possunt salarium aliquod exigere ex oblatis supplicationum carceratorum sub pœna decem librarum, & priuationis officij; & quandoque alia arbitraria arbitrio visitatoris imponenda.

47 Salarium testium causarum criminalium quantum sit Notarijs soluendum describitur.

48 Notarij causarum criminalium depositiones testium recipientes tenentur recipere, & continuare eas

modo

modo tendant ad offensam, modo ad defensam sub pæna falsi, & priuationis officij, & debent cognoscere testes, vel quod alius illos cognoscat aliter eos recipere non possunt.

49 *Notarij exigentes pro qualibet dietá vltra viginti quatuor solidos in visita syndicari possunt.*

50 *Notarij in vna die plures exequutiones facientes vnam dumtaxat dietam exigere poßunt, etsi plurimorum negotia fecerint.*

51 *Notarij exigentes salaria vltra taxam incidunt in Cathalonia in pœnam infamiæ, & priuationis officij, & viginti quinq. librarum, & restitutionis dupli quod vltra taxam receperint, nec non & mortaliter peccant.*

52 *Visitatores in Cathalonia tenentur præstare sacramentum, & homagium de inquirendo aduersus Notarios super excessibus commissis in receptione salariorum vltra taxam.*

53 *Notarij tenentur in Cathalonia firmare Apochas, & Albarana de quantitatibus per eos receptis ratione processum, & instrumentorum, & defferre librum vbi describant quantitates receptas designãdo nomina, et cognomina partium diem, & causas propter quas quantitates receperunt, vt sic innotescat an taxas salariorum excesserit.*

54 *Salarium vltra taxam etiam a volentibus sponte dare recipi non potest, quod declara, vt n. 55.*

56 *Notarij, & Scriptores curiarũ Regiarum per vim, & corruptionem aliquid indebite exigentes tenentur restituere receptum vna cum duplo.*

57 *Notarij tenentur præsentare quæcunque instrumenta, & requisitiones satisfacti in suo competenti salario, dummodo dicta instrumenta non sint, nec tendant in præiudicium generalitatis Cathaloniæ sub pæna priuationis officij, quod & de iure communi præcedit, vt n. 58.*

59 *Notarij Regij, & Apostolici non possunt in Catholonia conficere instrumenta de prouisionibus, aut literis Apostolicis factis extra Regnum de possessionibus dignitatuũ, & beneficiorum in Principatu Cathaloniæ institutorum in fauorem cuiusuis personæ extraneæ sub pæna perpetui exilij, & centum librarũ, ac etiam inhabilitatis officiorum, & beneficiorum.*

60 *Idipsum est dispositum in pensionibus, quæ super dictis beneficijs reseruantur.*

61 *Notarij Regestrum, seu protocollũ omnium instrumentorum secum habere debent, nec partibus tradere possunt, aliter mortaliter peccant.*

62 *Notarij in Cathalonia exhibere tenentur dominis directis instrumenta venditionum, & aliarum alienationum de rebus feudalibus, & emphy-*

emphyteoticarijs, quæ pro eis tenentur.

63 *Notarij recipientes instrumenta tenentur partibus legere, ne eisdem fides detrahatur.*

64 *Testi asserenti, aliter se præstitisse testimoniũ, quam a notario scriptum fuit, in ciuilibus non creditur, in criminalibus vero ex iurata testis assertione, fides notarij vacillat.*

65 *Notarius non debet conficere instrumentum: nisi de his, quæ sensu corporis percepit, & refertur exemplum, aliter incurrit in pœnam falsi, vt num. 66.*

67 *Notarius conficiens instrumentũ super re illicita, de falso punitur, sicut conficiens instrumentum falsum, vt num. 68.*

68 *Statutum imponens pœnam falcificanti instrumentum publicum, comprehendit falsificantem acta iudicialia.*

69 *Falsitas instrumenti per tres testes, & multas præsumptiones est probanda.*

---

1 QVONIAM Notarij, & Regentes scribanias curiarũ Regiarum tenentur similiter, sicut cæteri Officiales Regij, stare syndicatui: vt notant Crauit. super ritu 295. num. 19. & nostras Mier. part. 1. cap. 8. coll. 5. fol. mihi 109. & c. 3. coll. 6. fol. 126. & comprobatur per Const. 14. & 15. sub tit. de Offici de Iutges de taula, & in capit. 5.
2 curiæ curiarum anni 1599. Verũ quia inter notarios omnium primus est Prothonotarius: vt dicit Mastril. in tracta. de Magistrat. lib. 5. cap. 12. num. 17. & post, eum scribæ Regij archiui, scribæ mandati, regestri, racionis, petitionerij, & successiuè alij Notarij, & scribæ caussarum, ideo de singulis in hoc capite dicemus, describendo casus in facto magis contingentes, in quibus in visita querelari, poterunt.

3 Primo igitur Prothonotarius, & scribæ mandati, qui in eius locum fuerint electi, tenentur, antequam officio Prothonotariatus vtantur, præstare sacramentum, & homagium, quod non expedient, nec sigillabunt scienter aliquã cartam, literam, vel rescriptum, de iustitia, vel quæ tangeret interesse partis deducibile in iudicio: quin prius fuerit signata manu Cancellarij, Vicecancellarij, vel Regentis Cancellariam, secus acta sunt nullius efficaciæ, & valoris, vt habetur in Constitu. 1. Regis Martini incip. Vostre Prothonotari, tit. de Offici de Prothonotari, Secretaris, y Scriuans de Manamẽt. pag. 93. & ibi Mier. par. 2. cap. 4. coll. 8. fol. mihi 69. idem est dispositum in Const. 5. Regis Ferdinandi 2. incip. Mes statuim dicto titul. pag. 96. & in Const. 2. incip. Alguns Secretaris, Regis Martini pagin. 95. sub.
4 dict. tit. Vbi imponitur Secretarijs domini Regis, & scribis mandati, qui sigillauerint, seu expedient literas, cartas & rescripta iustitiæ, quæ tangerent interesse partis in iudicium deducibile pœna infamiæ, & priuationis officij, sine spe recuperandi, quæ constitutio quandoque malè seruatur dicit Mier. d. par. 2. cap. 5. coll. 8. fol. mihi 69. In eademq. pœna incurrunt ipsi scribæ mandati tenẽtes sigillum secretum Regiũ, si cum illo sigillarent, seu permisserint sigillari,

sigillari, dictas literas iustitiæ, vt habe-
tur in Const. vnica tit. de Offici de Ca-
marlench.pag.94.

5 Secundo, sub pæna priuationis, &
quietationis vestitus, & gratiæ vnius
anni imponitur Prothonotario, & eius
Locumtenenti, Secretario, & alijs scri-
bis, qui impediti ex infirmitate, seu ab-
sentia non dimisserint scripturas, &
acta alicui alio scriptori Cathalano, qui
actu curiam non sequitur, iuxt. Const.
3.incip. Tollents lo abus, dicto tit. de Of-
fici de Prothonotari, pagin. 96. & ibi,
Mier.part.2.coll. 10.fol.mihi 18.

6 Et similiter scriba Regij archiui ci-
uitatis Barcinonæ, tenetur congrua sa-
tisfactione præmissa ostendere, & tra-
dere cuicunque petenti, omnia & quæ-
cunq. instrumenta interesse partis tan-
7 gentia absq. iussu Superioris. Intrumenta
vero, quæ tangerent seu respicerent in-
teresse Regiæ curiæ ostendere, nec tra-
dere possunt, nec debet, nisi præcedente
prius mandato domini, Regis eiusue
Primogeniti, aut Locumtenentis gene-
ralis, vel vices gerentis generalis Gu-
bernatoris, vt in const. 2. incip. Volem,
Regis Ferdinandi 2. tit. de Mostrar y
exhibir cartas pag.174.

8 Tertio, pæna etiam inhabilatis of-
ficij, & mille florenorum imponitur,
contra Prothonotarium, & eius Locū-
tenentem, seu Regētem eius officium,
Secretarios, & scribas mandati, & re-
gestri, qui in expeditione priuilegium,
cartarum, prouisionum, & literarum
exegerint pro appositione mandati,
regestri, & iure sigilli, plusquam per
Constitutiones Cathaloniæ est disposi-
tū iux. Const. 4. Regis Ioannis 2. sub d.
tit. de Offici de Prothonotari pag.96.

9 Quarto similiter, quādo scribæ man-
dati recipiunt aliquid indebitum per
Constitutiones Cathaloniæ, pro quali-
bet vice, quod indebitè receperint, in-
cidunt in pænam, quod receptum resti-
tuant cum duplo, & priuentur per Pro
thonotarium, seu eius Locumtenentē,
exercitio officij, & quitatione per vnā
septimam iuxt. Const. 5. Reginæ Ma-
tiæ sub. dict. tit. de Dret de Sagell, pag.
68. Quam Constitutionem ipse Protho-
notarius, Locumtenens, seu Regens te-
nentur, in introitu officij, præstare sa-
cramentum, & homagium de seruan-
do illam ad literam, quam ita præcissè,
adstringitur obseruari, vt non liceat eis
per interpositam personam contrariū
attentari: etiā si dominus Rex id man-
daret, vt sic legitur in fine dictæ Con-
stitutionis, & ibi, not. Mier. part. 3. cap.
11. numer. 21. & seqq. collat. 10. fol. mi-
hi 16.

10 Quinto. scribę Cācellarię, & qui habēt
sigilla Regia tenentur facere continuā
residentiam, in dicta Cancellaria, scili-
cet manè ab hora octaua, vsq. ad deci-
mam, & post prandium ab hora tertia,
vsq. ad quintam: quibus horis debent
registrare, & sigillare prouisiones, quę
peruenient in dicta Cancellaria iuxt.
Const. 13. incip. Perque les parts, tit. de
Offici de Prothonotari, pag.98.

11 Sexto, tenentur quoq. scribæ man-
dati, quotiescunq. fuerint requisiti, per
quasuis personas publicas, seu priuatas,
præsentare quascunq. suplicationes, re-
quisitiones, acta, seu scripturas, exceptis
Apostolicis in causis profanis, & inter
laycos, Dño Locūten. Generali, Can-
cellario, Vicecancellario, Regenti Can
cellariam, Doctoribus Regiæ Audien-
tiæ dummodo fiant debita cum reue-
rentia, sub pena inhabilitatis officiorū,
12 in qua ipso facto incurrant, & ex cau-
sa dictarum præsentationum, non pos-
sunt impediri, vexari, molestari, nec
malè tractari, per Regios Officiales sub
pænis inpositis cōtra violatores Consti
tutionum Cathaloniæ. Et nihilominus
tenentur dicti scribæ mandati testificā
re dicta instrumenta, & illa partibus
tradere satisfacti, in eorum salario con
decenti iux. Const. 11. Caroli Impera.
Incip Statuim, y ordenam, d. tit. de Of-
fici de Prothonotari pag.97.

Septimo.

est prohibitũ,qui facit contra prohibitionem legis, pœna arbitraria puniri potest.

25 Quanto magis, quod Prothonotarius,eiusue Locũtenens, & scribæ mandati,& regestri vti Regij Officiales, & ministri domini Regis, quorum officium magnæ auctoritatis, & fiduciæ est:cum interueniant, in rebus grauibus, & ponderosis, quæ in Regia Audientia tractantur,& ex eo peculiarem notitiam sacrorum scriniorum dicantur habere,vt in l.Proximos,C.de Proxim.sacr.scrin. lib,12.& l.fi.C. de Decurio.lib. 10. Lucas de Penna.in rubr, de silentiarijs lib.12.Boer.in tract. de ordine grad. 2.p.num,51. Chasanc. in cath.glo.mundi 7.part.consider.16. in princip.versic.& licet ab ordine, & ad

26 ipsos pertineatDomino Proregi, Cancellario,& Regenti Regiam Cancellariã referre omnes supplicationes partium,easq.decretare,& in actis describere, & registrari facere, vt probat Mastril.in tract.de Magistr.libr.5.cap.

27 12.num. 22. Et propterea dignitatem obtinere dicantur,ex text.in l. 1. C. de Mand.Princip.Bart.& Bald. in l.Vniuersos, C. de Decurio. libr. 10. Paz.in pract.annotat.vltima.tit. de Tabellio-

28 ni. num.4.Ideo tanto magis obnoxij, & adstricti sunt ad obseruantiã supradictarum,& aliarum Constitutionum Cathaloniæ. Et sic eisdem specialiter est imposita pœna mille morabatinorum Aurei, & Regiæ indignitationis, iuxt. Constit.7.incip.Vos Señor,tit.de Obseruar Constitucions, pag. 46. ac etiam quoties constitutionibus Cathaloniæ contrafecerint,incidunt,in pœnã priuationis,& inhabilitatis suorum officiorum.Quia de obseruandis vsaticis Barcinonæ,constitutionibus Cathaloniæ,& capitulis curiatum,præstant sacramentum,& homagium, sub incursu dictæ pœnæ, pro vt sic legitur in Constitu.6.incip. Ordenam,tit.de Offici de Prothonotari pag.96.

29 Decimo tertio,hinc cum in Cathalonia Regij scribæ mandati soleant interesse in votádis causis,& iurare,quod habebunt, sub secreto vota Doctorum Regiæ Audientiæ, quod pariter obseruare tenentur in alijs Audientijs Gubernatoris,& Vices gerentis Gubernatoris in Principatu Cathaloniæ,& Comittatuum Rossilionis, & Ceritaniæ, iuxt. Constitutio.4.Regis Ferdinandi 2.incip.Encara mes, sub tit.de Electio dels Doctors de la Audiencia, pag.77. inde ex eo fit,quod vbi vota reuelauerint in visita merito puniri poterunt. Etenim licet dicta constitutio pœnam certam non imponat: est tamen vtiq. certum vota reuelantes falsi pœna puniri debere: si quidem quoties notarius sciens votum Iudicis illud reuelat pœna falsi punitur, dicit Farina.q. 111.art. 12.num.285.Bellug.in Specul.Princip. rubr.10.numer. 5. & ibi additio. Borrell.in litera A. vbi, quod reuelantes secreta Principis, vel consilij Regij pœna capitis plectuntur, Bouadil.libr. 2.cap.5.num.27.vbi ex lege Regis Alphonsi est imposita pœna mortis:nam qui talia secreta reuelat, proditor dicitur,voluit Petr. Anchatr. in clem.1 §. quia verò,de statu monacho.& in cap. si peccauerit 2.q.1.ac etiam est periur°. vt dixit Bald. in l.nullum col.2. C. de Testib.quibus accedit illud,quod legitur,Ecclesi.c.27.ibi. *Denudare Amici misteria desperatio est animæ infælicis,* Caue igitur cui secretum dixeris iuxt. illud.Plinij.*Ita amicos habeas fieri, vt posse inimicos putes.*

30 Decimo quarto Notarij Regij, & causarum scribæ tenẽtur, processus, & fideliter scribere:sine fraude,vel errore vt in l.Si librarius,ff.de Reg.iur. in illisq.debent ponere annũ, mensem, & diem,vt in Auth.vt nomen Imp. propo.§.1.& 2.& in Auth.quib.mod. efficiant legit.§.& in maioribus coll. 6.& in l.1. C. de Apoch. publ.lib.10.& debent

bent esse bene ordinati, adeo quod Iudex, qui nõ facit scribi acta per ordinẽ punitur de negligentia pæna arbitraria, dicit Bald. in cap. quoniam contra, nu.25. de probatio. quod dicit esse notandum per illum textum. Hinc in
31 nostro Cathaloniæ Pricipatu statutum est, per Consti.11. Regis Philip. sub tit. de Salaris de scripturas, pag. 296. quod processus fieri debeat in forma integri folij & quod in qualibet pagina contineantur triginta lineæ, & in qualibet linea, octo dictiones, seu verba, & quod ita pro quolibet folio originalis processus duas continente paginas, & sexaginta lineas, cum octo dictionibus, vel verbis in qualibet ex dictis lineis soluatur notario processus, vnum regale sub pæna amissionis salarij illius folij, in quo deficerent lineæ, & dictiones in dicta constitutione expressæ.

32 Decimo quinto, pro ipsorũ processuum faciliori expeditione, & clariori cognitione iurium partium litigantiũ, tenentur Notarij in Cathalonia acta, & instrumenta, quæ per partes producuntur: ita in processu inseri, seu consui, vt ea quæ sunt Actoris ad partem, & consecutiuè poni, & ea, quæ sunt Rei, etiam ad partem inseri, & consui, vt habetur in Const.2. incip. Mes statuim, y ordenam, tit. de Productas de actas, pagin.239. Vnde Notarij, processus aliter conficientes, tanquam violatores dictarum constitutionum, in visita puniri, & syndicari possunt.

33 Decimo sexto, tenentur, quoque obseruare ne interrogatoria, quæ ab vna parte receperint, alteri contrariæ communicent, nisi postquam testes publicati fuerint, aliter de violatione Constit. 10. incip. Mes auant statuim, pag.234. quę prædicta obseruari mandat in syndicatu, seu visita tenerentur.

34 Decimo octauo, quia probationibus factis, & instrumentis productis solent partes petere communicationem processus, ideo in Cathalonia dictis Notarijs iniũgitur, ne liceat eis pro illius cõmunicatione, & suo pedagio exigere à parte dictam communicationem petente, quamuis diues sit, vltra duo regalia, & à pauperibus vltra vnum, sub pæna amissionis, nõ solum salarij processus: verum etiam, & ipsiusmet processus, & hoc in ciuilibus causis procedit, iuxt. Const.2. incip. Per la bona administracio. tit. de Comunicacio de processos, pag.245.

35 Decimo nono, in causis vero criminalibus: vbi Reus petit scribæ causæ copiam inquisitionis, sibi dari tenetur ipse scriba causę ei dictam copiam dare, congrua tamen satisfactione præmissa, & hoc siue Reus pauper, siue diues sit, at si dictus reus nolit dictam copiam, sed tantum processum communicari, debet tunc in dicto casu idem notarius dictum processum communicare, receptis tantum per eum duobus regalijs, pro dicta communicatione sub pæna amissionis sui salarij, pro vt hæc omnia probantur in Const.5. incip. De sijant, dict. tit. de Comunicacio de processos, pagin.246. & in Constitution. 56. curiarum anni 1599. vbi Notarijs cõtrafacientibus pæna decem librarum, & priuationis offici imponitur in Constitut. 4. eiusdem tituli vbi à pauperibus pro communicatione inquisitionis aliquid exegerint, quia ab eis quicquam pro dicta communicatione recipere non possunt, quod etiã probatur per Const.1. dict. tit. de Commu. de procel. pag.244. & per dictã Const. 56. curiæ anni 1599.

36 Vigesimo, similiter in fauorem pauperum carceratorum statutum est in Cathalonia, quod publicata illis inquisitione, & facta prouisione, seu iussione scribæ causæ, quod dictam inquisitionem alteri ex pauperum Aduocatis, seu alteri eorũ cõmunicare, tenetur dictus scriba causæ, illa eadem die, dictæ iussioni parere sub irremissibili pæna duodecim librarum monetæ Barcinonæ

cinonæ pro qualibet vice, piæ pauperum Eleemosynæ applicandarum, vt probatur in Const.6.incip. Statuim y ordenam dict.titu.de Comunicacio de processos pag.246.

37 Vigesimo primo, Notarij causarũ criminalium tenentur, diligenter, & fideliter custodire inquisitiones, & processus criminales ad effectũ illas ostendendi Visitatoribus, & Iudicibus tabulæ tempore visitæ, seu syndicatus, sub pœna, quod si tunc ipsos processus non inuenerint, puniantur, & priuentur imperpetuum officio notariatus, & scribaniæ iuxt. Constitut.3. incip.Nos, ò, Officials nostres. in fine titul. de Injurias y danys donats, pagin. 487. & ibi Mier. part. 1. capit.9. collat. 4. numer. 10. fol.mihi 43. vbi ex dicta

38 Constitutione infert, quod notarius finito negocio est Custos processum, & quod dum causa ventillatur debent esse processus apud Iudicem, allegat text.in capit.bonæ, extra deprobatio. & alia iura. Quibus addi potest, quod vltra dictas pænas tenetur notarius, qui perdiderit, seu amiserit processum ciuilem, aut criminalem, ad interesse partis, nisi amissionis iustam causam legitimè probauerit, vt dicit Mascardus alios referens deprobatio. concl. 1230. num.23.

39 Vigesimo secundo, pro faciliori expeditione causarum tenentur scribæ illarum, completo iam processu, & illo denuntiato, antequam illum Relatori causæ deferant, & absq.aliqua partium requisitione, componere memoriale omnium instrumentorum, in processu productorum, & in eo describere, etiã nomina testiũ, qui in dicta causa testimonium præbuerunt, & dictum memoriale consui, in facie processus, & partibus ostendere, sub pæna amissionis salarij dicti processus, de quo labore arbitrio Relatoris cuius conscientia oneratur, cõpetenter eosdem notarios satisfieri, vt hæc omnia probantur in Const.1.2.3.& 4.tit.de Memorials de processos, p.246. quas cõstitutiones non video hodie obseruari, & forsan quia aduocati dicta memorialia in facto, & in iure cõponunt, & typis mandantur.

40 Vigesimo tertio, tenentur etiam Notarij deferre Relatori, seu Iudici, processum postquam per eundem prouisum fuerit, infra dies tres, sub pæna amissionis salarij, & vbi Iudex bis iusserit processum sibi deferri, si notarius negligens fuerit, remouendus est, a tali causa, cuius processus alteri notario dari debet iux. Consti. 10. incip. Per quãt, tit.de Notaris.pag.302.

41 Vigesimo quarto, Notarij Cancellarij, & Regentis Regiam Cancellariã tenentur, residere in aula Regia Barcinonæ, in eisdem horis, quibus cæteri Notarij causarũ ciuiliũ in dict.Regia Audientia resident, & in ea quilibet ex illis debet habere vnum operatorium, seu tabulam, vt sic facilius à litigantibus inueniri valeant, pro habendis copijs causarum, aut pro alijs rebus ad dictas causas tangentibus iux. Const.46. curiarum anni 1599.fol.16.

42 Vigesimo quinto, notarius causarum contentionum postquam dictæ causę declaratæ fuerint, per dominum Cancellarium tenetur, in cõtinenti restituere processus, & acta originalia, quæ eidem pro declaratione causæ contentionis fuerunt tradita, absq.eo, quod valeat, nec possit, aliqua ratione, nec causa exigere salarium copiæ, nec custodiæ sub pæna priuationis officij iuxta Constitution. 47.cur.anni 1599. fol.16.

43 Vigesimo sexto, Notarij causarum Regiæ Audientiæ tenentur residentiã facere in aula magna palatij Regij Barcinonæ, & alibi non possunt habere scribanias, nec operatoria sub pæna priuationis officij scribaniæ di ctorũ processũ de toto tẽpore eorum vitæ, iuxt.

constitut. 19. incip. Perque tit. de Notaris, pag. 305. & const. 6. incip. Mes statuim tit. de Audiencia, y consell Real pag. 73.

44 Vigesimo septimo, similiter non possunt dicti Notarij scribere in Regia Audientia, nisi dumtaxat, pro vnico scriba mandati, & pro eo causas deferre sub pæna priuationis, quod à cætero non valeat, nec possit amplius scribere in eadem Regia Audientia, iuxt. const. 20. incip. Per remoure, dicto tit. de Notaris pag. 305.

45 Vigesimo octauo, prohibitum est ipsis Notarijs, quod nullus, qui non fuerit de collegio Notariorum Regiorũ possit scribere in Regia Audientia Cathaloniæ, nec in ciuili, nec in criminali. Nec etiam licet eis directè vel indirectè mutuare, nec præstare nomen suum alteri Notario non collegiato sub pæna priuationis officij, & exercitij iuxt. constit. 21. curiarum anni 1599.

46 Vigesimo nono, nec etiam Notarij causarum criminaliũ recipere possunt aliquod ius, seu salarium ex oblatis, quæ fiunt per Iudices in supplicationibus per carceratos dictis Iudicibus præsentatis, sub pæna pro prima, & secunda vice decem librarum, & tertia priuationis officij, aut alia arbitrio Visitatoris imponenda iuxt. constitution. 6. incip. Mes auant, curiarum anni 1599.

47 Trigesimo Notarij causarum criminalium postquam fuerint requisiti tenentur recipere testes per carceratos in eorum defensionem ministratos, & ex illorum depositionibus non possunt exhigere, nisi vnum regale, vel saltim duo, vel tres, quando depositio testis fuerit longa, cuius cognitio arbitrio Iudicis relinquitur; nec ratione pedagij, aut alterius laboris non valent, nec possunt, aliquid minimum, vltra iustum salarium recipere, nec pro copia processuum dictorum carceratorum non possunt ab illis exhigere, nisi decem, & octo denarios pro quolibet folio, exceptis pauperibus, & miserabilibus carceratis, à quibus nihil exhigere possunt sub pæna, quod secus agentes incidant pro prima, & secunda vice in pænam decem librarum, & tertia priuationis officij irremissibiliter iuxt. constitut. 7. incip. Statuim, y ordenam, curiæ Barcinone curiarum anni 1599.

48 Trigesimo primo, dicti Notarij seu scribæ causarum criminalium tenentur dicta, & attestationes testium scribere, & continuare, siue tendant, ad offensam, siue ad defensam sub pæna falsi, & priuationis officij, iuxt. capit. 15. curiæ, curiarum anni 1599. sed non possunt testes recipere in criminalibus nisi fuerint cogniti per Iudicẽ, vel per aliquem hominem bonæ famæ, & opinionis, vt habetur in cap. 13 curiæ curiarum anni 1599.

49 Trigesimo secundo Notarij Regij exeuntes extra ciuitatem, in qua degũt, pro aliqua exequutione, vel alio exercitio non possunt exhigere pro qualibet dieta: nisi viginti quatuor solidos aliàs in syndicatu tenerentur, vltra taxam exigentes, iux. dict. cap. 13. curiar. 1599. Etenim antea solum decem solidos recipiebant, vt in constit. 7. incip. Per quant los salaris, sub tit. de salaris de dietas, pagin. 297. Et super his

50 est etiam animaduertendum, quod vbi dicti Notarij mittuntur ad faciendum plures exequtiones non possunt recipere, nisi vnam dietam, licet in vna die plurimorum negotia fecerint, iuxt. const. 3. incip. Per reppellir, dict. tit. de salaris de dietas: Mier. part. 1. cap. 31. nu. 6. collat. 4. fol. mihi 101. vbi dicit, quod non licet notario recipere, nec habere, nisi vnum salarium pro quolibet die, licet in pluribus locis, & cõtra multos accesserit: ex eo quia vltra salariũ labo-

laborum itineris cōsueuerunt Notarij, & scriptores exigere solita salaria scripturarum, & instrumentorum, & vt in illis non excederent metas rationis, & alibi idem Mier. eadem par. 1. capi. 27. collat. 5. fol. mihi 119. subdit, quod notarius, qui vadit extra locum domicilij, licet eadem die fuerit, in multis locis, & cōtra multos, nequid vltra vnicum salarium habere, & ibi inuehit contra notarios, qui eadem die in pluribus locis faciunt plures executiones, pignorationes, & inuentaria, & de qualibet volunt habere integrum salariū, non animaduertentes, quod labor, & pecunia diuisionem recipiunt, ex text. in l. Sceio amico, ff. de Annuis legat. & sic concludit, quod debent esse contenti vnico salario dietæ inter omnes, & de alijs recipere tantum scripturas, vel illud, quod domi essent recepturi iuxt. not. in capit. præteritæ de electio. Hæc ille, sed quia hodie omnes res, quæ hominum victui inseruiunt, carius æstimantur, & venduntur, quā antea vendi solebant, video sub hoc prætextu prædicta male obseruari.

51 Trigesimo tertio, tenentur etiam, quoties salaria vltra taxam Constitutionum receperint, nam in Cathalonia notarij violantes, & excedentes taxationes salariorum incidunt in pœnam infamiæ, & priuationis officij, vt habetur in Constit. 1. & 2. titul. de Salaris de scripturas iudicials, pagin. 292. & ibi hoc notat Mier. part. 2. cap. 19. numer. 6. coll. 6. fol. mihi 39. & cap. 21. fol. 41. & col. 4. coll. 9. fol. mihi 79. Nec non etiam incurrunt in pœnam vigintiquinq. librarum, vbi excesserint, taxam descriptam in tabulis quæ publicè pendent, & pendere debent, in aulis domorum, dominorum Cancellarij, & Regentis Regiam Cancellariam, & in domibus Ciuitatum, & locorum huius Principatus, & Comitatuum, vt sic legitur in constitutio. 8. incip. Mes auant, & const. 10. incip. Per Refrenar, dict. titul. de Salaris de scrip. iudicials, pag. 294. & 295. & in Const. 7. titul. de Despeses de plets, incip. Statuim, pag. 415. Ac demum incidunt in pœnam restitutionis dupli, quod vltra taxam receptum fuerit, & priuationis officij, vt in Const. 21. incip. Per prouehir, tit. de Cosas prohibidas, pag. 161. Quare dictos notarios rogatos esse velim, vt abstineant se ab excessu salariorum, quia præterquam vltra taxam recipientes, ad dictas pœnas tenentur, ex alio mortaliter peccant, vt not. Soto de Iustitia & iure lib. 1. quæstion. 6. artic. 1. Couarrub. in regu. peccatum 2. part. §. 3. numer. 2. Bouadill. lib. 3. capit. 14. num. 38. Et apud nos adeo detestantur,

52 isti excessus, qui per notarios committuntur, in receptione salariorum vltra taxam, quod præcipitur syndicatoribus, & Iudicibus tabulæ, quatenus de dictis excessibus in introitu suorum officiorum propria auctoritate inquirant, & eos puniant, & de illis inquirendis, & puniendis teneantur specialiter præstare sacramentum & homagium, pro vt de singulis alijs rebus, vt videre est, in dict. Constitutio. 8. incip. Mes auant, dict. titul. de Salaris de scrip

53 turas iudicials, pag. 294. Ac insuper etiam statutum est, quod dicti Notarij de quantitatibus per eos receptis, sicut cæteri alij Officiales teneantur sub pœna priuationis officij, & restitutionis dupli firmare apocham, & chirographa, designando in illis quantitates receptas, rationes, & causas, ex quibus illas receperunt: vt sic innotescat, quantum eis solutum fuerit, & an excesserint taxas salariorum præfinitas per generales Constitutiones Cathaloniæ, vt probatur in d. Constitution. 21. incip. Per prouehir, tit. de Cosas prohibidas als officials, p. 161. quinimo, & pro his statutum fuit in Constitutio. 22. incip. Per excusar, p. 306. quod Notarij, qui in Regia Audiētia scribunt teneātur desferre librū

vbi describant, omnes quantitates per eos à partibus receptas, ratione processuum, & instrumentorum, designando earũ nomina, & cognomina, diẽ, & causas, propter quas quátitates prædictas receperunt: ac etiam teneantur, dictis partibus conficere chirographa, de quantitatibus receptis, vbi ea petierint, sub pœna, quod à cætero non valeant nec possint, in dicta Regia Audientia amplius scribere.

54 Et adeo prædicta extendũtur, quod scilicet Notarij non debent, salarium vltra taxam recipere, quod si receperint, etiam à volentibus sponte eis dare incidunt in dictas pænas secundum Paris. de Put. de synd. verbo. Cõsiliarij Officiales, fol. 194. & in verbo. Poculẽta, cap. 2. in princip. Auenda. in cap. 2. Prætor. nu. 10. ad finem versicul. etiam si sponte, Auiles in cap. 1. Prætor. verb. Ni lleuaran num. 3. & 4. Paz. in pract. in annotat. fin. de Tabellione, numer. 24. fol. mihi 19. Ripa de Peste titul. de Remedijs præterua. num. 113. Bonifac. in Peregrin. verbo. Tabellio. fol. 497. Gio Solidos, col. 1. Platea. in l. In sacris. §. modum, numer. 1. & 2. C. de Proxim. sacror. scrin. lib. 12. Quod maxime procedit, quando prohibitio dirigitur parti recipienti: nam tunc vtiq. vltra iustum debitum, etiam à sponte soluente recipere possũnt, citra onus restitutionis. Secundum Couarrub. in regul. peccatum 2. part. §. 3. numer. 2. Nauarr. In manuali c. 25. n. 54. versic. etiam si sponte aliquid vltra præstetur, Greg. Lopez in l. 15. tit. 16. part. 3. verb. Dezimos, & latissimo sermone Auil. in c. 1. Prætor. In verbo. Ni lleuaran, fol. mihi 51. Sed hic in nostris Constitutionibus prohibetur notarijs, salarium vltra taxã præfinitam, per dictas Constitutiones accipere; ergo à sponte soluente non poterunt plusquam in dictis taxis, & Constitutionibus continentur, recipere.

55 Verum circumspectus visitator, vbi casus occurrerit, plurimum attendere debet, animum donantis, quia vbi liberalissime, & omni perhorrescentia officij remota constiterit, aliquid modicum, & honestum, fuisse datum, voluntarie, & sponte, tali casu crederem non esse omnino prohibitum recipere, maximè cum ex parte accipientis constaret, non fuisse aliquid petitum, ex vulgata iur. regula, de qua in l. 1. §. Proinde, ff. de Varijs, & extraordinarijs cognit. glos. in l. a. circa finem in verb. Sed præstari, ff. de Orig. iur. disponente, quod multa honestè capiuntur, quæ inhonestè petuntur, quia nihil omnino recipere, maximè cum id, quod recipitur modicum, est inhumanum videtur.

56 Trigesimo quarto, Notarij, & scriptores curiarum Regiarũ, qui per vim corruptionẽ, & aliàs indebitè aliquid exegerint, totum id parti in duplũ restituere compellũtur, ad quod possunt per bonũ, & personarum districtionẽ, & per alia iuris remedia compelli, iuxt. Const. 2. incip. Part aço, titul. de Aduocats y Procuradors fiscals, pag. 106. & ibi, Mier. par. 1. c. 18. coll. 6. fol. mihi 176.

57 Trigesimo quinto, Notarij, & scriptores publici requisiti, & in suo competenti salario satisfacti tenentur, coram quacũq. persona præsentare quascunq. requisitiones, ac etiam quæcunq. instrumenta conficere, dummodo, non sint in præiudicium generalitatis Cathaloniæ, sub pæna priuationis officij, & debent, spectare protestatũ, per duos dies, & non vltra, quibus durantibus non possunt interim tradere, nec claudere instrumenta protestationum sub dicta pæna iux. Const. 1. incip. Quiscun Notari, sub tit. de Notaris, y scriuans, pag. 300. & ibi Mier. p. 1. cap. 19. coll. 4.

58 num. 1. & 8. fol. mihi 62. & facit, quod notant Bart. in l. 1. C. de Tabellio. libr. 10. & Plat. in rub. illius tituli, Auiles in cap. 39. Prætor. nume. 3. & cap. 17. nu.

21.Paz. in practic. in annotatione vltim.de Tabellione, num.19. vbi, quod tenentur, ad requisitionem partium conscribere, quæcunque instrumenta, & quod ad id inuiti per Iudicem compelli possunt, adeo quod si Iudicis mandato non obtemperauerint officio priuandi sunt, secundum Bald. in l. Prouidendum, C. de Postulat. Roman. singul.359. Siluester in summa in verbo. Tabellio.q.2.in fine.

Trigesimo sexto, eisdem Notarijs
59 & alijs quibuscunq. scribis prohibitum est, & iniunctum sub pœna perpetui exilij, omni remissione sublata, nec non & centum librarum, & inhabilitatis officiorum, & beneficiorum, quatenus non valeant, nec possint, conficere instrumenta de prouisionibus, aut literis Apostolicijs factis extra Regnum de possessionibus dignitatum, & beneficiorum in Principatu Cathaloniæ institutorum, in fauorem cuiusuis personæ extraneæ, quæ verè, & absq. aliqua dispensatione, habilitatione, & fictione, non fuerit nata in dicto Principatu iux. Constitutio.9. incip. Per quant, tit. Que los estrangers no pugan obtenir officis, pagin.25. Vbi etiam idem repe-
60 ritur dispositum, in pentionibus, quæ super dictis beneficijs reseruantur. Et eadem pœna perpetui exilij puniuntur Notarij Ecclesiastici, qui dicta instrumenta confecerint, qui possunt per Regios Officiales capi, & ad carceres Episcopales duci, eodem modo, quo capiuntur clerici coniugati, pro debito scripturæ tertij firmatæ in curia Vicarij Barcinone donech instrumēta, & aprisias restituerint, & damna ac interesse, satisfecerint, vltra dictam pœnam in qua inciderit, iux. Const.10. eiusdē tituli pag.26. Similisque pœna est imposita Notariis Regijs Apostolicis, qui prædictis contrafecerint, ac sunt priuandi officio notariatus, vt ibi in dicta Constitutione est videre pag.27. colum. 1. circa med.

61 Trigesimo septimo, tenentur etiam Notarij registrum, seu protocolum habere omnium instrumentorum, & actorum iudicialium, & extraiudicialium, & illud secum retinere, nec partibus concedere, nisi ex Iudicis præcepto: iux ta tex. in auth. de Tabellio § fin. Auiles in capit. Prætor.36.nu.1.& fin. Couarrub. in pract.qq.cap.19.nu.1. cum duobus seq. adeo, quod notarius, qui protocollum tradit partibus, & illud secum non retinet, mortaliter peccat, quia incurrit periurium contrauenies præstito iuramento de eo retinendo. Secundum Nauar. in manuali cap.25. num.52. Paz. in pract. annotatione vltima de Tabellione n.28.& 29. fol. mihi
62 19. In Cathalonia vero Notarij debent sine dificultate exhibere dominis directis instrumenta venditionū, & aliarū alienationum de rebus feudalibus, vel emphyteoticarijs, quæ pro eis tenentur vt in Const.1.tit. de Monstrar y exhibir escritas, pag.174.& ibi Mier. pat.1.c. 15. coll.6. fol. mihi 133.

63 Trigesimo octauo, tenentur Notarij cum receperint instrumenta ea legere, & recitare partibus, ne alias eisdem fides debita detrahatur, & ne ex eo querelentur pro vt magis communiter receptum firmat Couarrub. in
64 cap. relatum 1. num.11. de Testa. Et quia in facto sæpius ocurrit, super his, aduerte, quod testi asserenti aliter se præstitisse testimonium, quam à notario scriptum fuit, non est credendum in causis ciuilibus: sed potius notario adhibenda est fides, pro quo præsumitur, vt eum pluribus resoluit idem Couarrub. lib. 2. variar. cap.13. n.19. In causis vero criminalibus ex iurata testis assertione fides Notarij vacillabit, arg. tex. in l. fin. C. de Probatio. vide. Iul. Clar. § Falsum, n.15.& in § fin. quæstion.53. num.17 Bouad. lib. 3. cap.14. num.16. cum sequent. vbi bene distinguit, & declarat, an notarius pro his de falso puniri possit.

65 Trigesimo nono, ex prædictis infertur, quod non debet notarius conficere instrumentum, nisi de his quę sensu corporis percepit. Secundum Bar. & DD. in Aut. si quis in aliquo circa finē, C. de Edend. Curt. Iun. in l. Singularia post n. 16. ff. de Reb. cred. & si cert. peta. Et proinde omnino cauere debet, ne quādo instrumentū cōficiat, aliquid in eo apponat, quod verū non sit, quia falsi pœna teneretur, sicuti si in instrumento mutui apposuerit verbum numerauit: cum tñ tēpore celebrati contractus, nulla pecunia fuerit numerata. Nam tunc de falso puniri debet, secundum glo. in l. Si ex cautione in glo magna. C. de Non numer. pecunia. Quam sequuntur omnes, vt dicit Alex. in l. Prædia, num. 4. ff. de Acquir. poss. hanc etiā dicunt esse cōmunem opinionem scribētes in d. l. Singularia & in specie Ias. ibidem n. 48. qui dicit, quod totus mundus eam sequitur & decis. n. 33.

66 Quadragesimo, sic etiam si notarius scripserit in instrumēto, rogauit Titius, spopōdit Mæuius, & probetur, quod tēpore confecti instrumenti Titius erat absens: proculdubio incidit in pœnā falsi. Ita sentit. Bar. in l. Iurisgentiū. §. quod fere, ff. de pact. quem sequuntur communiter DD. vt attestatur Ripa in l. 1. in princi. n. 3. ff. de verb. oblig. licet enim quis possit interrogare, & alius respōdere, ex interuallo tñ cum in instrumēto apponatur locus, & tempus præcissum, non debet notarius, vt dixi ponere in instrumento, nisi ea quæ percipit sensu corporis tēpore confecti instrumenti, alias incidit in crimen falsi, & in visita seu syndicatu pro eo puniri posset.

67 Quadragesimo primo, sic pariter notarius cōficiens instrumentū super re illicita, extra casus à iure permissos incidit in pœnam falsi, secundum Bar. in l. 1. vers. Venio, C. de Petitio. bo. sub. lib. 10. cuius opinio ab omnibus approbatur, vt dicit Angel. de malef. in verbo. Falsario, n. 6. quē refert pract. Conrad. fol. 193. n. 9. in fi. & in syndicatu puniri poterit.

68 Quadragesimo secūdo, notarius conficiens instrumentū falsum punitur de falso, etiā quod probatum esset, omnia cōtenta in instrumento esse vera, de quo instrumento notarius non fuerat rogatus, Cassane. in cōsuet. Burg. fol. 1525. n. 16. & 17. & adeo falsum notarius cōmittens puniendus est, quod etsi falsitatem non compleuerit pœna ordinaria falsi tenetur. Secundū Luc. de Pen. in l. 1. nu. 8. C. Vt nemo ad suū patro. lib. 11. quē refert, & sequitur Vrsil. ad Afflict. in decis. 21. n. 3. Et quando notarius cōmittit instrumentum falsum immunitatis, tunc pœna ignis punitur, vt in l. 1. C. de Immu. nem. cōced. lib. 10. Rom. singul. 385. quem sequitur Angel. de Arim. in glo. Falsario, & in dictis locis habetur de scribente instrumentū simulatum, quod perdat manum, & de notario instrumentū occultāte, an cōmittat falsum, & qua pœna puniri debeat habetur per Boer. in decis. 292. & de puniendo notario de falso instrumento vide

69 etiam Paris. consil. 162. vol. 4. His adde, quod vbi statutum imponit pœnam falsificanti publicum instrumentum tale statutum habebit locum in falsificante acta iudicialia, vt est cōmunis opinio, de qua per Crot. consil. 151. n. 22. vol. 2. & ne obliuiscaris aduerte, quod dicit

70 Bal. consil. 403, nu. 1. vol. 5. Quod falsitas instrumenti per tres testes probari potest, & non per pauciores, & multas prę sumptiones ex quibus inducitur iusta suspitio falsitatis. de quibus per Mascard. in tract. de probatio. in conclus. 74. vol. 1.

(§.§.)

Cap.

CAPVT. XX.

DE COMMENTARIENSIBVS SEV CARCERATORVM CVSTODIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Commentariensis officium antiquissimum est.*

2 *Tarquinus superbus Rex fuit primus inuentor carcerum.*

3 *Pontifex Eugenius fuit etiam primus qui instituit carceres pro clericis.*

4 *Commentarienses tenentur bene tractare carceratos, & assignatur ratio num. 5.*

6 *Afflictis non est danda afflictio, & multo minus carceratis pauperibus num. 7.*

8 *Carcer est sepultura viuorum, consumptio bonorum, consolatio inimicorum, & experientia amicorum.*

9 *Carcerarij circa mansiones carceratorum, quid obseruare debent.*

10 *Carcerarij sunt obnoxij censuræ visitationis in Cathalonia.*

11 *Custos carceris si dolo, vel culpa sua, aut negligentia reus aufugiat, à carceribus, vel absque Iudicis mandato illum relaxat, tenetur eadem pœna, qua ipse reus erat subiturus, & traditur ratio num. 12.*

13 *Custos carceris non solum tenetur de fuga carcerati, qui erat captus pro causa criminali, verum etsi detinebatur pro debito ciuili, tenetur parti ad solutionem debiti, & ad omne interesse, vt num. 14. & assignatur ratio num. 15.*

16 *Custodes carcerum tenentur de omnibus extorsionibus, concussionibus compositionibus, & grauaminibus per eos pauperibus carceratis factis, quod & de iure Cathaloniæ procedit vt num. 17.*

18 *Consuetudo super solutione iuris carcellagij obseruanda est.*

19 *Carcerarius non potest exigere carcelagium à reis relaxatis sine culpa.*

20 *Carcerarius non potest pro locatione pannorum lectorum à carceratis exigere, nisi duos denarios pro qualibet die, & pro qualibet persona.*

21 *Lecta pauperum carceratorum non potest carcerarius alteri locare, nec mutuare sub pœna centum solidorum.*

22 *Carcerarij, & custodes carcerum, nec ipsorum familia non possunt aliquid recipere, etiam sub nomine doni gratiosi siue strenarum à carceratis exeuntibus à carceribus, nisi dumtaxat illud, quod de iure eis competit sub pœna priuationis officij, & centum flor eneorum.*

23 *Carcerarij tenentur edere, & exibere carceratos Aduocatis pauperum, vt cum eis alloqui valeant, pro ipsorum defensionibus faciendis sub pœna carceris.*

24 *Carcerarij tenentur nedum de lata culpa, verum, & de leuissima, & traditur ratio num 25.*

26 *Consilium datur carcerarijs optimũ, circa eius officium.*

---

1 OFFICIVM commentariensis antiquissimum est, legitur enim, quod
2 Tarquinus Rex superbus fuit primus innentor carcerum
secundum Alex. ab Alex. lib. 3. genieal. dierum, cap. 5. part. 2. Anil. in cap. 18.
3 Prætor glos. Prisiones, fol. mihi 183. Et qui pro Clericis primus carceres instituit fuit Summus Pontifex Eugenius Secundus, vt inquit Duraneus, de sacris
4 Ecclesiæ ministris lib. 1. cap. 4. in princ. Lucas autem de Penna in l. nemo carcerem C. de exacto. tribut. lib. 10. voluit quod carceres etiam ante fuerunt tempore Ioseph in Ægypto, ad commentarienses autem spectat bene tractare captos, dum ad carceres capti ducuntur,
5 etiam in carceribus. Nã datur officium, discretio nequaquam, ac ideo discretione vtentes debent illos cum humanitate quadam tractare, nec debent accusatoribus crudelitatẽ suam vẽdere precio, vel gratia affligendi carceratos fame, vel angustia, vel siti, vel longa tabe, vt in toto tit. C. de Custo. reor. vnde prædicta colliguntur nõ enim afflictis
6 est danda afflictio inquit text. in l. Naui.
7 st. ad leg. Rhod. de iact. & multo minus carceratis, quorum conditio miserrima & in fœlix est, & vbi pauperes sũt ærũnæ, & miseriæ eos assiduè præmũt infinitisq. miserijs continuo cruciantur; sola enim carceris mansio est mala dicit tex. in l. item apud § questionis ff. de iniur. adeò quod torturæ ęquiparatur secundum Bald. in l. si clericos col. 2. versic. primo, C. de Episcop. Aud. imò, & morti secundum eundem Bald. ibi; & Alex. consil. 133. nu. 2. & 10. vol. 6. hinc Farin. q. 24. n. 24. & q. 27. n. 3. dixit, quod carcer est sepultura viuorũ, consumptio bonorum, consolatio inimicorum, & experientia amicorum. Quare com-
9 mẽtarienses carcerum circa formã carcerationis obseruare debent, quo ad mãsiones, quod illi, qui minus delinquũt in meliorem carcerem, qui magis autem in istrictiorem custodiantur, & quod Nobiles seorsum à carceribus facinorosorum, & vilium personatum detineãtur, & masculi separati existant à mulieribus esumq. & potum fideliter carceratibus præstent, & sponte cõstitutos in loco honestiori iuxta consuetudinẽ detineant, vt per Marsil. in pract. in §. attingam. nu. 15. Angel. de malef. verb. Fama, num. 84. & Lancelot. de Præto-
10 re. cap. 19. lib. 1. de carceratione. Isti autem Commentarienses in Cathalonia tenentur stare syndicatui, & tabulam assecurare iuxt. const. 4. Regis Iacobi Secundi incip. Tot Veguer. tit. de Offici de Iutges de Taula pagin. 120. & ibi notat. Mier. part. 1. cap. 2. collat. 4. fol. mihi 54. Iurantque ideo constitutiones

nes, & illarum obseruationem, & ad id audiunt sententiā excommunicationis iuxta constit. 14. Regis Ferdinandi incip. Mes auant tit. de Custodia de presos p. 515. & vbi in officio delinquunt per Iudices tabulæ puniuntur, vt in const. 1. incip. ordena d. tit. de Custod. de presos ibi: *Que sian punits a coneguda dels dits tres Inquisidors*, dict. pag. 515. Quare vti obnoxij censuræ visitationis in ea visitari, & syndicari poterunt, inter alia de his, quæ sequuntur.

11 Et primum Custos carceris, si dolo vel culpa sua, aut negligentia, reus aufugiat à carceribus, vel si absque Iudicis mandato eum eximat, vel dimittat, tenetur eadem pœna, qua reus erat subitutus iuxt. text. in l. milites l. fi. ff. de Custod. reorum, l. ad Commentariensem C. eod. Afflict. in constit. Neapol. lib. 1. rubric. 88. Alphons. a Villadiego. lib. 7. tit. 4. gloss. legis 3. tit. de la guarda de los iusticiados pag. 355. Farin. quæst. 31.
12 num. 2. & 4. qui alios refert, male enim facit carcerarius, qui carceratum sine Iudicis licētia relaxauerit, quia eius est relaxare, cuius est capere l. nihil l. eius est, ff. de Reg. iur. Angel. in l. qui in ius ff. de In ius voc. Mier. part. 1. cap. 23. nu. 5. coll. 4. fol. mihi 102.

13 Secundò Custos carcerum tenetur ex fuga carcerati, non solum pro causa criminali, sed etiam si detinebatur pro debito ciuili tenetur etiam tunc creditori ad damna, & interesse: & sic ad solutionem debiti, vt probare videtur text. in l. fin. de Custod. reorum & ibi Angel. num. 7. per illum tex. quod si quis est carceratus pro debito, & fugit pœna custodis est, vt satisfaciat creditori Paris. de Put. de syndicat. verb. Carcer, & Carceratus, num. 2. in fin. Bonifac. de Vitalin. in tit. de carcer. priuat. num. 16. Alciat. de præsumpt. reg. 7. præsu. 15.
14 num. 5. Aretin. in consil. 38. per tot. vbi Generaliter dicit, quod in omnis casu Custos carceris ex fuga carcerati tenetur parti etiam ad interesse, Boer. decis. 217. num. 10. ad fin. Cyril. in sum. crim. part. 1. rubr. 12. de Custod. reor. §. 3. num. 7. Menoch. de arbitr. casu 302. num. 2.
15 & prædictorum ratio est, quia Custos carcerum dicitur depositarius carceratorum etenim sicut depositario rei cōmittitur custodia, l. 1. in princip. ff. Deposit. ita Custodi carcerum, committitur custodia personarum l. ad Commētariensem C. de Custod. reor. Hinc dixit Franc. Becius in consil. 44. num. 23. lib. 1. quod sicut depositarius non restituendo rem depositam, tenetur deponenti ad interesse, ita pariter tenebitur Custos carcerum, si personam sibi depositam non restituerit.

16 Tertio tenentur Custodes carcerum, de omnibus extorsionibus, concussionibus, compositionibus, alijsque grauaminibus, per eos pauperibus, & alijs carceratis factis, vt colligitur ex traditis per Mastril. de Magistr. lib. 3. cap. 5. nu. 22. vbi etiam subdit, quod carcerarij non debent cogere carceratos, ad emēdum victualia ab ipsorum tabernis nostr. Mieres part. 2. cap. 16. collat. 10. versic. Item quandoque carcerarius, fol. mihi. 25. vbi quod tenentur de concussionibus, & illicitis extorsionibus, contra carceratos factis, & probatur in cōstitut. 16. incip. Per prouehir dict. titul.
17 de Custod. de presos pag. 515. vbi quod dicti carcerarij pro dictis extorsionib⁹ arbitrariè puniantur.

18 Quartò carcerarij non possunt recipere, nec exhigere à reis captis pro carcellagio diei naturalis nisi sex denarios vel quatuor Iaccēs, vbi currunt tantū, & vbi minus solitum est solui, vel recipi, aut nihil pro carcellagio soluitur, talem consuetudinem obseruare tenentur iuxt. const. 1. & 2. tit. de Custo. de presos pag. 511. & ibi Mieres part. 1. cap. 8. coll. 4. fol. mihi 87. & cap. 23. ead. coll.
19 4. fol. 102. Et à carceratis absque culpa nihil pro carcelagio iure mesæ aut aueriarum recipere possint, vt in const. 5. incip.

incip. Com sia cosa justa d. tit. de Custo. de presos pag. 512.

20 Quintò carcerarij pro locatione pannorum, lectorum, vel aliarum rerum non possunt à carceratis exhigere, nisi duos denarios pro quolibet die, & pro
21 qualibet persona, lecta autem; raupasq. pauperum carceratorum miserabiliũ alteri locare, nec mutuare possunt, nec dictis pauperibus auferre sub pœna cẽtum solidorum pro qualibet vice, qua contrafecerint iuxt. const. 8. incip. Mes auant, dict. tit. de Custod. de presos, pagin. 513.

22 Sextò similiter carcerarij, & custodes carcerum, nec non, & ipsorum familia non possunt aliquid recipere sub nomine strenarum, aut aliàs à carceratis exeuntibus à carceribus, nisi solummodo illud, quod de iure eis competit sub pœna priuationis officij, & centum floreneorum iux. constit. 7. incip. Mes auant, dict. tit. de Custod. de presos, pagin. 513.

23 Septimo tenentur dicti carcerarij, & carcereum Custodes edere, & exhibere carceratos, Aduocatis pauperum, vt cum eis alloqui valeant pro ipsorũ defensionibus faciendis, vbi in prædictis renitentes fuerint, incidunt in pœnam carceris pro tempore viginti dierum in eadem mansione, in qua reus carceratus captus detinebatur iux. cõst. 17. incip. ab lloatio, dict. tit. de Custod. de presos pag. 515.

24 Octauò sciendum est, quod Custodes seu Commentarienses carcerum tenentur, nedum de lata culpa: sed etiam de leuissima, iux. text. in l. 2. & per tot. illũ ff. de Custod. reor. plura allegat Parisi. de Put. de syndica. verb. Carcer, cap. 2. & 3. Gammat. vot. 29. Bald. in l. 1. nu. 5. ff. de leg. & in l. ad Commentariẽsem
25 eod. tit. vbi qui suscipit rei custodiam, & prætium tenetur de periculo succedente. l. carcerarij præpositus, ff. de Custod. reor. & tenetur de negligentia, c. fin. de renuntiat. qua de re Custos dili-gens, & peruigil esse debet in officio suo, & eo magis, quando alij dormiunt, aliter autẽ de prædictis syndicari possent, vide Cardin. in Clem. 1. §. Porrò, n. 11. Iodoch. in pract. crim. cap. 17. nu.
26 11. Vndè carcerarius antequàm captus detrudatur in carcerem debet exquisitè perquirere, an aliquod ferreum habeat absconditum in vestimentis, & eum denudare faciet, deinde reuestitũ mittat in locum suum, & præbeat victũ & lectum, aduertendo ne quis eum alloquatur sine iussu Iudicis, & oculatè intueatur quicquid fertur carcerato, ne fortè eidem aliqua lima surda, vel loco vini acetum deferatur, quod cum vrina mixtum super pauimento iniectum paulatim cæmentum marcescit, in pane aduertat, ne scriptum aliquod insit, vel charta alba cum vrina, vel succo limonis, aut aluminis scripta, quia super ardorẽ ignis apposita, littera apparet, & in ferculis multoties latet venenum, opera consanguineorum intuitu honoris, ne ob carceratum infamiam publicam incurrant, vel astutio consociorũ criminis, ne manifestentur à carcerato exempla quædam habentur, in additio. Bajard. ad Clar. §. homicidum n. 27. & seq. Insuper Custos visitet carceratos, & infirmorum statim det Iudici, vt curet de medico, & medicamentis prouideri. Vndique perquiret intus carcerem clauos, gladios, vel aliud genus ferri: stet ad fores quandoque carceris, noctis tempore aures præbendo: non confidat, nisi quatenus de fide valde expertus sit, plura alia consilia, & documẽta super his reperiri poterunt apud Farin. & DD. per eum citatos, in titul. de carceribus, & carceratis q. 27. & seq. vsq. 35. inclusiuè, qui materiam hanc carceratorum, carcerariorum, & custodum latissimè pertractat, & in quibuscasibus carcerarij teneantur, vel non ad quem recurrere poteris.

CAPVT.

CAPVT. XXI.

DE REGIIS PORTARIIS

SVMMARIVM.

1 PORTARII Regij tenentur stare etiam, syndicatui.

2 Portarij circa capturas delinquentium formam carcerationis eis traditam à Iudice obseruare debent, alioquin de omni scandalo sequuto visitari, & syndicari possunt.

3 Portarij non possunt aliquem capere, sine Iudicis mandato, quod etiam capiendo ostendere tenentur, facta prius apprehensione personæ captæ.

4 Portarius, qui notificat delinquenti mandatum de capiendo, ad hoc vt fugiat, punitur arbitrariè iuxta qualitatem facti.

5 Arma reperta penes delinquentes tempore capturæ, vbi Portarij illa non denuntiauerint vti fures puniendi sunt.

6 Arma dempta delinquenti capto à Regijs Portarijs inter eos de consuetudine diuiduntur, sed de iure sunt fisci.

7 Portarij denuntiantes debitori mandatum de capiendo, ad hoc vt fugiat, tenetur creditori ad interesse, & aliàs punitur.

8 Officialis delinquens in officio priuatur officio.

9 Portarij male tractantes, & vulnerantes delinquentes in actu capturæ puniendi sunt, teneturq. de iniuria, percussione, vulnere, & homicidio.

10 Portarij in Cathalonia non possunt facere exequutiones, sine consilio Iudicis, & superioris.

11 Portarij non possunt pro dieta exigere, nisi dumtaxat quinque solidos sub pœna priuationis officij: sed hodie nouem solidos recipiunt, vt num. 12.

13 Portarij tenentur relationem de intimis facere, apud scribam causæ incontinenti, quod illæ factæ fuerint, & assignatur ratio n. 14.

15 Portarij obseruare debent constitutiones Cathaloniæ, quia de illarum violatione, & contrafactione visitari, & syndicari possunt.

16 Fides quanta sit danda istis portarijs vide remissiue.

Vt

1 VT nihil intactum relinquatur scire oportet, quod Regij Portarij, sicut cœteri alij Officiales tenentur etiã stare syndicatui, vt legitur in cap. 5.curię anni 1599.ac ideo de ipsis quoq. in hoc opusculo succintè pertractandũ erit, isti siquidẽ Portarij in visita de infrascriptis inter alia visitari poterunt.

2 Et primò cum ipsi regulariter intẽdant circa capturas delinquentium: id circo oportet, quod diligenter eis animaduertatur per Iudicẽ, quod in capturis procedant sine scandalo, & seruẽt fideliter formã carcerationis: nã aliud est capere notorium delinquentem, vel solitum delinquere: aliud nobilem, qui per lasciuiam deliquit: aliud est capere iuuenem, aliud senem, & aliud masculum, aliud fœminam: aliudque laicum, aliud clericum, vel religiosum, l.1.C.de Custod. reor. & sic est habenda ratio personarum vel qualitatum delictorũ, l.diuus Pius, C.eod. alioquin, vbi rectè non obseruauerint formam carcerationis, & sequuta fuerint scãdala ob eorũ culpam, vtique de illis in visita syndicari possent, ad tradita per Paris. de Put.de syndicat.verb.Captura, cap. 4. num.4.

3 Secundò isti publici executores non possunt capturare aliquem sine Iudicis mãdato, de quo constare debet in scriptis: vt illud ostendere valeant in actu exequutionis, vt not. Farina. quæst.32. num.31. verumtamen prius capere tenentur, & postea statim ostendere licentiam, ne capiendus per visionem licentiæ instruatur ad fugam. Etenim si
4 prius ostenditur licentia ante capturã præsumitur, contra portarium, qui non euadet impunitus; si capiendus fugiat, Farina.dict.quæst.32.num. 19. & 21. & de alijs ob quorum præmonitiones capiendi fugerint, vide Cagnol. in l. vnica.§. 15. videtur num. 47.ff.si quis ius dicent. non obtemp. & Gomez. de delict.cap.3.num.50. qui dicit puniri pœna extraordinaria iuxta delictorũ qualitates, Cassan.consuet.Burg.rub.1.§.7. vers.Tertia conclusio.

5 Tertiò similiter isti Portarij inuenientes aliquem armatum non curant illum capere, sed ipsis furari satagunt, etenim solent citius manum apponere ad marsupium detinendorum, quam ad ligaturam manus, & auferunt vsque ad interulam, & nisi de omnibus in relatione capturæ rationem reddant erũt tanquam fures puniendi per l. 2. & l. Diuus, ff.de bon.damnato. Put. de syndicat.in verb.Familiaris, capit.3.num. 13. quia id, quod superest vltra eorum debitam mercedem si capti sunt paupe res, expendi debet in alimentis, si sunt diuites debet impendi, pro custodibus, & alijs publicis expensis idem Pute. in
6 verb. Expensæ, cap. 2. num. 2. & 3. Arma vero dempta delinquenti capto, à Regijs Portarijs de consuetudine inter eos diuiduntur, sed de iure sunt fisci Authent.de armis. Aluarot.in §.si quis rusticus.de pace. tenend. & ita Bajard. ad Clar.quæst.82.num.64.versic. Sed qui statutum. Et in repertis cũ armis, si dũ Portarij seu satellites intenti ad rapinam, & ad marsupium culpa huiusmodi captus fugiat debent puniri, & repertus, si non erit ductus in carceribus non tenebitur pœna statuti de armis, l.Barsatoram, C.de fideiussor.Menoch. addit.ad cas.394.

7 Quartò Portarij denuntiantes, & notificantes debitori capiendo, mandatum contra ipsum ad instantiam creditoris relaxatum, si debitor sic notificatus fugit non solum tenentur creditori ad solutionem debiti, vt notant Marsil. singul.137. in iure clarum est, & in rub. de fideiussor. num.16. Boer. decis. 217. versic. Quinimo vult etiam, Straca de mer-

mercatura in tit.de Decoctor.in 2.p. vltimæ partis.§.circa propositam rubricam n.11. vbi plures alios adducit concordantes iunct.n.12.& nu.25.&

8 seq. Verùm etiam tanquam in officio delinquentes possunt officio priuari, ad text. vbi notant omnes in l.si aliquid,C.de suscept.lib.10.& in l. Iudices,C.de digni.lib.12.cū alijs per Capic.decis.121.n.17. Et si causa propter quam certioratus erat capiēdus, esset non ciuilis,sed criminalis,possent etiā aliqua pœna arbitraria iuxta qualitatem causæ puniri, vt in ijs terminis scripsit Iodoch.in pract.crim.rub.de citatione realis,idest captura, c.15.nu. 12. vbi loquitur non solū in exequutore negligente capere illum, quē in mādatis habet:sed etiam quando ex malitia,& prece,vel præmio,aut illius spe corruptus,vel captum dimiserit liberum,vel capiēdum fugere fecit, & sic comprehendit omnes ferè casus,in quibus isti publici portarij,seu exequutores ratione officij in visita teneri possunt.

9 Sextò istis portarijs minimè permissum est capiendos iniurijs, & cōtumelijs afficere, nec eosdem percutere,& multo minus vulnerare,& occidere,ad tradita per Foller.in pract. crim.in verb. Notatos capiat de persona,n.16.fol.36.Iodoch.in d.c.15.n. 27.vbi ampliat etiam,quod capiēdus pœnam mortis mereatur,Boer.deci. 170.n.6. ac ideo, vbi aliter procederent captum,vel capiendū, malè tractando,iniuriando,percutiendo,vulnerando,aut occidendo, non solū tenentur de iniuria, verū de percussione,de vulnere, & homicidio ad text. in l. omnes.§. præterea nullus, C. de Episc.& Cleric.& in l.fi.C.de malef. & mathemat. cum alijs allegatis per Alber.in tract. de statut. 4.p.q.36.& per Foller.in loco supra citato,ac etiā grauius puniri debent cum abutantur iustitiæ calore,& publica auctoritate.

10 Septimò in Cathalonia portarij non possunt facere executiones,sine consilio ordinarij loci,vbi executio imminet facienda, vel etiā de cōsilio delegati in negocio sibi commisso, vt in const.1.tit.de Offici de porters pag.149.& ibi not. Mier.p.1.cap.10. num.1.coll.5.fol.mihi 110.

11 Octauò nō possunt isti Regij portarij, & alij executores iustitiæ pro exequutione recipere, & exhigere, pro qualibet dieta,nisi quinque solidos,sub pœna priuationis officij,iux. constitut. 3. incip. à reprimir dict. tit.de Offici de porters,pagin. 150.& ibi Mier.part.1.cap.13.coll.6.fol.mihi 172. & constit.6.incip.confirmāt, eod.titul. pagin. 151. quæ loquitur in omnibus portarijs totius Principatus,& Commitatuum Rossilionis, & Ceritaniæ curiarum, scilicet Vices gerentes Generalis Gubernatoris,Baiuli Generalis,Procuratoris Regij patrimonij, qui vltra quinque solidos pro dieta, sub dicta pœna recipere non possunt, sed hodie nouem solidos pro dieta recipiunt , vt dicit don

12 Ludouicus à Paguera in sua pract. rub.30.n.15. & ideo vbi taxam istam nouem solidorum excederent, vtiq. in visita visitari possent.

13 Nono tenentur relationem facere de intimis causarum in continenti, quod illæ factæ fuerint apud scribam causæ, referendo diem, & horam, & cui seu ad quē dictæ intimæ præsentatæ fuerint,vt in constit. 1. tit.de Intimas.pagin. 240. idque de iure comprobatur: nam de relatione nūtij debet omnino apparere in processu,ex quo est actus substantialis il-

14 lius,vt notat.Bald.in l.fin.C.de ferijs, & ibi etiam Salicet.dicit,quod debet relatio scribi in actis:quia est de processu in tantum, quod non potest fieri relatio in die feriata ad honorem Dei,& adeò est necessaria relatio nūtij,quod si non reperitur descripta

in actis,nihil valet citatio,nec intima nec sententia,nec potest aliquis contumax reputari. Ita tenet Paul. de Castr.in consil.81.col.4. in 2. vol. & Bart.in l.hæc autem.§.1.per illũ text. ff.in quib.caus.in possess.eat.vbi dicitur,quod debet liquere Iudici de contumacia citati,& non potest aliter liquere nisi appareat relatio scripta in actis,& ideo merito fuit in dicta constitutione prima,sic ordinatum, quã & alias constitutiones supra relatas, tenentur dicti Regij portarij obser-
15 uare. Aliter autem de illarum violatione,& cõtrafactione visitari,& syndicari possent,& quia aliquando disceptatur de fide danda istis portarijs, & publicis executoribus, ideo vide, Bart.& DD.in l.1.§.cura,ff.de Offic. Prætor,& in extrauag.ad reprim. in verb.Per nuntium, Specul. in tit. de citatio.§.sequitur.Angel. in pract. in verb.Nec non ad denuntian.Marãt. de ord.iud.in 6.p.de cita.nũ.33.Mascard.de proba.concl.189.vol. 1.Boss. in tit.de Denuntiat.n. 12.& Farin.q. 32.n.80.& seq.qui loquitur in materia resistentiæ ipsis factæ,vbi, quod modica regulariter eisdem datur fides, nam communiter accidẽtibus sunt mendaces,fraudulẽti,iactatores, pauidi,inertes, maliciosi, voraces, & æbrij,quorum finis est miseria mori, & qui diu latrunculator fuit testimonium perhibet de illis,& experientia aliena docet idẽ Farin.d.q.32.n.61.

CAPVT. XXII.

DE DECVRIONIBVS, SEV CONSILIARIIS CIVITATVM, ET INSIGNIVM Vniuersitatuum.

SVMMARIVM.

1 *CONSILIARII, Iurati alijsque ciuitatuum administratores obnoxij sunt censuræ visitationis.*

2 *Consiliarij ciuitatuum antiquitus Decuriones appellabantur, & defensores quoque fuerunt nuncupati num.3.*

4 *Creatio Cõsiliariorum obseruata fuit à tempore Moyses.*

5 *Decuriones hodie Consiliarij ciuitatum dicuntur, & illarum Principes.*

6 *Consiliarij ciuitatuum ex dignioribus, & ditioribus eligi debent.*

7 *Debitores ciuitatuum non possunt eligi ad Consiliarios earundem.*

8 *Consiliarij ciuitatis Barcinone antiquissimi sunt.*

9 *Ciuitas Barcinone fuit ædificata antequam Roma 460. annis, & ante*

& ante aduentum Christi 752. annis.

10 Ciuitas Barcinone est caput, & Metropolis hodie Principatus Cathaloniæ.

11 Consiliarij ciuitatis Barcinone gaudent priuilegio, seu prærogatiua virorum, illustrium titulatorum.

12 Titulati viri Illustres, & Magnates Regij Consiliarij habent ius sedendi, coram domino Rege in scamnis tecto capite.

13 Consiliarij nobilissimæ Ciuitatis Barcinone sedent in scamnis, & capitibus tectis coram domino Rege.

14 Rex Philippus Secundus in anno 1599. cum sua Regia personali præsentia præstitit in ciuitate Barcinone iuramētum de obseruandis cōstitutionibus Cathaloniæ, & priuilegijs eiusdem.

15 Reges omnes Aragonum, ex sua benignitate, & Regia clemētia debent personaliter accedere ad ciuitatem Barcinone, ad præstandum iuramentum de obseruandis dictis constitutionibus immunitatibus, & priuilegijs Principatus.

16 Priuilegium Regis Petri. Dat. 14. Kalend. Nouembris 1339. obligat omnes Reges in Principatu Cathaloniæ succedentes ad præstandum iuramētum pro obseruantia constitutionum, & priuilegiorum Cathaloniæ cum sua Regia personali præsentia intus ciuitatem Barcinone.

17 Ciuitas Barcinone obtinet plura iura regalia, quorum vigore creat ciues Honoratos, & Tabelliones, nec non, & habet armamentum, & cudit monetam auri, & argenti.

18 Consules vltramarini ciuitatuum Siciliæ, Neapolis, & Genuæ creantur, & eliguntur à ciuitate Barcinone.

19 Ciues Barcinonenses sunt immunes, & exempti à solutione impositionum, & vbi quis compellere velit illos ad solutionem impositionum potest ciuitas Barcinone procedere in vim soni emissi extra vicariam, & exercere represalias, pro defensione dictæ exemptionis.

20 Immunes etiam sunt ciues Barcinone a solutione decimarum, & primiciarum oliuarum, & fructuum aliarum arborum, ac etiā leguminum, quæ seminantur in vineis Barcinone.

21 Consiliarij ciuitatis Barcinonæ habent territorium, & in criminalibus proceres, & ciues iudicant homines.

22 Consiliarij ciuitatis Barcinone, pro bono, & tranquillo statu ipsius ciuitatis possunt ordinare banna, & ordinationes cum pænis pecuniarijs, & corporalibus

Z 2 quas

quas vicarius, & Balulus dictæ Ciuitatis tenentur inuiolabiliter obseruare.

23 Syndici Ciuitatis Barcinone, qui titulo Ambasciatorum condecorātur ingrediunt in curias generales, & primo loco sedent, & prius loquuntur pro brachio regali.

24 Ciuitati magis populosæ, antiquæ, & matrici maior honor debetur, quã minus populosæ.

25 Prouincia Cathaloniæ in curijs Generalibus vti maior Prouincia, & magis antiqua tempore Christianorum præcedit Prouinciam Valentiæ.

26 Decuriones seu Consiliarij Ciuitatum, seu Vniuersitatuum non possunt pecuniam publicã in suos vsus conuertere, vel mutuo accipere, nec in aliam vtilitatem transferre.

27 Administratores pecunias publicas in eorum vtilitatem conuertentes tenentur de vero dolo, & ad duplum, & in exilium condemnari possunt, simul cum restitutione totius emolumenti, quod ex tali pecunia perceperunt; quinimo, & in conscientia tenentur restituere illud, quod acquisierint cum tali pecunia publica, vt num. 28.

29 Pecunia deputata ad emptionem frumenti, non potest per Decuriones, aliosque Reipublicæ administratores minui, tangi, nec in alios vsus conuerti, aliàs ad restitutionem dupli tenentur.

30 Consiliarij, & Reipublicæ administratores non possunt, frumentum in publicis horreis reconditum, in eorum vtilitatem conuertere, aliâs tenentur, ad damna, interesse, & in quadruplum, ac etiã incidunt in pænam deportationis.

31 Consiliarij, & administratores Ciuitatuum tenentur de tritico, quod vel corrumptum aquis, vel vermibus fuit demolitum, maxime si eum possent illud inter vicinos distribuere & non fecerunt.

32 Administratores Annonæ frumentariæ tenentur de negligentia, vbi domos, & horrea non inspexerint & farta tecta domus frumentariæ non habuerint.

33 Cõsiliarij, & administratores Reipublicæ debent visitare horrea publica, & videre an opus sit triticum vetus prius vendere, quam nouum, vel nouum cum veteri immisceri, vt sub velamento noui vendatur, & vetus.

34 Administratores omnes tenentur, cauté, & summa cum diligentia administrare alias de neglectis tenentur.

35 Consiliarij, & administratores annone frumentariæ, vbi viderint, quod triticum corrumpitur, vel annus fertilis superabundat debent illud inter ciues diuidere, vt tantundem ex nouo reddant, vel eos compellere,

vt illud emant, ita vt pecunia veniat in communi pro necessitate Reipublicæ distribuenda.

36 *Consiliarij Ciuitatum compellere possunt tam clericos, quam laycos, vt triticum nouum pro veteri reddat, & assignatur ratio num. 37.*

38 *Consiliarij, & alij administratores in rebus ponderosis negligentes, in maxima culpa, esse censentur.*

39 *Dolosus dicitur, qui negligit facere, quod facere tenetur.*

40 *Consiliarij, & Reipublicæ administratores, vbi negligentes fuerint, in recuperandis creditis ciuitati debitis, & debitores interim effecti fuerint non soluendo; talis debiti amissio ipsorum periculo adscribitur.*

41 *Administrator non solum tenetur, de pecunia sua negligentia non recuperata; verum, & de eius legitimo interesse.*

42 *Administratores publici tenentur resarcire omnia damna, quæ ob eorum culpam Reipublicæ eueniunt.*

43 *Administratores non solum tenentur de negligentia verum, & multo magis tenentur de dolo.*

44 *Administrator quilibet, siue voluntarius, siue necessarius, siue à lege, siue ab homine datus non solum tenetur de damnis suo dolo, verum de damnis sua negligentia sequutis.*

45 *Administrator vbi ex sua negligentia substantia administrata deterior facta fuerit, ab officio, & administratione remoueri potest.*

46 *Rex negligens propter negligentiam potest priuari regno.*

47 *Administrator Ciuitatis vel alterius populi non potest remittere debitum, nec res ipsius Ciuitatis, vel Vniuersitatis, quod & in tutore idē reperitur dispositum.*

48 *Decuriones non solum non possunt remittere debitum Vniuersitatis; verum, nec illud vltra tres menses prorogare.*

49 *Decuriones non possunt bona Vniuersitatis vendere, & alienare absque debitis solemnitatibus.*

50 *Ex quæ solemnitates sint necessaria.*

51 *Consiliarij Ciuitatuum, & Vniuersitatuum non possunt super bonis, & redditibus ipsius Ciuitatis, vel Vniuersitatis contrahere, nec illos emere, nec conducere, & assignatur ratio, num. 52.*

53 *Consiliarij Ciuitatuum, & Vniuersitatuum exigentes salarium, pro visitatione fontium, & nemorum in syndicatu tenentur.*

54 *Consiliarij, & Iurati vniuersitatuum tenentur in eorum officijs residentiam personalem facere, aliter syndicantur.*

55 *Decuriones, seu consiliarij non possunt aliquod officium acceptare, nec à ciuitate discedere sine licentia superioris alias puniuntur.*

56 *Ambasciatores non possunt mitti per Decuriones ad dominum Regem sine licentia Proregis.*

57 *In Cathalonia prædicta licentia non petitur, & ita fieri est assuetum.*

58 *Ambasciatori non creditur sine litteris suæ Ambasciatæ, nisi sit vir nobilissimus.*

59 *Ambasciatores, qui de mandato ciuitatis mittuntur, non debent ad ciuitatem reddire sine ipsius ciuitatis licentia.*

60 *Ambasciator illud præcipuè obseruare debet, quod ab instructione ciuitatis sibi tradita nullatenus recedat, alias si aliquid agit, vltra quam in instructione continetur, etiam si bene gerat, est puniendus, & ita fuit nouissime obseruatum num. 61.*

62 *Consiliarij Ciuitatum, & Vniuersitatuum tenentur custodire secretum de his, quæ in consilio geruntur, & tractantur.*

63 *Consiliari ciuitatis Barcinonæ tenentur, qualibet die veneris si feriata non fuerit, ire ad Regios carceres, ad effectum visitandi carceratos, & solicitè intendere pro illorum iustitia, & causarum expeditione, quod iure iurando in introitu officij facere, & adimplere promittunt.*

64 *Exhortatio ad Consiliarios ciuitatum, vt cautè, prudenter, & maturè in eorum officijs procedant, vt à visitationum molestijs se liberari valeant refertur.*

QVONIAM hunc vsque dictum fuit de Magistratibus iustitiæ: congruè nunc sequitur, vt breui sermone pertractemus de Con-
1 siliarijs, Iuratis, alijsque administratoribus Ciuitatuũ, & Comunitatuum, qui similiter obnoxij sunt huic censuræ Visitationis, vt notat. Ioseph. Cumian. in praxi de syndicat. cap. 8. num. 27. Nicolaus Losæus in tract. de iure Vniuers. part. 3. cap. vltim. numer. 1. Mastril. in tract. de Magistrat. lib. 6. cap. 8. numer. 106. & in terminis, Escobar. de ratioci-
2 nijs cap. 3. num. 10. Isti siquidem Consiliarij antiquitus Decuriones appellabantur, vt referunt. Titus Liuius lib. 1. ab vrbe condita. Pompo. Lætus lib. de Magist. in prin. & Sabellicus in Æned. lib. 6. fol. 84. vbi dicit; quod ante electionem Senatorum Romæ fuit facta quædam partitio in decurias, ex quibus fuerunt dicti Decuriones, sequitur Pisa. in curia lib. 1. cap. 11. nu. 1. Patricius de Republ. lib. 6. tit. 1. in fin. fol. 11. Dionys. Halicanas. lib. 2. antiquitatum Romanorum pag. 182. & facit text. in l. 2. & ibi Cagnol. numer. 17. 22. & 25. ff. de orig. iur. Petr. Gregor. in lib. 3. de syntagm. iur. in cap. 18. nu. 3. tom. 1. & tom.
3 2. lib. 18. cap. 13. num. 2. & sequent. Defensores quoque ciuitatuum fuerunt nuncupati in rubr. C. de Defenso. ciuit. de quib⁹ latè loquitur Cassa. in cathal.

glor.

4 Glor. mundi par.11.consid.5.Eorum autem creatio antiquissima fuit obseruata etiã à Moys.vt legitur Numeri cap. 11.Qui cum solus non potuisset sustinere omne Populi onus Israel,quia graue erat, sibi dixit dominus ad eum ibi, *Elige septuaginta viros eorum,quos nostri,quod senes populi sunt,& duces eos ad ostium tabernaculi faederis, faciesque tibi stare tecum, vt descendam,& loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus Populi, & non tu solus graueris*, & Exodi. 19.ibi,*Venit Moyses, et conuocatis maioribus natu populi exposuit omnes sermones,quos mandauerat dñs.* Plura ad propositum tradit Camil. Borrell.in addit.ad Bellug.in Specul. Princip.rub.1. litera B.vbi ex pluribus,quos allegat dicit in locum Decurionum antiquorum subrogatos esse consiliarios, & Antianos Ciuitatum, qui sunt deputati ad Reipublicæ administrationẽ, & gubernationem id ipsum not. Nicola.Lose.dict.tracta.de Iure vniuersi.
5 par.1.cap.3.num.12.& 33.vbi,quod hodie Decuriones dicuntur consiliarij Ciuitatuum,aliarumq. communitatũ, & quod Principes Ciuitatis appellantur,ac ideo iure cautum est, quod ex
6 dignioribus, & ditioribus eligantur, l. ad subeunda, C. de Decurion.lib.10.l. Honor.§.honor.ff.de Muner.& honor. Nec debitores Ciuitatis ad hoc munus eligi possunt ex tex.in l.1.C. de Debit. Ciuit.lib. 11. Ioan.Franc. de Ponte in tract.de potestate Proreg.tit.2.de abundantia Ciuitatis.§.1.num.13.late de his Bouadil.lib.3.cap.8.num.2.3. & 4. vbi pariter concludit horum consiliarorum creationem antiquissimam fore.
8 In hac autem nostra fidelissima ciuitate Barcinonæ vtique credendum est vetustissimã esse;Legitur enim apud Marquil.auctorem antiquum in vsatico,cũ dominus versic.Nota decimo. fol.6. & & in vsatico Cequiam molendinorum versic.Nota sexto.fol.215.Guillerm. de Vallesica in dict.vsatico cum dominus not.13.cum seq.& Mich. Ferrer par. 1.
9 obserua.cap.57.n.4.Quod Ciuitas Barcinonæ fuit ædificata antequam Roma 460.annis, & ante aduentum Christi
10 752.annis.Qua de causa dicta Ciuitas vti caput Principatus Metropolis, po-
11 pulosa,& antiqua,nec non & illius Cõsiliarij pluribus prærogatiuis,præhemi nentijs,ac honoribus gaudet, fruuntur, & potiuntur, inter quæ gaudent priuilegio magnatuum,virorumIllustrium, Titulatorum,& sic prçeduntBarones, Comites,& Marchiones,vt ex plurib⁹, quos allegat probat Bouadil. lib.3.cap.
12 8.num.20.Sicuti enim dicti viri Illustres,Titulati, & magnates, vti Regij consiliarij, collaterales domini Regis habent ius sedendi in scamnis tecto capite:vt in auth. vt ab illustr.§. secundo & notat.Mastril.in tract.de Magistra. lib.4.cap.6.num.26.& cap.13.num.13.
13 134.& 167.Ita etiam Consiliarij nobilissimæ ciuitatis Barcinonæ sedent in scamnis,& capitib⁹ tectis coram domino Rege pro vt ipse vidi, & innumeri ciues id viderunt in anno 1599. Quo
14 Serenissimus dominus Rex Philippus secundus recolendæ memoriæ publicè præstitit Iuramentum de obseruandis Constitutionibus Cathaloniæ,& priuilegijs eiusdem in platea S.Francisci dictæ Ciuitatis, vt refert Francis. Soler egregius Doctor,& Domicellus in suo ornatissimo discursu typis mandato sũ per repulsione nobilium à domo Ciuitatis §.2.num.1.fol. 19. & nouissimè don Didacus de Guzman Patriarcha Indiarum Regius Consiliarius in relatione vitæ Serenissimè Reginæ Margaritæ de Austria lib.2.c.2. fol.mihi 99.
15 Quod quidem iuramentum omnes Reges antecessores sui præstiterunt, sicut ipse cum Regia personali præsentia in

eadem Ciuitate & salua omnium Re-
gum successorum Regia clementia:
illud quod præstare habet in dicta Ci-
uitate,tanquam antiquiore,& nobilio-
re vigore Regij priuilegij dictæ ciuita-
16 ti concessi per Serenissimum dominũ
Regem Petrum indelebilis memoriæ
14. Kalend. Nouembris 1339. de quo &
de ista singulari prærogatiua,quæ alte-
ri Ciuitati non reperitur concessa,te-
statur Michael.Ferrer.Obseruat. part.
3.capit.82.numer.2.Habet etiam vlte-
rius hæc Illustris Ciuitas innumerabi-
lia alia priuilegia per serenissimos, ac
17 Catholicos Reges Aragonum sibi con
cessa ob plurima fidelissima, ac gratis-
sima seruicia Regibus suis præstita,
quorum vigore plura jura regalia ob-
tinet.; creat enim ciues honoratos, qui
inter milites cõnumerantur, creat etiã
Tabelliones,habet Armamentum, cu-
dit monetam argenti, & aliam minu-
tam,vt refert Anton.Oliba, in tractat.
de jure fisci cap. 6.num. 44. & hodie,
vt videmus,cudit monetam aurei;insu-
18 per quoque eligit Consules vltramari-
nos Ciuitatum Siciliæ, Neapolis, Ge-
nuæ,& aliarum,vt legitur in Constitu-
tion.5. sub titul. de Priuilegis, y im-
19 munitats, pag. 57. Est deniq. in pos-
sessione pro defensione suorum ci-
uium exercendi processum soni æmis-
si extra Vicariam Barcinonæ, &
exercendi represalias contra res, &
personas de qualibet alia Vniuersita-
te, quæ compulit aliquem ciuem Bar-
cinonensem soluere impositiones, seu
gabellas cum per Regia priuilegia
sint exempti, vt post Calicium, &
alios late probat Cancer. part.3. capit.
5.numer.47.48.& 49. vbi quod di-
cta possessio,seu quasi est per Regiam
sententiam confirmata,& nedum dicti
20 ciues à solutione impositionum sunt
immunes:verum, & à solutione deci-
marum, & primiciarum oliuarum,
de quarum fructibus, nec etiam alia-
rum arborum, & fructibus vinearum
non soluunt decimas nec primicias; si-
cuti, nec de leguminibus, quæ semi-
nantur in vineis Barcinone aliqua de-
cima, vel primicia præstant,vt legitur
in priuilegio Regis Petri secundi.Dat.
Barcinone 3.Idus Ianuarij 1283. capit.
37.& 38.inserto in 2.volu.Constitutio-
num fol. 23.vbi enumerantur centum,
& sexdecim priuilegia plurimum im-
munitatum, quæ mirum in modum
illustrant ciuium Barcinonensium mu-
21 nificentiam, & nobilitatem. Demum
dicti Consiliarij habent territorium
vsque ad furcas lapideas, & terminos
ciuitatis vt inquit Mier. part.3. collat.
10. fol. 7.numer.21.& 22. & in crimi-
nabilibus Proceres Barcinone, & ci-
ues iudicant homines, vt in capit. 42.
22 dicti priuilegij Regis Petri secũdi, eis-
demq. Consiliarijs etiam tributa est
facultas,& potestas q pro bono,& tran
quillo statu ipsius Ciuitatis, & Reipu-
blicæ possint,& valeant in dicta Ciui-
tate,& suis terminis banna, & ordina-
tiones cum pænis pecuniarijs, & cor-
poralibus, veluti membrorum muti-
latione, & morte, siue vltimo suppli-
cio facere, & ordinare quas Vicarij,
& Baiuli postquam editæ, & ordina-
tæ fuerint tenentur inuiolabiliter
obseruare:prout sic legitur in priuile-
gio Regis Iacobi secundi Dat. Tarra-
conæ 10.kalendas Februarij 1319.etiã
inserto in secundo volum. Constitut.
23 sub tit.de Statuts,p.29. Tandẽ dicta ci-
uitas ingreditur curias generales,in ip-
sisq.Sindici ipsius, qui titulo Ambascia
torum condecorantur quando ad do-
minum Regem mittuntur iuxta pri-
uilegium Serenissimi Regis Ferdi-
nandi Dat. Occannæ decimo tertio
Dezembris 1498. primo loco se-
dent, & prius loquuntur pro bra-
chio Regali, idque iustè permittitur,
24 Nam ciuitati magis populosæ,antiquæ,
& matrici, seu Metropolicæ; maior ho-
nor debetur, quam minus populosæ
iuxt.text, in l. Omnis, C. Vt dignit.ordo
seruetur,

seruetur, l. Vnicuiq. C. de Prox. im. sacrorum scrin. lib. 12. l. Semper, ff. de Iure immunitatis, cap. 1. de priuileg. & cōfert sapientis dictū Ecclesiastes. c. 24. *In multitudine populi gratia subiectorum; in paucitate plebis igno-*
25 *minia Principis.* Et ideo in curijs generalibus Prouinciæ Cathaloniæ vti maior populosa, maior Prouincia, & magis antiqua tempore christianorum præcedit Prouinciam Valentiæ, pro vt sic fuit iudicatum, per dominum Regem Petrum, vt refert Bellug. in Specul. Princip. rubr. 6. n. 24. licet ibi vti Valentinus videatur contrarium oppugnare, sed standum est Regiæ declarationi, quæ facit ius, & pro veritate habetur, vt in capit. si sæpiꝰ, de in integr. restit. postul. l. Papinianus. §. fin. ff. de Inoffic. testam. l. Ingenuum, ff. de statu hominum, l. 2. C. de Fund. limit. lib. 11. Verum a diuerticulo ad iter inceptum redeuntes dicendum est vnumquemq. Consiliarium, Iuratum, aliumve Reipublicæ ciuitatis, cuiuscunq. Vniuersitatis Administratorem teneri, & obligatum fore rationem suæ villicationis reddere, iuxta Euangelij dictum de quo habetur in cap. qualiter, & quando, extra de accusationibus, latæ Roland. à Vall. cons. 49. per tot. vol. primo; in qua ratione reddenda de infrascriptis inter alia onerari, visitari, & syndicari possunt.

26 Et primo Decuriones, seu Consiliarij, alijq. administratores cuiuscumque ciuitatis, seu Vniuersitatis non possunt pecuniam publicam in suos vsus conuertere, vel mutuo accipere, nec in aliam vtilitatem transferre, l. Minimè, C. de Suscep. & archa. libro 10. & ibi hoc notat Ioann. de Platea. Nec cum ea negociari sicuti scripserunt idem Platea in l. Comperimus, C. de Naulcular. lib. 11. Paris. de Puteo in tracta. de syndicatu in verbo Syndicantur etiam Officiales, fol. 34. & facit tex. in l. Parhippum, & ibi idem Platea, C. de Cursu publico, lib. 12. post Ioan. Vrget. in suo Enchiridion. fol. 70. col. 2. Auendaño in cap. 14. Prætor. 2. part. num. 3. Auiles in cap. 15. Iudicum syndicat. glo. Cuenta
27 nu. 4. fol. mihi 278. Administratores enim qui pecunias publicas in propriam vtilitatem conuertunt, de vero dolo conuincūtur ex tex. in l. Qui fundum. §. si tutor, ff. Pro emptore Crauet. consil. 433. num. 19. Vincent. Hondede. cons. 82. n. 23. Decius cons. 392. in fine. Ac ideo ratione istius doli, & fraudis hac in re commissi possunt administratores ad duplum, & in exilium condemnari simul cum restitutione totius emolumēti, quod ex tali pecunia publica perceperunt, quod eidem Reipublicæ, & Ciuitati debet applicari: vt ex pluribus, quos allegat probat Bouadil. lib. 5. cap. 4. n. 81. & facit dictum Angeli de Aretino in §. sunt præterea Institu. de pub. iud. vbi tenet, quod si quis habet aliquam administrationem publicā, & ex ea aliquid in suum vsum conuertit incidit in pœnam tertiæ partis. Latè super his Auiles in cap. 45. Prætor. glo. Ni tomar. Mexia de Pane. conclu. 1. n. 67. & 68. Ripa de Peste, tit. de Remedijs ad conser. vber. num. 14. cum seq. Quinimo, & in proposito dixit Platea in l. 1. C. de Auro
28 publico persequendo. Quod isti administratores, & masarij Reipublicæ in conscientia tenentur ad restitutionem eius, quod acquisierint cum tali pecunia publica, & eum sequitur Auendaño de exeq. mand. d. 2. par. cap. 14. num. 3.
29 Secundo sicuti dictis Consiliarijs, & administratoribꝰ Reipublicæ prohibitum est, pecunias publicas in suos vsus conuertere, vt dictum est, eadē ratione pecunia deputata ad emptionem frumenti non possunt minui,

nec

nec in alios vsus conuerti, aliàs in duplum tenentur tex. est & ibi, Bart. & Ioan. de Plat. in l. 2. C. de Frum. vrb. const. lib. 11. Est enim huiusmodi pecunia ad ẽptionem frumenti deputata, admodum priuilegiata, etenim licet aliquando licitum sit ex publica pecunia ad vnum effectum destinata in alium ex causa publicæ vtilitatis conuertere, vt not. Plat. in l. vnica in fin. C. de Expen. ludor. lib. 11. quem ad hunc propositum refert, & sequitur Bouad. lib. 3. cap. 3. nu. 30. Veruntamen pecunia ad emptionem frumenti constituta, solummodo ad illũ effectum tantum parata esse debet, adeo, quod non licet minui, tangi, nec in alios vsus, etiam Reipublicæ necessarios conuerti, vt in auth. de Collatorib. §. Ciuitatum coll. 9. l. 2. §. fin autem, ff. de Administr. rer. ad ciuit. perti. d. l. 1. & 2. & ibi Plat. C. de Frum. vrb. constãt. lib. 11. idem Plat. in l. fin. C. de His, qui ex publi. collatio. lib. 10. & in l. 3. C. de Condit. in public. horreis, eod. lib. Auiles in cap. 17. Prætor. glo. à Razonables, nu. 39. fol. 170. & in cap. 45. glo. Ni tomar. Auendan. in cap. 24. Prær. numer. 3. Petr. Greg. de syntagma. iur. 3. part. lib. 16. cap. 30. num. 17.

30 Tertio isti consiliarij, & administratores vbi frumentum in horreis reconditum, vel pecuniam ex illo processam in suas vtilitates cõuerterint ex eo visitari potuerint, ex tex. in l. nulli. C. de Conditis in pub. horreis. lib. 10. vbi habetur, quod nullus debet in suam vtilitatem conuertere species in horreis publicis reconditas: quia aliàs deportabitur & id latè not. Ripa de Peste. tit. de Remed. ad Conseru. vber. nu. 14. cum seq. Platea in l. 1. C. de His, quæ ex public. collation. lib. 10. per tot. tit. & tit. ff. ad l. Iul. de annon. Meixia de Pane, concl. 1. num. 67. & seq. fol. 22. Borgo. Caualca. decis. 37. num. 10. & 33. vbi subdit, quod administrator conuertens frumentum in eius vtilitatem dicitur prædo, & tenetur ad damna, & interesse, & potest contra eum iurari in litem, nec non tenetur ad residuum in quadruplum, vnde, Auil. dict. cap. 45. glo. Ni tomar, fol. mihi 241. inquit ibi prope finem; caueant ergo Officiales, qui habent custodire frumentum in publicis horreis reconditis, ne occultè conuertendo in suos vsus incidant in dictam pœnam deportationis.

31 Quarto tenentur dicti Consiliarij, & Administratores Annonæ, de tritico, quod vel corruptum aquis, vel à vermibus fuit demolitum, maximè si cum possent illud inter vicinos distribuere, hoc non fecerunt, ad curam autem ipsorum spectat prospicere ne frumentum deuastetur, seu pluuijs cadentibus corrumpatur, vt in l. 2. C. de Condi. in publ. horreis, vbi dicit

32 Bart. quod administrator, siue susceptor, & depositarius est in magna culpa, & negligentia, si domos, & horrea non inspexerit, & farta tecta domus frumentariæ non haberit, in tantum, vt neq. excusari possit si dicat, quod habuit factorem idoneum pro dicto posito administrando; farta enim tecta essent, nec ne per se ipsum inspicere debuit, nec alij hoc committere licuit, vt in tutore minoris cauetur in l. si Procuratorem, §. Si tutores. ff. Mandat. l. Lex quæ tutores. §. Ergo & domus, & ita tenet Meixia in sua Pragma. panis concl. 1. n. 72. de qua negligentia vtiq. Consiliarij ciuitatum onerari possunt, ad

33 ipsos, etiam quoque spectat, visitare horrea publica, & videre, an opus sit triticum vetus prius vendere, quam nouum, vel an opus sit triticum nouum cum veteri immisceri, vt sub velamento noui vendatur, & vetus, vt notatur in dict. l. 2. C. de Condit. in public. lib. 10. & ibi Platea, Bar. in l. 1.

l.1.C.eod.tit,lib.10.Francisc.Marcus decis. 541. nu. 3. Meixia in loco supra citato num.73.In fin.vbi licet ad tutores prædicta extendat; nihilominus ad dictos consiliarios, & alios
34 quoscunque administratorrs extendi posse arbitror; siquidem omnes tenentur administrare cautè, & summa cum diligentia ad instar diligentissimi patris familias,vt in l.à tutoribus,ff.de Administr.tuto. l.1. ff. de Tutel. & ratio. distrahe. & l.1.ff.de Contra. actio. tutel.& ob id dicitur, quod quilibet administrator tenetur de neglectis vt in l. à Procuratore, C. Mand.Sociu.Sen. consil.92.num. 7.in fin.lib.4.Bertaz. consil.crimin. 482.num.32.& seq.lib.2.Bursat.consil.123. nu.1.lib.2 Rimi. Iuni. consil.
35 52.num.132.& seq.lib.1.quo fit,vt dicti Consiliarij,alijq. Reipublicæ administratorrs, si ex ista visitatione horrei viderint: quod triticum aliquod corrumpatur, vel superabundet,eo, quod annus fertilis superueniat,debent illud inter incolas,& ciues secundum ratam patrimoniorũ diuidere eo adiecto: vt tantundem ex nouo reddant,vel eos compellere; vt illud emant, etsi eis necessarium non sit,ita vt per hunc modum pecunia veniat in communi pro necessitate Reipublicæ distribuenda,vt notant Bart.in l.1.C. Vt nemi. lice. ab empti.specie. se excusa.lib.10.qui dicit se practicasse, & consuluisse Perusij,& comprobatur,ex tex.in l.Quod sepe.§. veneni, ff.de Contrah. emp. l.Qui venenum,ff.de verb. significatione,& l.1.C.de Condit.in pub.hor. lib.10.vbi Bart.dicit menti tenendũ Mar. Mantua, Singul. 573. & Petr. Gerar.singul.79.Ripa de Peste. tit. de remed. ad confer, vberta. n. 145. cum seq.& nu.176.Put.de synd.verbo Iudicis supræma potestas,num.7. fol.219.Aufre.in decis.Tholos.446. Auiles qui alios refert in cap.17.Prætor.glo. à Razonables,nu.31. Tiber. Decian.2.tom.crimi.lib.7.cap.22.n. 23.Fran.Marc.decis.542. 1.par. Me-
36 xia de Pane,d.concl.1.num. 74. vbi dicit,quod hoc casu tam clerici, quã laici compelli possunt, vt triticum
37 nouum pro veteri reddant,& quidẽ hoc naturali rationi congruit, & in consciencia. Licet vt tradit Hostien. in summa de vsur.versic.in alijs autem casibus.Mascard.in tract.de Tratos y contratos, capit. de præstamo. versic.Mas no es justo, cum ex prouidentia Reipublicæ tempore necessitatis omnibus, tam clericis, quam laicis subueniatur.l. Secundo naturam,ff. de Reg. iur. minimè tamen compelli possunt Decuriones, hac non vrgente necessitate,vt triticum publici horrei ciuibus vilius vendãt quam comparatum est, ex text.in l. Non debere, ff.Ad municipalem, l.fin.ff.ad l.Iulia.de anno.l. Decuriones.ff.de Administra.re.ad ciuit.pertí. Et vbi in prædictis obseruandis dicti consiliarij,& Reipublicæ administratores negligentes fuerint merito in visita visitari poterint. Ete-
38 nim quando quis in rebus ponderosis notabilem negligentiam committit in maxima culpa dicitur esse.
39 Vt tradit Ioan. de Plat. in l. Penult. col.1 . C. de ann. & tribut. dolosus enim dicitur, qui negligit facere, quod facere tenetur,vt in l.Dolus,ff. Mandati.tenet Paris.consl.74. n.29. Menoch.de arbitra.casu.208. num. 35.Barça de decima.capit.2. numer. 138.

40 Quinto ex proxime dictis infertur,quod dicti Consiliarij,alijuè Reipublicæ administratores onerari possunt in visita de damnis ex ipsorum culpa,& negligentia in administratione contingentibus , veluti si negligentes fuerint in recuperandis creditis ciuitati debitis, & interim debitores effecti fuerint,non soluendo

do:talis enim debiti amissio ipsorum periculo adscribitur, vt in l. Si tutor constitutus, ff. de Administr. tuto. l. fi. §. item rescripserunt nominum. ff. de Administratio rerũ ad ciuit. perti. & in l. Nominia, C. arbitriũ tutelæ ibi, *Si idonea fuerunt tempore susceptæ tutelæ, & per latam culpam tutoris minus idonea tempore tutelæ esse cœperunt, Iudex, qui super ea re datus fuerit despiciet, & si palam dolo tutoris, vel manifesta negligentia cessatum est tutellæ iudicio damnum, quod ex cessatione accidisset pupillo præstandum esse statuere curabit.* Et hanc sententiam tenet Damauderius. de Tutore. cap. 7. num. 38. Socin. cons. 2. col. 2. lib. 1.

41 vbi in fine tenet, quod non solum administrator tenebitur de pecunia sua negligentia non recuperata, & amissa, verum & de ius legitimo interesse. Et licet prædicta iura loquantur de nominibus debitorum, quæ idonea erant tempore susceptæ tutellæ, idem est, quando dies solutionis cessit, & venit tempore, quo tutella durabat, & negligens fuit in illis recuperandis. Et rursus licet in tutore loquatur: tamen idem erit in quolibet alio administratore, cui incumbebat onus debita sui principalis recuperandi, quia iura, quæ in tutore loquuntur ad alios administratores similes extendi possunt, ex tex. singulari in l. 1. ff. de Contra. & vtil. actio. tutel. idq; tenet Bernard. Diaz. in reg. 219. verbo Ecclesia, vbi dicit, quod si Prælatus, prius est debita Ecclesiæ præscribi passus, & eius hæredes ad resarcionem damni tenebuntur, & cum sequitur Caualca. de tutor. num. 118. Et generaliter in omni administratore loquendo, idem tenet Cumanus consil. 24. col. 2. Flor. in l. Si quando nu. 217. C. Vnde vi. Baeça de decima. tuto. cap. 2. num. 10. cum seq. Ioan. Garcia. de expensis cap. 20. num. 16. & loquendo in maiordomo, vel Masario Reipublicæ, qui non racuperauit reliquatum suorum prædecessorum, idem tenet Bouadilla. libr. 5. capit. 4. numer. 79. Est igitur indubitata, iuris re-

42 gula, quod publici administratores, tenentur resarcire omnia damna, quæ ob eorum culpam Reipublicæ eueniunt iux. tex. in l. 1. C. de Periculo nominatorum, lib. 11. l. 80. §. 1. ff. de Legat. 2. l. 11. ff. de Vsur. adeo quod si publici administratores electi ab vniuersitate iniũctum munus suscipere supersederint, tenentur ad omnia damna, quæ propter hoc Reipublicæ eueniunt, l. Lucius Titius. ff. ad Municipal. & quamuis possint à tali nominatione appellare: verũ si frustratoriam interposuerint appellationem tenebuntur pariter de damno, quod interim Reipublicæ acciderit, l. 1. ff. si turor vel curator, l. 27. C. de Appella. l. 2. l. 18. C. de Decurio. lib. 10. l. 1. C. Sumptus iniuncti muneris, lib. 11. quare in hac ratione redditionis venit omne illud, quod administratores, & Officiales negligenter omiserunt, vt in l. 2. C. de Admi. Reipub. lib. 11. veluti si negligentes fuerunt in exigendis legatis relictis ciuitati, l. vlt. §. 2. ff. ad Municip. l. 1. C. de Periculo nominatorum. lib. 11. vel etiam si legatũ, vel fideicommissum debitum ab vniuersitate supersederint soluere tenentur etiam damnũ, quod Reipublicæ ex huiusmodi mora accidit resarcire l. 80. §. 2. ff. de Lega. 2. & in pluribus alijs casibus tenentur: de quibus in l. vlt. in principio. ff. de Administ. rer. ad ciuit. perti. l. 21. §. Paulus respondit, ff. ad municip. & latè apud Nichol. Losceum in tract. de Iure Vniuersita. par. 3. cap. vltim. num. 31. cum seq. vbi sub. num. 37. inquit

43 Inquit, quod si isti administratores tenentur de negligentia, multo magis tenebuntur de dolo, prout sic legitur in l. Magistratus, ff. de Administra. rerum ad ciuit. pertine. dicit, ibi tex. *Magistratus Reipublicæ non dolum solummodo, sed & latam negligentiã: hoc amplius etiã diligentiam debent.*

44 Vnde vt hanc doli, & negligentię materiã vnico verbo annectã dicendum erit, quod quilibet administrator, siue voluntarius, siue necessarius, siue à lege, siue ab homine datus, nõ solum de damnis suo dolo, verum de damnis sua negligentia onerandus, & visitandus est: vt resoluit Senatus Genuens. decis. 80. num. 4. Socin. cons. 2. num. 10 lib. 1. vbi dicit, quod administrator negligens, est peccati mortalis reus, idque firmauit Crauet. consil. 132. numer. 4. Et vbi ex
45 negligentia administratoris substantia administrata deterior facta fuerit, proculdubio talis administrator ab officio, & administratione remoueri poterit, vt pluribus fundamentis probat Crauet. dict. consil. 132. numer. 3. Neque id mirum cuique
46 videri debet: Rex siquidem negligens propter negligentiam potest priuari Regno, vt extollit, Iaf. in l. Eum qui, n. 4. C. de Procura. per not. in c. grãdi de supplend. negli. Prælat. & Conrad. in tẽplo iud. lib. 1. cap. 2. de Rege. §. 1. num. 4. fol. 99. Auil. in c. 6. Prætor. glo. A su costa, n. 6. fol. mihi 127. & sic legitur Imperatorẽ Venceslaũ ob eam causam fuisse per Principes, & Status Alamaniæ depositum ab Imperio, de voluntate summi Põtificis Bonifacij noni, vt refert Illescas in historia Pontificali lib. 6. cap. 9. fol. 37. col. 3.

47 Sexto non solum Consiliarij, & alij administratores onerantur in visita de damnis ex ipsorum negligentijs Reipublicæ, & ciuitati sequutis, vt proximè dictũ fuit, verũ, & visitari poterint, quoties debitoribus ciuitatis fecerint gratiam, aut remitterent debitũ, vel res ciuitatis, vniuersitatis, vel populi alicui dederint: siquidẽ vulgare est iuris axioma, ꝙ tutor, vel administrator donationẽ, largitionẽ, vel liberalitatẽ exercere non valet de rebus sui principalis, ex tex. in l. vlt. ff. de Curat. furios, l. Tutor ad vtilitatem l. Lucius. §. vltim. ff. de Administr. tuto. l. Pactum curatoris, C. de Pact. & ratio est, qui a donare est perdere, l. Fili⁹ familias, ff. de donatio, & in procuratore Cæsaris est tex. apert⁹, in l. 1. §. 1. ff. de Offi. procu. Cæsar ibi, *Si venditionis, transactionis, vel donationis causa, quid agit, nihil agit,* Et in syndico ciuitatis, & Reipublicæ prædicta sentẽtia probatur in l. prohibetur. §. plane, ff. ꝙ vi aut clã. ibi, *Quia etsi locorum publicorũ procuratio data est, concessio tñ data nõ est.* Et generaliter in quolibet administratore videtur, tex. in l. Sec⁹ furiosi, ff. de Manumissio, ibi, *Quia in administratore patrimonij manumissio nõ est,* & hãc sentẽtiã, & cõclusionẽ extẽdit Padill. in l. Preses. n. 11. C. de Trãsactio. dicẽs, ꝙ administrator ciuitatis cũ libera minime debitũ ciuitatis remittere potest, eo quod remittere, & donare idẽ est vt in l. Nesenius Apolloar §. si debitori, ff. ad l. falcid. ibi, *capere enim videtur, eo quod liberatur,* facultas enim donandi in tali mãdato nõ videtur concessa, idq. probat tex. in l. contra iuris ciuilis regulas, ff. de Pactis, accedit, quod dicit Ioan. de Plat. in l. Vacuaris, C. de Decurio. libr. 10. vbi subdit, ꝙ sicut administrator minorum non potest remittere debitũ liquidum, l. Pactum

niquas vicarius, & Baiulus dictæ Ciuitatis tenentur inuiolabiliter obseruare.

23 Syndici Ciuitatis Barcinone, qui titulo Ambasciatorum condecorātur ingrediunt in curias generales, & primo loco sedent, & prius loquuntur pro brachio regali.

24 Ciuitati magis populosæ, antiquæ, & matrici maior honor debetur, quā minus populosæ.

25 Prouincia Cathaloniæ in curijs Generalibus vti maior Prouincia, & magis antiqua tempore Christianorum præcedit Prouinciam Valentiæ.

26 Decuriones seu Consiliarij Ciuitatum, seu Vniuersitatum non possunt pecuniam publicā in suos vsus conuertere, vel mutuo accipere, nec in aliam vtilitatem transferre.

27 Administratores pecunias publicas in eorum vtilitatem conuertentes tenentur de vero dolo, & ad duplum, & in exilium condemnari possunt, simul cum restitutione totius emolumenti, quod ex tali pecunia perceperunt, quinimo, & in conscientia tenentur restituere illud, quod acquisierint cum tali pecunia publica, vt num. 28.

29 Pecunia deputata ad emptionem frumenti, non potest per Decuriones, aliosque Reipublicæ administratores minui, tangi, nec in alios vsus conuerti, aliàs ad restitutionem dupli tenentur.

30 Consiliarij, & Reipublicæ administratores non possunt frumentum in publicis horreis reconditum, in eorum vtilitatem conuertere, aliàs tenentur, ad damna, interesse, & in quadruplum, ac etiā incidunt in pœnam deportationis.

31 Consiliarij, & administratores Ciuitatum tenentur de tritico, quod vel corrumptum aquis, vel vermibus fuit demolitum, maxime si eum possent illud inter vicinos distribuere & non fecerunt.

32 Administratores Annonæ frumentariæ tenentur de negligentia, vbi domos, & horrea non inspexerint & sarta tecta domus frumentaria non habuerint.

33 Cōsiliarij, & administratores Reipublicæ debent visitare horrea publica, & videre an opus sit triticum vetus prius vendere, quam nouum, vel nouum cum veteri immisceri, vt sub velamento noui vendatur, & vetus.

34 Administratores omnes tenentur, cautè, & summa cum diligentia administrare aliàs de neglectis tenentur.

35 Consiliarij, & administratores annonæ frumentariæ, vbi viderint, quod triticum corrumpitur, vel annus fertilis superabundat debens illud inter ciues diuidere, vt tantundem ex nouo reddant, vel eos compellere,

vt illud emant, ita vt pecunia veniat in communi pro necessitate Reipublicæ distribuenda.

36 *Consiliarij Ciuitatum compellere possunt tam clericos, quam laycos, vt triticum nouum pro veteri reddat, & assignatur ratio num. 37.*

38 *Consiliarij, & alij administratores in rebus ponderosis negligentes, in maxima culpa, esse censentur.*

39 *Dolosus dicitur, qui negligit facere, quod facere tenetur.*

40 *Consiliarij, & Reipublicæ administratores, vbi negligentes fuerint, in recuperandis creditis ciuitati debitis, & debitores interim effecti fuerint non soluendo; talis debiti amissio ipsorum periculo adscribitur.*

41 *Administrator non solum tenetur, de pecunia sua negligentia non recuperata; verum, & de eius legitimo interesse.*

42 *Administratores publici tenentur resarcire omnia damna, quæ ob eorum culpam Reipublicæ euenerunt.*

43 *Administratores non solum tenentur de negligentia verum, & multo magis tenentur de dolo.*

44 *Administrator quilibet, siue voluntarius, siue necessarius, siue à lege, siue ab homine datus non solum tenetur de damnis suo dolo, verum de damnis sua negligentia sequutis.*

45 *Administrator vbi ex sua negligentia substantia administrata deterior facta fuerit, ab officio, & administratione remoueri potest.*

46 *Rex negligens propter negligentiam potest priuari regno.*

47 *Administrator Ciuitatis vel alterius populi non potest remittere debitum, nec res ipsius Ciuitatis, vel Vniuersitatis, quod & in tutore idē reperitur dispositum.*

48 *Decuriones non solum non possunt remittere debitum Vniuersitatis; verum, nec illud vltra tres menses prorogare.*

49 *Decuriones non possunt bona Vniuersitatis vendere, & alienare, absque debitis solemnitatibus.*

50 *Ex quæ solemnitates sint necessariæ.*

51 *Consiliarij Ciuitatum, & Vniuersitatum non possunt super bonis, & redditibus ipsius Ciuitatis, vel Vniuersitatis contrahere, nec illos emere, nec conducere, & assignatur ratio, num. 52.*

53 *Consiliarij Ciuitatum, & Vniuersitatum exigentes salarium, pro visitatione fontium, & nemorum in syndicatu tenentur.*

54 *Consiliarij, & Iurati vniuersitatum tenentur in eorum officijs residentiam personalem facere, aliter syndicantur.*

55 Decuriones, seu consiliarij non possunt aliquod officium acceptare, nec à ciuitate discedere sine licentia superioris aliàs puniuntur.

56 Ambasciatores non possunt mitti per Decuriones ad dominum Regem sine licentia Proregis.

57 In Cathalonia prædicta licentia non petitur, & ita fieri est assuetum.

58 Ambasciatori non creditur sine litteris suæ Ambasciatæ, nisi sit vir nobilissimus.

59 Ambasciatores, qui de mandato ciuitatis mittuntur, non debent ad ciuitatem reddire sine ipsius ciuitatis licentia.

60 Ambasciator illud præcipuè obseruare debet, quod ab instructione ciuitatis sibi tradita nullatenus recedat, alias si aliquid agit, vltra quam in instructione continetur, etiam si bene gerat, est puniendus, & ita fuit nouissime obseruatum num. 61.

62 Consiliarij Ciuitatum, & Vniuersitatuum tenentur custodire secretum de his, quæ in consilio geruntur, & tractantur.

63 Consiliari ciuitatis Barcinone tenentur, qualibet die veneris si feriata non fuerit, ire ad Regios carceres, ad effectum visitandi carceratos, & solicitè intendere pro illorum iustitia, & causarum expeditione; quod iure iurando in introitu officij facere, & adimplere promittunt.

64 Exhortatio ad Consiliarios ciuitatum, vt cautè, prudenter, & maturè in eorum officijs procedant, vt à visitationum molestijs se liberari valeant refertur.

QVONIAM hunc vsque dictum fuit de Magistratibus iustitiæ: congruè nunc sequitur, vt breui sermone pertractemus de Con-
1 siliarijs, Iuratis, alijsque administratoribus Ciuitatuũ, & Communitatuum, qui similiter obnoxij sunt huic censuræ Visitationis, vt notat. Ioseph. Cumian. in praxi de syndicat. cap. 8. num. 27. Nicolaus Losæus in tract. de iure Vniuers. part. 3. cap. vltim. numer. 1. Mastril. in tract. de Magistrat. lib. 6. cap. 8. numer. 106. & in terminis, Escobar. de ratioci-
2 nijs cap. 3. num. 10. Isti siquidem Consiliarij antiquitus Decuriones appellabantur, vt referunt. Titus Liuius lib. 1. ab vrbe condita. Pompo. Lætus lib. de Magist. in prin. & Sabellicus in Æned. lib. 6. fol. 84. vbi dicit; quod ante electionem Senatorum Romæ fuit facta quædam partitio in decurias, ex quibus fuerunt dicti Decuriones, sequitur Pisa. in curia lib. 1. cap. 11. nu. 1. Patricius de Republ. lib. 6. tit. 1. in fin. fol. 11. Dionys. Halicarnas. lib. 2. antiquitatum Romanorum pag. 182. & facit text. in l. 2. & ibi Cagnol. numer. 17. 22. & 25. ff. de orig. iur. Petr. Gregor. in lib. 3. de syntagm. iur. in cap. 18. nu. 3. tom. 1. & tom.
3 2. lib. 18. cap. 13. num. 2. & sequent. Defensores quoque ciuitatuum fuerunt nuncupati in rubr. C. de Defenso. ciuit. de quib⁹ latè loquitur Cassa. in cathal.

glor.

4 Glor. mundi par. 11. consid. 5. Eorum autem creatio antiquissima fuit obseruata etiã à Moys. vt legitur Numeri cap. 11. Qui cum solus non potuisset sustinere omne Populi onus Israel, quia graue erat, sibi dixit dominus ad eum ibi, *Elige septuaginta viros eorum, quos nostri, quod senes populi sunt, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, facies que tibi stare tecum, vt descendam, & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus Populi, & non tu solus graueris*, & Exodi. 19. ibi, *Venit Moyses, et conuocatis maioribus natu populi exposuit omnes sermones, quos mandauerat dñs.* Plura ad propositum tradit Camil. Borrell. in addit. ad Bellug. in Specul. Princip. rub. 1. litera B. vbi ex pluribus, quos allegat dicit in locum Decurionum antiquorum subrogatos esse consiliarios, & Antianos Ciuitatum, qui sunt deputati ad Reipublicæ administrationẽ, & gubernationem id ipsum not. Nicola. Lose. dict. tracta. de Iure vniuersi. 5 par. 1. cap. 3. num. 12. & 33. vbi, quod hodie Decuriones dicuntur consiliarij Ciuitatuum, aliarumq. communitatũ, & quod Principes Ciuitatis appellantur, ac ideo inre cautum est, quod ex 6 dignoribus, & ditioribus eligantur, l. ad subeunda, C. de Decurion. lib. 10. l. Honor. §. honor. ff. de Muner. & honor. Nec debitores Ciuitatis ad hoc munus eligi possunt ex tex. in l. 1. C. de Debit. Ciuit. lib. 11. Ioan. Franc. de Ponte in tract. de potestate Proreg. tit. 2. de abundantia Ciuitatis, §. 1. num. 13. late de his Bouadil. lib. 3. cap. 8. num. 2. 3. & 4. vbi pariter concludit horum consiliarorum creationem antiquissimam fore.

8 In hac autem nostra fidelissima ciuitate Barcinonæ vtique credendum est vetustissimã esse; Legitur enim apud Marquil. auctorem antiquum in vsatico, cũ dominus versic. Nota decimo. fol. 6. & & in vsatico Cequiam molendinorum versic. Nota sexto, fol. 215. Guillerm. de Vallesica in dict. vsatico cum dominus not. 13. cum seq. & Mich. Ferrer par. 1. 9 obserua. cap. 57. n. 4. Quod Ciuitas Barcinonæ fuit ædificata antequam Roma 460. annis, & ante aduentum Christi 10 752. annis. Qua de causa dicta Ciuitas vti caput Principatus Metropolis, po-11 pulosa, & antiqua, nec non & illius Cõsiliarij pluribus prærogatiuis, præhemi nentijs, ac honoribus gaudet, fruuntur, & potiuntur, inter quæ gaudent priuilegio magnatuum, virorum Illustrium, Titulatorum, & sic præcedunt Barones, Comites, & Marchiones, vt ex pluribus, quos allegat probat Bouadil. lib. 3. cap. 12 8. num. 20. Sicuti enim dicti viri Illustres, Titulati, & magnates, vti Regij consiliarij, collaterales domini Regis habent ius sedendi in scamnis tecto eapite: vt in auth. vt ab illustr. § secundo & notat. Mastril. in tract. de Magistra. lib. 4. cap. 6. num. 26. & cap. 13. num. 13. 13 134. & 167. Ita etiam Consiliarij nobilissimæ ciuitatis Barcinonæ sedent in scamnis, & capitib. tectis coram domino Rege pro vt ipse vidi, & innumeri ciues id viderunt in anno 1599. Quo 14 Serenissimus dominus Rex Philippus secundus recolendæ memoriæ publicè præstitit Iuramentum de obseruandis Constitutionibus Cathaloniæ, & priuilegijs eiusdem in platea S. Francisci dictæ Ciuitatis, vt refert Francis. Soler egregius Doctor, & Domicellus in suo ornatissimo discursu typis mandato sũ per repulsione nobilium à domo Ciuitatis §. 2. num. 1. fol. 19. & nouissimè don Didacus de Guzman Patriarcha Indiarum Regius Consiliarius in relatione vitæ Serenissimè Reginæ Margaritæ de Austria lib. 2. c. 2. fol. mihi 99. 15 Quod quidem iuramentum omnes Reges antecessores sui præstiterunt, sicut ipse cum Regia personali præsentia in eadem

eadem Ciuitate & salua omnium Regum successorum Regia clementia: illud quod præstare habet in dicta Ciuitate, tanquam antiquiore, & nobiliore vigore Regij priuilegij dictæ ciuita-
16 ti concessi per Serenissimum dominũ Regem Petrum indelebilis memoriæ 14. Kalend. Nouembris 1339. de quo & de ista singulari prærogatiua, quæ alteri Ciuitati non reperitur concessa, testatur Michael. Ferrer. Obseruat. part. 3. capit. 82. numer. 2. Habet etiam vlterius hæc Illustris Ciuitas innumerabilia alia priuilegia per serenissimos, ac
17 Catholicos Reges Aragonum sibi concessa ob plurima fidelissima, ac gratissima seruicia Regibus suis præstita, quorum vigore plura jura regalia obtinet; creat enim ciues honoratos, qui inter milites cõnumerantur, creat etiã Tabelliones, habet Armamentum, cudit monetam argenti, & aliam minutam, vt refert Anton. Oliba, in tractat. de jure fisci cap. 6. num. 44. & hodie, vt videmus, cudit monetam aurei; insu-
18 per quoque eligit Consules vltramarinos Ciuitatum Siciliæ, Neapolis, Genue, & aliarum, vt legitur in Constitution. 5. sub titul. de Priuilegis, y im-
19 munitats, pag. 57. Est deniq. in possessione pro defentione suorum ciuium exercendi processum soni æmissi extra Vicariam Barcinone, & exercendi represalias contra res, & personas de qualibet alia Vniuersitate, quæ compulit aliquem ciuem Barcinonensem soluere impositiones, seu gabellas cum per Regia priuilegia sint exempti, vt post Caliciuni, & alios late probat Cancer. part. 3. capit. 5. numer. 47. 48. & 49. vbi quod dicta possessio, seu quasi est per Regiam sententiam confirmata, & nedum dicti
20 ciues à solutione impositionum sunt immunes: verum, & à solutione decimarum, & primiciatum oliuarum, de quarum fructibus, nec etiam aliarum arborum, & fructibus vinearum non soluunt decimas nec primicias; sicuti, nec de leguminibus, quæ seminantur in vineis Barcinone aliqua decima, vel primicia præstant, vt legitur in priuilegio Regis Petri secundi. Dat. Barcinone 3. Idus Ianuarij 1283. capit. 37. & 38. inserto in 2. volu. Constitutionum fol. 23. vbi enumerantur centum, & sexdecim priuilegia plurimum immunitatum, quæ mirum in modum illustrant ciuium Barcinonensium munificentiam, & nobilitatem. Demum
21 dicti Consiliarij habent territorium vsque ad furcas lapideas, & terminos ciuitatis vt inquit Mier. part. 3. collat. 10. fol. 7. numer. 21. & 22. & in criminabilibus Proceres Barcinone, & ciues iudicant homines, vt in capit. 42.
22 dicti priuilegij Regis Petri secũdi, eisdemq. Consiliarijs etiam tributa est facultas, & potestas q. pro bono, & tranquillo statu ipsius Ciuitatis, & Reipublicæ possint, & valeant in dicta Ciuitate, & suis terminis banna, & ordinationes cum pænis pecuniarijs, & corporalibus, veluti membrorum mutilatione, & morte, siue vltimo supplicio facere, & ordinare quas Vicarij, & Baiali postquam editæ, & ordinatæ fuerint tenentur inuiolabiliter obseruare: prout sic legitur in priuilegio Regis Iacobi secundi Dat. Tarraconæ 10. kalendas Februarij 1319. etiã inserto in secundo volum. Constitutu
23 sub tit. de Statuts, p. 29. Tandẽ dicta ciuitas ingreditur curias generales, in ipsisq. Sindici ipsius, qui titulo Ambasciatorum condecorantur, quando ad dominum Regem mittuntur iuxta priuilegium Serenissimi Regis Ferdinandi Dat. Oceanæ decimo tertio Dezembris 1498. primo loco sedent, & prius loquuntur pro brachio Regali, idque iustè permittitur,
24 Nam ciuitati magis populosæ, antiquæ, & matrici, seu Metropolicæ, maior honor debetur, quam minus populosæ iuxt. text. in l. Omnis, C. Vt digni ordo
seruetur,

teruerunt.l.Vnicuiq.C.de Proxim.sacrorum scrin.lib.12.l.Semper.ff.de Iure
immunitatis,cap.1.de priuileg.& cōfert sapientis dictū Ecclesiastes.c.14.
In multitudine populi gratia subiectorum,in paucitate plebis igno-
25 *minia Principis*. Et ideo in curijs
generalibus Prouinciæ Cathaloniæ
vti maior populosa, maior Prouincia,& magis antiqua tempore christianorum præcedit Prouinciam Va
lentiæ,pro vt sic fuit iudicatum, per
dominum Regem Petrum, vt refert
Bellug. in Specul. Princip.rubr.6.n.
24.licet ibi vti Valentinus videatur
contrarium oppugnare,sed standum
est Regiæ declarationi,quæ facit ius,
& pro veritate habetur:vt in capit. si
sæpiꝰ,d in integr. restit.postul.l. Papinianus.§.fin.ff.de Inoffic.testam.l.
Ingenuum,ff.de statu hominum,l.2.
C.de Fund.limit.lib.11.Verum a diuerticulo ad iter inceptum redeuntes
dicendum est vnumquemq. Consiliarium,Iuratum,aliumve Reipublicæ ciuitatis, cuiuscunq. Vniuersitatis Administratorem teneri,& obligatum fore rationem suæ villicationis reddere,iuxta Euangelij dictum
de quo habetur in cap. qualiter, &
quando,extra de accusationibus,latæ
Roland.à Valle conf.49.per tot. vol.
primo,in qua ratione reddenda de in
frascriptis inter alia onerari,visitari,
& syndicari possunt.
26 Et primo Decuriones, seu Consiliarij,alijq. administratores cuiuscunque ciuitatis,seu Vniuersitatis non
possunt pecuniam publicam in suos
vsus conuertere,vel mutuo accipere,
nec in aliam vtilitatem transferre,
l.Minimè,C.de Suscep.& archa.libr.
10,& ibi hoc notat Ioann.de Platea.
Nec cum ea negociari sicuti scripserunt idem Platea in l.Comperimus,
C.de Naulcular. lib.11.Paris.de Puteo in tracta.de syndicatu in verbo

Syndicantur etiam Officiales,fol.34.
& facit tex. in l. Parhippum, & ibi
idem Platea,C.de Cursu publico,lib.
12,post.Ioan.Vrget. in suo Enchiridion.fol.70.col.2.Auendany.in cap.
14. Prætor.2.part.num.3.Auiles in
cap.15.Iudicum syndicat.glo. Cuēta
27 nu.4.fol.mihi 278.Administratores
enim qui pecunias publicas in propriam vtilitatem conuertunt,de vero dolo conuincūtur ex tex.in l.Qui
fundum.§. si tutor, ff. Pro emptore
Crauet.consil.433.num.19.Vincent.
Hondede.conf.82.n.23.Decius conf.
192.in fine. Ac ideo ratione istius doli,& fraudis hac in re commissi possunt administratores ad duplum, &
in exilium condemnari simul cum
restitutione totius emolumēti,quod
ex tali pecunia publica perceperunt,
quod eidem Reipublicæ, & Ciuitati
debet applicari: vt ex pluribus, quos
allegat probat.Bouadil.lib.5. cap. 4.
n.81.& facit dictum Angeli de Aretino in §. sunt præterea Institu.de
pub.iud.vbi tenet,quod si quis habet
aliquam administrationem publicā,
& ex ea aliquid in suum vsum conuertit incidit in pœnam tertiæ partis.Latè super his Auiles in cap. 45.
Prætor.glo.Ni tomar.Mexia de Pane.conclu.1.n.67.& 68.Ripa de Peste,tit.de Remedijs ad conser. vber.
num.14.cum seq.Quinimo,& in proposito dixit Platea.in l.1. C.de Auro
28 publico persequendo. Quod isti administratores,& massarij Reipublicæ
in conscientia tenentur ad restitutionem eius,quod acquisierint cum tali
pecunia publica, & eum sequitur
Auendany. de exeq. mand.d.2. par.
cap.14.num.3.
29 Secundo sicuti dictis Consiliatijs,
& administratoribꝰ Reipublicæ prohibitum est,pecunias publicas in suos
vsus conuertere, vt dictum est, eadē
ratione pecunia deputata ad emptionem frumenti non possunt minui,

nec

nec in alios vsus conuerti, aliàs in duplum tenentur tex. est & ibi, Bart. & Ioan. de Plat. in l. 2. C. de Frum. vrb. consl. lib. 11. Est enim huiusmodi pecunia ad ēptionem frumenti deputata, admodum priuilegiata, etenim licet aliquando licitum sit ex publica pecunia ad vnum effectum destinata in alium ex causa publicæ vtilitatis conuertere, vt not. Plat. in l. vnica in fin. C. de Expen. ludor. lib. 11. quem ad hunc propositum refert, & sequitur Bouad. lib. 3. cap. 3. nu. 30. Veruntamen pecunia ad emptionem frumenti constituta, solummodo ad illū effectum tantum parata esse debet, adeo, quod non licet minui, tangi, nec in alios vsus, etiam Reipublicæ necessarios conuerti, vt in auth. de Collatorib. §. Ciuitatum coll. 9. l. 2. §. fin autem, ff. de Administr. rer. ad ciuit. perti. d. l. 1. & 2. & ibi Plat. C. de Frum. vrb. constāt. lib. 11. idem Plat. in l. fin. C. de His, qui ex publi. collatio. lib. 10. & in l. 3. C. de Condit. in public. horreis, eod. lib. Auiles in cap. 17. Prætor. glo. à Razonables, nu. 39. fol. 170. & in cap. 45. glo. Ni tomar. Auendan. in cap. 24. Præt. numer. 3. Petr. Greg. de syntagma. iur. 3. part. lib. 16. cap. 30. num. 17.

30 Tertio isti consiliarij, & administratores vbi frumentum in horreis reconditum, vel pecuniam ex illo processam in suas vtilitates cōuerterint ex eo visitari potuerint, ex tex. in l. nulli. C. de Conditis in pub. horreis. lib. 10. vbi habetur, quod nullus debet in suam vtilitatem conuertere species in horreis publicis reconditas: quia aliàs deportabitur & id latè not. Ripa de Peste. tit. de Remed. ad Conseru. vber. nu. 14. cum seq. Platea in l. 1. C. de His, quæ ex public. collation. lib. 10. per tot. tit. & tit. ff. ad l. Iul. de annon. Meixia de Pane, concl. 1. num. 67. & seq. fol. 22. Borgo. Caualca, decis. 37. num. 10. & 33. vbi subdit, quod administrator conuertens frumentum in eius vtilitatem dicitur prædo, & tenetur ad damna, & interesse, & potest contra eum iurari in litem, nec non tenetur ad residuum in quadruplum, vnde. Auil. dict. cap. 45. glo. Ni tomar, fol. mihi 241. inquit ibi prope finem; caueant ergo Officiales, qui habent custodire frumentum in publicis horreis reconditis, ne occultè conuertendo in suos vsus incidant in dictam pœnam deportationis.

31 Quarto tenentur dicti Consiliarij, & Administratores Annonæ, de tritico, quod vel corruptum aquis, vel à vermibus fuit demolitum, maximè si cum possent illud inter vicinos distribuere, hoc non fecerunt; ad curam autem ipsorum spectat prospicere ne frumentum deuastetur, seu pluuijs cadentibus corrumpatur, vt in l. 2. C. de Condi. in publ. horeis. vbi dicit

32 Bart. quod administrator, siue susceptor, & depositarius est in magna culpa, & negligentia, si domos, & horrea non inspexerit, & sarta tecta domus frumentariæ non haberit, in tantum, vt neq. excusari possit si dicat, quod habuit factorem idoneum pro dicto posito administrando, sarta enim tecta essent, nec ne per se ipsum inspicere debuit, nec alij hoc committere licuit, vt in tutore minoris cauetur in l. si Procuratorem, §. Si tutores. ff. Mandat. l. Lex quæ tutores. §. Ergo & domus, & ita tenet Meixia. in sua Pragma. panis concl. 1. n. 72. de qua negligentia vtriq. Consiliarij ciuitatum onerari possunt, ad

33 ipsos, etiam quoque spectat visitare horrea publica, & videre, an opus sit triticum vetus prius vendere, quam nouum, vel an opus sit triticum nouum cum veteri immisceri, vt sub velamento noui vendatur, & vetus, vt notatur in dict. l. 2. C. de Condit. in public. lib. 10. & ibi Platea, Bar. in. l. 1.

l.1.C.eod.tit,lib.10.Francisc.Marcus decis. 541. nu. 3. Meixia in loco supra citato num.73.in fin.vbi licet ad tutores prædicta extendat; nihilominus ad dictos consiliarios, & alios
34 quoscunque administratores extendi posse arbitror; siquidem omnes tenentur administrare cautè, & summa cum diligentia ad instar diligentissimi patris familias,vt in l.à tutoribus,ff.de Administr.tuto. l.1. ff. de Tutel. & ratio. distrahe. & l. 1.ff.de Contra. actio. tutel.& ob id dicitur, quod quilibet administrator tenetur de neglectis vt in l. à Procuratore, C.Mand.Socin.Sen.consil.92.num. 7.in fin.lib.4.Bertaz.consil.crimin. 482.num.32.& seq.lib.2.Bursat.con sil.193. nu.1.lib.2 Rimi. Iuni. consil.
35 52.num.132.& seq.lib.1.quo fit,vt dicti Consiliarij,alijq. Reipublicæ administratores, si ex ista visitatione horrei viderint: quod triticum aliquod corrumpatur, vel superabundet,eo, quod annus fertilis superueniat,debent illud inter incolas,& ciues secundum ratam patrimoniorũ diuidere eo adiecto: vt tantundem ex nouo reddant,vel eos compellere, vt illud emant; etsi eis necessarium non sit,ita vt per hunc modum pecu nia veniat in communi pro necessitate Reipublicæ distribuenda,vt notant Bart.in l.1.C. Vt nemi. lice. ab empti.specie. se excusa.lib.10.qui dicit se practicasse, & consuluisse Perusij,& comprobatur,ex tex.in l.Quod sepe.§. veneni, ff.de Contrah. emp. l.Qui venenum,ff.de verb. significatione,& l.1.C.de Condit.in pub.hor. lib.10.vbi Bart.dicit menti tenendũ Mar. Mantua. Singul. 573. & Petr. Gerar.singul.79.Ripa de Peste. tit. de remed. ad conser. vberta. n. 145. cum seq.& nu.176.Put.de synd. ver bo Iudicis supræma potestas,num.7. fol.219.Aufre.in decis.Tholos.446. Auiles qui alios refert in cap.17.Prætor.glo. à Razonables,nu.31. Tiber. Decian.2.tom.crimi.lib.7.cap.22.n. 23.Fran.Marc.decis.542. 1.par. Me-
36 xia de Panc.d.concl.1.num. 74. vbi dicit,quod hoc casu tam clerici, quã laici compelli possunt; vt triticum
37 nouum pro veteri reddant,& quidẽ hoc naturali rationi congruit, & in conscientia.Licet vt tradit Hostien. in summa de vsur.versic.in alijs autem casibus.Mascard.in tract.de Tratos y contratos, capit. de præstamo. versic.Mas no es justo, cum ex prouidentia Reipublicæ tempore necessitatis omnibus, tam clericis, quam laicis subueniatur.l. Secundo naturam,ff. de Reg. iur. minimè tamen compelli possunt Decuriones, hac non vrgente necessitate,vt triticum publici horrei ciuibus vilius vendãt quam comparatum est, ex text.in l. Non debere, ff.Ad municipalem, l.fin.ff.ad l.Iulia.de anno.l. Decuriones,ff.de Administra.re.ad ciuit.perti. Et vbi in prædictis obseruandis dicti consiliarij,& Reipublicæ administratores negligentes fuerint merito in visita visitari poterint. Ete-
38 nim quando quis in rebus ponderosis notabilem negligentiam committit in maxima culpa dicitur esse.
39 Vt tradit Ioan. de Plat. in l. Penult. col.1 . C. de ann. & tribut. dolosus enim dicitur, qui negligit facere, quod facere tenetur,vt in l.Dolus,ff. Mandati.tenet Paris.consil.74. n.29. Menoch.de arbitra.casu.208. num. 35.Bacça de decima.capit.2. numer. 138.
40 Quinto ex proxime dictis infertur,quod dicti Consiliarij,alijuè Reipublicæ administratores onerari possunt in visita de damnis ex ipsorum culpa,& negligentia in administratione contingentibus, veluti si negligentes fuerint in recuperandis creditis ciuitati debitis, & interim debitores effecti fuerint,non soluendo

do:talis enim debiti amissio ipsorum periculo adscribitur, vt in l. Si tutor constitutus, ff. de Administr. tuto. l. fi. §. item rescripserunt nominum. ff. de Administratio rerũ ad ciuit. perti. & in l. Nominia, C. arbitriũ tutelæ ibi, *Si idonea fuerunt tempore susceptæ tutelæ, & per latam culpam tutoris minus idonea tempore tutelæ esse cæperunt, Iudex, qui super ea re datus fuerit despiciet, & si palam dolo tutoris; vel manifesta negligentia cessatum est tutellæ iudicio damnum, quod ex cessatione accidisset popillo præstandum esse statuere curabit.* Et hanc sententiam tenet Damauderius. de Tutore. cap. 7. num. 38. Socin. cons. 2. col. 2. lib. 1.
41 vbi in fine tenet, quod non solum administrator tenebitur de pecunia sua negligentia non recuperata, & amissa, verum & de ius legitimo interesse. Et licet prædicta iura loquantur de nominibus debitorum, quæ idonea erant tempore susceptæ tutellæ, idem est quando dies solutionis cessit, & venit tempore, quo tutella durabat, & negligens fuit in illis recuperandis. Et rursus licet in tutore loquatur: tamen idem erit in quolibet alio administratore, cui incumbebat onus debita sui principalis recuperandi, quia iura, quæ in tutore loquuntur ad alios administratores similes extendi possunt, ex tex. singulari in l. 1. ff. de Contra. & vtil. actio. tutel. idq. tenet Bernard. Diaz. in reg. 219. verbo Ecclesia, vbi dicit, quod si Prælatus passus est debita Ecclesiæ præscribi ipse, & eius hæredes ad refarcionem damni tenebuntur, & cum sequitur Caualca. de tutor. num. 118. Et generaliter in omni administratore loquendo, idem tenet Cumanus. consil. 24. col. 2. Plot. in l. Si quando nu. 217. C. Vnde vi. Baeça de decima. tuto. cap. 2. num. 10. cum seq. Ioan. Garcia. de expensis cap. 20. num. 16. & loquendo in maiordomo, vel Masario Reipublicæ, qui non racuperauit reliquatum suorum prædecessorum, idem tenet Bouadilla. libr. 5. capit. 4. numer. 79. Est igitur indubitata, iuris re-
42 gula, quod publici administratores, tenentur resarcire omnia damna, quæ ob eorum culpam Reipublicæ eueniunt iux. tex. in l. 1. C. de Periculo nominatorum, lib. 11. l. 80. §. 1. ff. de Legat. 2. l. 11. ff. de Vsur. adeo quod si publici administratores electi ab vniuersitate iniũctum munus suscipere supersederint, tenentur ad omnia damna, quæ propter hoc Reipublicæ eueniunt, l. Lutius Titius. ff. ad Municipal. & quamuis possint à tali nominatione appellare: verũ si frustratoriam interposuerint appellationem tenebuntur pariter de damno, quod interim Reipublicæ acciderit, l. 1. ff. si tutor vel curator, l. 27. C. de Appella. l. 2. l. 18. C. de Decurio. lib. 10. l. 1. C. Sumptus iniuncti muneris, lib. 11. quare in hac ratione redditionis venit omne illud, quod administratores, & Officiales negligenter omiserunt, vt in l. 2. C. de Admi. Repub. lib. 11. veluti si negligentes fuerunt in exigendis legatis relictis ciuitati, l. vlt. §. 2. ff. ad Municip. l. 1. C. de Periculo nominatorum: lib. 11. vel etiam si legatũ, vel fideicommissum debitum ab vniuersitate supersederint soluere tenentur etiam damnũ, quod Reipublicæ ex huiusmodi mora accidit resarcire l. 80. § 2. ff. de Lega. 2. & in pluribus alijs casibus tenentur: de quibus in l. vlt. in principio, ff. de Administ. rer. ad ciuit. perti. l. 21. §. Paulus respondit, ff. ad municip. & latè apud Nichol. Losetum in tract. de Iure Vniuersita. par. 3. cap. vltim. num. 31. cum seq. vbi sub num. 37.

inquit

43 Inquit, quod ſi iſti adminiſtratores
tenentur de negligentia, multo magis
tenebuntur de dolo, prout ſic legitur in l.Magiſtratus, ff.de Adminiſtra. rerum ad ciuit.pertine. dicit, ibi tex. *Magiſtratus Reipublicæ non dolum ſolummodo, ſed & latam negligentiã: hoc amplius etiã diligentiam debent.*

44 Vnde vt hanc doli,& negligentiæ materiã vnico verbo annectã dicendum erit,quod quilibet adminiſtrator,ſiue voluntarius,ſiue neceſſarius, ſiue à lege, ſiue ab homine datus,nõ ſolum de damnis ſuo dolo,verum de damnis ſua negligentia onerandus, & viſitandus eſt:vt reſoluit Senatus Genuenſ. decif. 80. num. 4. Socin. conſ.2.num.10 lib.1.vbi dicit, quod adminiſtrator negligens, eſt peccati mortalis reus, idque firmauit Cra-
45 uet.conſil. 132. numer. 4. Et vbi ex negligentia adminiſtratoris ſubſtantia adminiſtrata deterior facta fuerit,proculdubio talis adminiſtrator ab officio,& adminiſtratione remoueri poterit,vt pluribus fundamentis probat Crauet. dict. conſil. 132. numer. 3. Neque id mirum cuique
46 videri debet: Rex ſiquidem negligens propter negligentiam poteſt priuari Regno,vt extollit, Iaſ.in l. Eum qui,n.4.C.de Procura.per not. in c.grãdi de ſupplend.negli.Prælat. & Contrad.in tẽplo iud.lib.1.cap.2. de Rege.§.1.num.4.fol.99. Auil. in c.6.Prætor.glo.A ſu coſta,n.6.fol.mihi 127.& ſic legitur Imperatorẽ Venceſlaũ ob eam cauſam fuiſſe per Principes,&Status Alamaniæ depoſitum ab Imperio de voluntate ſummi Põtificis Bonifacij noni, vt refert Illeſcas in hiſtoria Pontificali lib. 6,cap. 9.fol.37.col.3.

47 Sexto non ſolum Conſiliarij, & alij adminiſtratores onerantur in viſita de damnis ex ipſorum negligentijs Reipublicæ,& ciuitati ſequutis, vt proximè dictũ fuit,verũ,& viſitari poterint, quoties debitoribus ciuitatis fecerint gratiam,aut remitterent debitũ,vel res ciuitatis, vniuerſitatis,vel populi alicui dederint: ſiquidẽ vulgare eſt iuris axioma, ꝙ tutor, vel adminiſtrator donationẽ, largitionẽ, vel liberalitatẽ exercere non valet de rebus ſui principalis,ex tex.in l.vlt.ff.de Curat.furios, l.Tutor ad vtilitatem l.Lucius.§.vltim,ff. de Adminiſtr.tuto.l.Pactum curatoris,C.de Pact.& ratio eſt,quia donare eſt perdere,l.Filiꝰ familias,ff.de donatio.& in procuratore Cæſaris eſt tex.apertꝰ,in l.1.§.1.ff.de Offi.procu. Cæſſar ibi, *Si venditionis,tranſactionis,vel donationis cauſa,quid agit,nihil agit*, Et in ſyndico ciuitatis, & Reipublicæ prædicta ſentẽtia probatur in l.prohibetur.§.plane, ff. ꝙ vi aut clã.ibi, *Quia etſi locorum publicorũ procuratio data eſt, conceſsio tñ data nõ eſt*.Et generaliter in quolibet adminiſtratore videtur, tex.in l.Secꝰ furioſi,ff.de Manumiſſio,ibi, *Quia in adminiſtratore patrimonij manumiſsio nõ eſt*, & hãc ſentẽtiã,& cõcluſionẽ extẽdit Padill. in l.Preſes.n. 11. C.de Trãſactio.dicẽs,ꝙ adminiſtrator ciuitatis cũ libera minime debitũ ciuitatis remittere poteſt,eo quod remittere, & donare idẽ eſt vt in l.Neſenius Apolinar .§.ſi debitori,ff.ad l.falcid.ibi, *capere enim videtur, eo quod liberatur*, facultas enim donandi in tali mãdato nõ videtur conceſſa, idq. probat tex.in l.contra iuris ciuilis regulas, ff. de Pactis, accedit,quod dicit Ipan.de Plat.in l.Vacuatis,C.de Decurio. libr. 10.vbi ſubdit,ꝙ ſicut adminiſtrator minorum non poteſt remittere debitũ liquidum, l. Pactum

emere, nec conducere, nec partem aliquã in illis habere: hoc enim illis prohibitum ad instar tutatorũ & curatorũ, qui similiter bona minorum emere, nec conducere possunt tex. est & ibi glo. in l. Cũ ipse, C. de cõtrah. emptio. l. Non licet, & l. Si in emptione § tutor. ff. eod. l. 2 §. quod quis, ff. de Administr. rer. ad ciuit. pertinen. l. Curialis, C. locati. l. Si quis procurationem, C. de Decurio. lib. 10. Petr. Greg. de Syntagm. iur. 2. p. lib. 18. c. 14. n. 12. Auil. in cap. 32. Prætor. glo. Officiales, fol. mihi 217. Absurdum
52 enim esse, quod ipsi Consiliarij, qui sunt venditores, & locatores rerũ publicarũ, simul vtiq. essent emptores, & cõductores illarũ: hæc enim vti incompatibilia simul in vno, & eodem subiecto stare nõ possũt l. fi. §. fi. ff. pro emptore. l. si ancillã, ff. Pro suo. Arist. 4. & 8. Phys. & Metaphys. ac proinde vti fieri prohibita pro similibus contractis iure syndicari potuerint.

53 Nono quia isti Consiliarij, & Decuriones solent quãdoq. visitare pascua syluas, & nemora ciuitatis, vel oppidi, fontes, quoq. & ædificia ipsius ad ea reparanda: oportet ideo scire, quod ratione istius visitationis, & accessus, nõ possunt exigere salarium, vt not. Philip. Franch. in cap. statutũ §. Assessorẽ de rescrip. n. 6. Guiller. Bened. in c. Raynuntius, verbo Si absq. liberis in 1. nu. 31. in fin. 2. part. de testam. Auend. in cap. 4. Prætor. n. 46. vers. imo. Baeça de decima. tutor. cap. 1. num. 30. fol. 5. Mexia de Pane. conclu. 1. glo. 1. n. 68. 69. & 70. & Guid. Pap. decis. 68. vbi refert ita fuisse iudicatum, ac ideo vbi salariũ pro istis visitationibus exigerint vtique visitari potuerint.

54 Decimo tenentur dicti Consiliarij, Iurati, & alter eorum personalẽ residentiam facere in eorum officijs, & assiduè accedere ad domum Consilij diebus solitis, & assuetis, aliter autem vbi in his deficerent, vel tardius quam oporteret ad domum, seu consistorium consilij venire distulerint vtiq. pro hac negligentia, quæ dissoluta foret visitari, & in salario mulctari possent ad tex. in l. 1. vbi Bart. C. Si curial. relict. ciuit. lib. 11. cap. vt animarũ de const. in 6. c. à nobis. de sentent. excõmuni. Pisa. in curia. lib. 1. c. 7. & ibi Azeued. lib. 2. c. 18. n. 3. Gironda de Gabellis 1. p. n. 30. Bouaciad. lib. 3. c. 7. n. 61. & Petr. Grego. de Syntag. iur. 3. p. lib. 47. c. 25. n. 11. & seq. ciuitatis enim munera subeunt, & publicas implere cogũtur functiones dicit tex. in l. ad subeunda, C. de Decurion. lib. 10. diligenter ideo administrationi rerum publicarũ studere, & vacare debẽt tex. est in const. de pace cõstãtiæ. Ibi etiã Bal. in verb.
55 Contra ciuitatem. Et obid. tanquam ascripti glebæ non possunt aliquod officium acceptare, nec a ciuitate discedere, sine licentia superioris, tex. est in l. 1. ff. de Decurionibus, ibi, *Decuriones, quos sedibus ciuitatis, ad quam pertinet relictis, in alia loca transmigrasse probabitur, præces Prouinciæ reuocare in patrium solum, & muneribus congruentibus fungi curet*, l. Si quis Decurio. C. de Decurion. libr. 10. ibi, *Si quis Decurio, vel propriæ rei causa, vel Reipublicæ cogatur nostrum adire commitatum: is non ante discedat, quam insinuato Iudici desiderio proficiscendi licentiam consequatur. Quod si pro sua audatia parui aliquis hanc fecerit iussionem indignationem competentem sortiatur*, & facit, l. Dumuirũ 53. C. eod. tit. & ibi Bar. subdens, quod Magistratus municipales nõ debẽt exire municipiũ Francis.

ne ciuitatis sibi tradita nullatenus recedat, aliàs si aliquid agit vltra quã in instructione continetur, etiam si bene gerat est puniendus, vt est tex. in l. 3. §. in bello, ff. de Re milit. & notantlo an. de Plat. in l. Seruum. vers. Secundo nota, nu. 1. C. de Delato. lib. 10. Barb. in cap. prudentiam, de Officio delegat. in 6. & Auil. in d. c. 54. glo. Ha de hazer, n. 1. prouer secundũ hanc opinionem fuerunt in hac ciui
61 tate in dicto anno. 1623. puniti arbitrarie aliqui ex dictis Ambasciatoribus per Consiliarios & Consiliũ dictæ ciuitatis eo prætextu, quod à contentis, & expressis in instructione recesserunt.

62 Duodecimo tenentur dicti Consiliarij ciuitatum obseruare secretũ de hijs, quæ in Consilio ciuitatis tractãtur, de cuius violatione visitari poterint, ad tradita per Beatũ Arch. Florent. in 1. p. tit. 4. c. 8. de consilio. § 4. vbi ait, q̃ ea, quæ tractãtur in consilijs alicuius ciuitatis, vel vniuersitatis, debent esse occulta: quia aliàs scãdala multa possunt oriri, & quod indè male, faciunt qui talia reuelant, & qui querunt ea ab ipsis sim Auil. in prohem. capitulorũ Prætorũ, verbo Acordado, n. 14. & in c. 44. glo. Se falga, post Plat. in rub. C. de Decurio, lib. 10. Cepol. consil. crimin. 39. n. 26. cũ seq. Auend. in cap. 2. Prætor. n. 25. in princip. Pita in curia lib. 3. c. 1. in princi. & ibi Azcued. in addit. ad eũ Marc. Anton. de Camos in sua micro cosmia 2. p. dialog. 2. p. 28. col. 2. qui maximopere reprehendit eos, qui huiusmodi secreta reuelaut.

63 Decimo tertio nostri consiliarij ciuitatis Barcinone tenẽtur quolibet die veneris si feriata non fuerit sin minus die sequenti nõ feriata, ire ad Regios carceres dictæ ciuitatis vna cũ Regio vicario, vel subuicario, & ibi visitare dictos carceres, & carceratos, & de ipsorum causis, & statu illarũ ab ipsis carceratis se informare, intelligere, & solicite intendere pro illorum iustitia, & causarum expeditione, & pro prædictis obseruandis iuramentum in ingressu sui regiminis in præsentia centum iuratorum dictæ ciuitatis, & apud dictum Regium vicarium præstare tenentur, vt habetur in prag. Regia Petri 3. Dat. Montissonis 11. Marcij 1368. in 2. vol. const. sub tit. de Offici de Concellers, p. 51. opus quidẽ præclare, & sanctissimũ si cũ effectu ad exequutionẽ perducitur, nõ minus à Dno præmiũ tribuitur, quã cælestis gloria sempiterna iux illud Matthæ. 25. *Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis Regnũ, in carcere eram, & venistis ad me.*

64 Tandem, vt huic capiti finem imponamus, dicendum est, quod quamuis isti Decuriones, seu Consiliarij maximam habeant potestatem, & auctoritatem circa regimen, & administrationem rerum publicarum vt dicit glo. in l. 3. in verbo, Ordo, ff. Quod cuiusq. vniuers. no. Nihilominus eos admonendos censui, vt à molestijs visitationum liberentur, quod in rebus, & negotijs publicis maximè arduis, cautè, prudẽtèr, & maturé procedãt nõ velo leuato, & persuasoriè, vt not. Rolãd. à Vall. cons. 90. n. penul. & vlt. vol. 1. Castren. in l. 22. §. præter hæc, num. 4. ff. de Petit. hęred. Aduertantq. diligẽter, vt eorũ reformationes, & decreta sint honesta, iusta, & rationabilia, aliàs non valerent Ozasc. decis. 17. n. 8. & 11. & non sint ambitiosa, & ad æmulationẽ facta, quia possunt rescindi, cassari, & reuocari, l. Ambitiosa, ff. de Decret. ab ordi. facieñ. Marc. decis. 800. num. 2. vol. 1. Bart. in l. 12. num. 2. & vlt. C. de Trãslatio. caueãt etiã dicti cõsiliarij, vt quãdo in vniuersitate, seu cõsilio aliquid dãnosum, & illicitũ testatur

vt expresse contradicāt aliàs ita inuoluuntur pœna delicti, quemadmodum consentientes, Iaf. in l. Quæ dotis, num. 89. ff. Sol. matrim. Marcus decis. 961. per tot maximè, nu. 3. vol. 1. Et deniq. vt optimè sciant qualiter propter negligentiam teneantur, et ad quid sunt obnoxiv; trum dumtaxat de dolo, an vero etiam de lata culpa, leui, & leuissima, videāt Ozasc. decis. 109. num. 7. & 8. Borgon. Caualca. decis. 37. num. 12. 14. 19. & 20. cum plurib. sequent. & decis. 320. nu. 22. fol. 292. & ab omnibus istis culpis se abstineant, & sic rectissimè in eorum officijs procederent.

(§)

CAPT XXIII.

DE EROGATIONE BONORVM PVBLICORVM CIVITATVVM, ET VNIVERSITATVVM, ILLORVMQ. ratione reddenda.

SVMMARIVM.

1 *BONORVM Publicorum vniuersitatuum erogatio illorumq. rationum redditio, ad syndicatus, seu visitationis materiā pertinet.*

2 *Administratores Reipublicæ, aliquando solent publicas peccunias, redditus, & emelumenta Ciuitatum in ipsorum dispendium erogare, quandoque, etiam in eorum propriam vtilitatem conuertere.*

3 *Dominus Rex in ciuitatibus, & villis Regalibus omnium Regno rum suorum cogere potest Consules, & Iuratos, aliosque Reipublicæ administratores ad dandum, & reddendum bonum, & legale compotum rerum publicarum, & reliquum restituendum, & traditur ratio.*

4 *Barones in eorum locis, & villis possunt compellere Iuraros, cæterosq. suorum locorum publicos administratores, ad dandū, & reddendum compotum rerum publicarum, non obstante quacunq. consuetudine contrarium disponente*

te, quod declaratur ibidem.

5 *Consuetudo non valet, quod quis non teneatur reddere rationem & redditur ratio.*

6 *Christus Iesus dixit Vilico in vim præcepti, redde rationem villicationis tuæ.*

7 *Samuel Iudex, & Propheta Regni Israel, se obtulit coram Domino reddere rationem.*

8 *Pontifex Sanctus, licet à nemine syndicari valeat, nihilominus Leonem Quartum se libẽter obtulisse coram Ludouico Imperare rationem reddere de his, quæ à subditis conquerebatur, quinimo, & vbi fuerit administrator, tunc vtique rationem reddere debet.*

9 *Sylla Romanorum Dux, quolibet anno dictatum deponebat, & in subditorum potestate se tradebat.*

10 *Constantini, & Tyberij Imperatorum simile factum refertur.*

11 *Pater quando non est legitimus administrator bonorum filiorum, vel vbi est legitimus administrator, & dolosè administrauit rationem reddere tenetur.*

12 *Mater tenetur reddere rationem admiuistrationis bonorum filiorum suorum.*

13 *Filius rationem administrationis reddere debet, de his, quæ viuẽte patre administrauit.*

14 *Frater, qui existens cum fratribus in communi, bona communia administrauit, rationem reddere tenetur.*

15 *Patruus rationem tenetur reddere de bonis maternis per eum administratis, & de fructibus eorũ, alias poterit iurari in litem per nepotem, contra patruum, pro ratione eius, quod sua intersit.*

16 *Tutor, & curator, eorũq. heredes finita tutela, vel cura, rationẽ administrationis reddere tenentur.*

17 *Protutor tenetur reddere rationem suæ administrationis.*

18 *Negotiorum gestor, tenetur rationem reddere de negotijs à se gestis.*

19 *Administrans cum mandato, vel sine mandato tenetur rationem reddere.*

20 *Socius tenetur rationem reddere consocio, & vbi fuerint plures socij administrantes quilibet tenetur insolidum.*

21 *Procurator ad lites, & negotia, rationem reddere tenetur de gestis.*

22 *Actor vniuersitatis rationem reddere tenetur.*

23 *Exequutores testamentorum, & sententiarum rationem reddunt.*

24 *Curatores ad lites similiter rationem reddere tenentur.*

25 *Hospitalarij rationem quoque reddere tenentur.*

26 *Heres grauatus per fideicommissum vtique rationem reddere tenetur.*

Con-

44 *Carceratorum custodia pertinet, ad Regem, seu Dominum cuius est iurisdictio.*

45 *Domus publica, vbi carnes, vel pisces venduntur, expensis publicis ædificari debet.*

46 *Pecunia publica pro operibus publicis designata, non potest per administratores Reipublicæ in alios vsus conuerti, aliter puniuntur.*

47 *Ciuitates tenentur soluere salarium Prætoribus, in eisdem ciuitatibus iustitiam ministrantibus.*

48 *Nobiles sunt exempti à solutione salarij, quod Prætoribus soluitur.*

49 *Salarium Medicorum, vel Magistrorum liberalium artium, debet solui ex pecunia communi.*

50 *Medicus de publico salariatus, non potest recipere præmium à vicinis, nec recedere sine licentia ciuitatis.*

51 *Decuriones ciuitatum, libere, & sine Regia licentia possunt, ex bonis Reipublicæ soluere salaria Doctoribus legum, aliisque liberalium artium professoribus.*

52 *Medicorum causa omnium potissima est, cum de hominum salute agant, & multa mala in formidinem salutis humanæ committere possunt.*

53 *Medicus in dubio præsumitur bene vti officio suo, & ideo licet infirmus moriatur, potest ab hæredibus salarium exigere.*

54 *Medicus à publico salariatus, & conductus, si postea imperitus reperitur, reprobari potest, eique salarium non debetur.*

55 *Salarium Aduocatorum, & Procuratorum ciuitatum, ex publica pecunia solui debet.*

56 *Ad emendum frumentum potest persona certa deputari, & ei ex pecunia publica salarium præstari.*

57 *Victualia tempore necessitatis, deferri possunt ad ciuitates absque superioris licentia.*

58 *Personæ electæ, & nominatæ per ciuitatem ad emptionem victualium, nullam possunt allegare exemptionem, nec excusationem.*

59 *Sumptus facti per ciuitatem in nouo ingressu Regum ex pecunia publica solui debent.*

60 *Solemnizationes, quæ fiunt per ciuitates in nouo aduentu Regum, à sacra scriptura originem habent.*

61 *Expensæ factæ in emptione vestiũ consularium, quæ dantur Decurionibus, in honorem Principis, & necessariam obuiam Regi faciendam, ex pecunijs publicis soluendæ sunt, ipsæque vestes ad ipsos Decuriones pertinent.*

62 *Ludi publici debent fieri expensis populorum, & limita nu. 63.*

64 *Bona communia ciuitatis erogari, & expendi possunt, in prosequutione litis motæ, aduersus nobilem, seu militem contendentem se, vt talem exemptum, non te-*

neri

neri contribuere in oneribus ciuitatis.

65 *Collecta imposita per vicinos, pro prosequutione litis, contra eum, qui se exemptum prætendit, interim lite pendente tenetur, ipse assertus exemptus contribuere cōtra se ipsum.*

66 *Ciuitas ex causa remunerationis, seruitiorum, vltra salarium ordinarium, potest dare, & erogagare pecuniam publicam, illi, qui multum laborauit in seruitium Reipublicæ.*

67 *Decuriones ex causa remunatoria possunt donare res ciuitatis.*

68 *Ciuitas subdita Principi potest concedere immunitatem perpetuam ob bene merita.*

69 *Et in tantum hoc est verum, quod de benemeritis statur assertioni Decurionum.*

70 *Remunerationis multa à iure permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*

71 *Donatio inter virum, & vxorē licet regulariter non valeat, tamen, quando est remuneratoria valet, & redditur ratio num. 72.*

73 *Donatio remuneratoria non est cōtra ius commune, nec prohibita fieri per Decuriones.*

74 *Decuriones locando redditus, & impositiones ciuitatum, licitè possunt de bonis Reipublicæ dare conductoribus, Axaus.*

75 *pecunia potest promitti, & statim dari assecurāti periculum nauium.*

76 *Natura dat hominibus prudentiam circa futura.*

77 *Salaria, quæ visitatoribus, pharmacopolarum, & aliorum vtēsilia vendentium, soluuntur, ex pecuniis publicis vniuersitatum solui possunt.*

78 *Merces corruptas, & mixturatas possunt Iudices, & alij Officiales ciuitatum, ad quos spectat, perdere, proijcere, ac concremare.*

79 *Piscatores capientes pisces in fluuis cum herbis mortiferijs puniuntur.*

80 *Caupones seu tabernarij vendentes vinum mixtum, & sofisticum vtique puniri possunt.*

81 *Ciuitas potest statuere, vt merces vendantur certo loco.*

82 *Decuriones in defentionem pascuorum, terminorum, iurisdictionū, & suarum præheminentiarum possunt de pecunijs publicis expendere.*

83 *Bona vniuersitatis expendi, & cōsumi possunt, in subuentionem carceratorum, quando famem patiuntur, ex qua indigentia mors sequi posit.*

84 *Eleemosynæ, quæ vniuersitates ab antiquo solent dari, ex pecunia publica solui posßunt.*

85 *Superioris licentia quando requiratur, ad prædictum effectum, & quid*

& quid super his obseruat ciuitas Barcinone traditur, numer. 86. & 87.

88 *Decuriones vniuersitatuum Nuntijs Regis, bona nuntiantibus, moderatum quid, quod vulgus,* Albricias, *appellat, ex bonis Reipublicæ dare possunt.*

89 *Ecclesia quando possit de pecunijs publicis vniuersitatis fieri.*

90 *Decuriones inopes ex pecunia publica alimentari possunt.*

91 *Pecunia publica non debet consumi in educandis, & erudiendis pueris pauperibus, nec etiam in nutriẽdis pueris expositis.*

92 *Virtutes morales Trajani Imperatoris super prædictis referuntur, qui precibus Sancti Gregorij fuit ab infernorum faucibus liberatus.*

93 *Salarium, quod custodibus meßium & vinearum prastatur, non debet solui ex pecunia publica.*

94 *Custodia, & conseruatio fructuum debet fieri expensis eorum, quorũ sunt fructus; & ibidem refertur obseruantia Tarraconæ cuius Autor, est Aduocatus.*

95 *Campanarum pulsationes ad fugãda nubila, tempore quo fructus sunt pendentes fieri debent, expẽsis illorum, qui fructus habent.*

96 *Expensæ processionum non debent fieri ex pecunia publica.*

97 *Expensa facta in capiendis, & remittẽdis malefactoribus, fieri non potest ex pecunijs publicis.*

98 *Limita, vt non procedat, quando captura esset facienda de pluribus ribaldis, vel famosis latronibus, qui apud strata Viatores derobantur.*

99 *Piratæ, siue Cursarij ad portus Regni deuenientes, expensis ciuitatũ maritimarum, vel illius Regni sunt fugandi, quod declara, vt in num.* 100.

101 *Patrimonium Regis, si pro ciuitatum, vel Regni defensione non sufficeret, poterit imponi collecta ciuibus, & communitatibus terrarum.*

102 *Princeps, vel Rex non debet imponere noua vectigalia pro administranda iustitia, sed eam debet seruare ex redditibus Regni, & qualiter hoc sit intelligendum.*

103 *Piratæ portus derobantes; quibus expensis sint fugandi, vel capiendi.*

104 *Rex aduersos inimicos, classem parare tenetur, quod declara ibidẽ.*

105 *Vassallus non tenetur sequi Principem, vel dominum, à quo feudũ habet in bello, Vbi redditus feudi ad id non sufficerent.*

106 *Rex si redditus sufficientes non habet, ad defensionem portorum ex ciuium collatione, quod defecit, iustè percipere potest.*

107 *Diuites quando compelli possint mutuare Regi, pro regni necessitatibus, & qualiter ab illis mutuum hoc extorqueri possit.*

Ciuit;

108 *Ciuis, qui mutuauit Regi pecunias pro Regni necessitatibus, an possit iusté interesse illarum pecuniarum petere, & recipere.*

109 *In erogatione publicæ pecuniæ, commodum vniuersale Reipublicæ, vel illius publica necessitas est attendendum.*

110 *Administratores Reipublicæ tenētur librum rationum exhibere, in quo contineantur sigillatim, quæ hic referuntur.*

111 *Ratio debet reddi à capite vsque in finem computādo prius introitus, & accepta, & postea data, vt his visis fiat calculatio, & liquidetur, an sit residuum, nec ne, contra vnam, vel alteram partē.*

112 *Gerentes omnes negocia aliena, qui tenentur rationem reddere, conficere quoque librum tenent.*

113 *Administratores libros rationum bene compositos, & ordinatos exhibere tenentur, tempore rationis reddendæ, alioquin ob librum non confectum, vel non exhibitū præsumūtur esse in dolo, & in litem iurari potest contra eos.*

114 *Administrator si confecerit librum rationis: sed minus legaliter arguitur in eo dolus, & fraus.*

115 *Tutor, vel curator pecunias pupillares in eius vtilitatem conuertens prædo dici potest, & contra eum in litem iuratur.*

116 *Dolus est falsa asseueratio scienter facta, cum animo fallendi.*

117 *Officialis publicus conficere tenetur librum administrationis, & in eo data, vel accepta, cui, vel à quo, & ex qua causa, & qua die nominatim, & singulariter scribere, & redditur ratio ibidem.*

118 *Administrator quilibet, negotiorum Gestor, Thesaurarius, & similes personæ, nec non, & mater vsufructuaria librum administrationis cōficere tenentur, in forma rationis, vt singulariter omnia contineat, ita vt reperiri possint falsa, & vera aliàs tenebuntur ad interesse.*

119 *Liber rationum, qua forma, & ordine debeat esse cōfectus, et quid continere debeat remissiuè.*

120 *Amicus negotia amici gerens gratis, quamuis non teneatur librum conficere, ita exactè, & diligenter, vt aliàs iura fieri mandant; debet tamen eum conficere saltem negligenter, quia tenetur rationem reddere.*

121 *Liber rationum in aliquo falsus præsumitur in totum falsus.*

122 *Liber siuè publicus, siuè priuatus, continens in se multas partitas, si in aliquibus probant verè præsumitur, quod etiam in aliјs probant, quod procedit, & in libro societatis.*

123 *Tutor, vel curator in reddendis rationibus debet exhibere inuentarium, & librum rationis, & alia plura facere, & ostendere*

dere, quæ hic continentur.

124 *Inuentarium est caput omnium rationum*

125 *Tutor prius ostendere debet introitus, quam exitus.*

126 *Confessio redditus non præiudicat tutori, seu administratori, donec acceptetur impensa, & è conuerso.*

127 *Instrumentum in quo tutor promisit reddere rationem cum solutione reliquarum, non habet exequutionem paratam, sed via ordinaria id petendum est, & offerri debet rationis redditio.*

128 *Administrator quilibet, negotiorum gestor, factor, procurator ad negotia tenetur libros facere, & rationem reddere suæ administrationis, alias potest contra eum in litem iurari.*

129 *Liber rationum pro scribente non probat.*

130 *Libris rationum, tutorum, curatorum, exequutorum, negotiorum gestorum, aliorumq; administratorum in magnis summis pro scribente non statur.*

131 *Administrator quilibet expendens in re aliena, qui est obligatus rationem reddere: si in dubium reuocetur, tenetur probare, quæ in rationibus scripsit vera esse.*

132 *Expensæ in ædificijs probantur per rei euidentiam.*

133 *Expensæ modicæ probantur coniecturis motu Iudicis aprobandæ, secus si magnæ.*

134 *Expensæ probantur, etiam testibus, & admittuntur domestici: nisi quando agitur de probatione æstimationis ædificiorum, quia tunc requiritur depositio architectorum, qui sint periti illius artis.*

135 *Expensæ modicæ quantitatis probantur per iuramentum rationem reddentis.*

136 *Libris administratorum creditur in paruis summis.*

137 *Expensæ modicæ quantitatis, quæ dicantur.*

138 *Expensæ quinque solidorum dicitur modica.*

139 *Expensæ, quæ sint modicæ, vel magnæ, boni Iudicis est arbitrari, ex his, quæ hic continentur.*

140 *Quæ pendent à voluntate Principis censentur impossibilia.*

141 *Expensæ minutæ in scriptura rationum sunt specificandæ, debentque esse rationabiles, & verisimiles, vt iuramento probentur.*

142 *Administrator Reipublicæ dicitur in dolo, & criminaliter puniri potest: si omnes pecunias in libro administrationis non descripsit, & illas in vsum proprium conuertit.*

44 *Administrator, qui post redditam rationem librum administrationis, & reliqua non restituit, dicitur dolosus administrator.*

143 *Administrator non describēs in libris administrationis data, & accepta æqualiter dicitur in dolo vero, & falsitatem committere,*

&c

164 *Debitores fiscales manifestè conuicti, non appellant, vel appellãdo non suspendunt.*

165 *Debitores fiscales non possunt cedere bonis, & cedendo non liberantur, à debito, nec á carceribus, & traditur ratio.*

166 *Ratio semel reddita, & habita liberatione; seu diffinitione illius, non debet iterum reddi.*

167 *Limita, vt non procedat, quando al legatur, error calculi, & numer. 168.*

169 *Errores calculi referũtur, & in qui bus dicti errores consistant. & nu. 170.*

171 *Refutationes, quas faciunt minores administratoribus suis, cum iuramento super administratione tutelæ sunt valida.*

172 *Hoc limittatur, præterquam, si cõstet priorem computationem, aut fuisse erroneam, aut non plenam, etiam si minor cum auctoritate curatoris; decreto Iudicis, & cum iuramento fecerit generalem liberationem tutori.*

173 *Errorem allegans interuenisse in rationibus reddendis probare tenetur.*

174 *Post conclusum in causa non potest probari error, sed bene potest reuori, quando nihil venit probandum.*

175 *Rationem allegantis, non fuisse plenè, & legitimè redditam, incumbit onus probandi.*

176 *Redditio rationis dolosa, illiusque liberatio, & diffinitio nullo modo sustinetur.*

177 *Administratoris quietatio, seu liberatio non impedit computorum reuisionem, quando agitur de dolo ipsius administratoris, etsi rationes fuerint semel, & pluries calculatæ.*

178 *Liberatio, seu quietatio facta administratori, non trahitur ad dolum, etiam, quod fuerit iurata, geminata verbis, & facto ratificata in amplissima forma cum prægnantibus verbis, cum pacto, trãsactione, laudo, seu promissione de non contrauemiendo, cum decreto Iudicis, cum assertione, quod computa fuerunt diligenter examinata, & sub quibusuis alijs similibus clausulis.*

179 *Liberatio facta administratori ipsum liberat ab vlteriori, & iterata redditione rationis, quando cessat dolus ipsius administratoris.*

180 *Doli allegatio aduersus liberationem admittitur, etiam, quod postea subsequatur transactio, pactum, laudum, aut qualibet alia ratificatio, & traditur ratio ibidem.*

181 *Liberatio vulgo dicta* (fin, y quito) *si dicatur, quod fuit facta non viso libro rationum, qui ex consequentia actus administratorij venit ostendendus, nõ valet*

etiam si habeat plures renuntiationes, & pœna adiectiones de nō contrauenendo.

182 *Rationes intricatæ, ita vt non facilè intelligi possint, non videntur redditæ; & nu. 183. limita in minutis expensis. n. 184.*

185 *Rationes causam claram continere debent, quod si incerta, vel obscura causa sit, non sufficiet.*

186 *Liberatio retractatur ex enormissima læsione.*

187 *Rationes publicæ singulis annis sunt exigendæ.*

188 *Rationis redditio syndicorum, & aliorum administratorum publicorum fit, in publico generali consilio.*

189 *Rationes publicas reddi, quilibet de populo petere potest in iudicio, etiā sine mandato.*

190 *Ratio reddi debet in loco, vbi administratio facta est.*

191 *Et quid si administrator mutauit domicilium.*

192 *Administratores, qui aliena negotia gesserunt, possunt petere calculationem, & reuisionem rationis, vt absoluantur ab administratione: ne semper stent in suspenso.*

193 *Administratorum bona sunt pignorata, & obligata pro administratione, in eorumque bonis Respublica habet hypothecam.*

194 *De calculatoribus nominandis, & de tortura contra dolosos administratores infringenda, vide remissiue.*

195 *Rationum reddendarum materia, tota ex bono, & æquo pendet, vt latè hic declaratur.*

---

1 HOC loco nobis se offerebat, latissimus disputandi campus, quo liberius possemus excurrere, verum quoniam breuitatem clarā, perspicuam, & distinctam amamus, breui compendio, hanc bonorum Vniuersitatum erogationem, illorumq. rationem reddendam (quæ pariter sub Syndicatus, & visitationis materia subsistit, vt latè probat Bouadill. in sua Politica lib. 5. cap. 4. num. 1. in princ.) quæ facilius fieri possit absoluemus.

2 Præmittimus igitur primum Reipublicæ administratores in ipsius dispendium, & iacturam aliquandò solitos esse, pecunias publicas, redditus, & emolumenta ciuitatuum, & vniuersitatuum, dolosè, & perperam erogare, atque consumere, quandoq. etiam in propriam vtilitatem conuertere, quæ sanè dolentia, è priscis temporibus procedit, vt ex Plinio iuniore videre licet lib. 10. Epist. 4. dū ad Trajanū Imperatorē ita scripsit, ibi: *Nunc Reipublicæ Prusensium impendia, redditus, debitores excutio, quòd ex ipso tractu magis, ac magis necessariū intelligo, multæ enim pecuniæ varijs ex causis à priuatis*

detinen-

detinentur, prætereà quædam minimè legitimis sumptibus erogantur. Cui Epistolæ responsum dedit idem Trajanus Imperator ibi: *Rationes imprimis rerum publicarum excutiendæ sunt, nam, & eas esse vexatas satis constat.* Quid enim miser Populus non patitur ab his administratoribus, qui non virtute parta, sed nummulis empta dignitate superbiūt, cum autem boni pastores esse debuerint, à prædonibus non diferunt, a talibus æquidem deprȩcandū est, quod Dominus abigat à grege suo, vt pulchrè animaduertit Baeça de decima tut. c. 1. nu. 30. Aguayo. lib. 28. c. 1. fol.
3 10. Qua de causa iustè decretum fuit, quod dominus Rex in ciuitatibus, & villis Regalibus omnium Regnorum suorum, tanquam dominus, & pater subiectorum cogere posit Consules, Iuratos, aliosq. Reipublicæ Administratores ad dandum, & reddendum bonum, & legale compotum rerum publicarum, & reliquum restituendum, vt notat. Auendan. in capit. Prætor. 2. part. capit. 10. numer. 33. in fi. Burgos de Paz in l. 3. Taur. numer. 451. & sequen. vbi quod ita praxis obseruat alios adduxi supra cap. 3. num. 52.

Adeoq. cura hæc ad dominum Regem spectat, quod nisi per se, vel per suos Iudices visitatores, vel alios Officiales Regios computa dictarū rationum publicarum non audierit, vtiq. scire non posset, an pecuniæ, vel bona ciuitatuum, & vniuersitatuum fuerint idoneo modo expensæ, distributæ, & tractatæ, vt in his terminis sic loquutus fuit Guid. Pap. decis. 631.
4 n. 30. vbi loquitur in Baronibus, quibus etiam simile ius Regale competit, compellendi Iuratos, & Reipublicæ administratores suorum locorum ad dandum, & reddēdum compotum rerum publicarum toties, quoties voluerint, quam sententiam tenēt Petr. Antibol. in tract. de munerib. & Honor. 3. p. prop. fi. Marin⁹ Frecci, in tract. de subfeud. Baron. lib. 2. auctoritate 18. Bouadil. in sua Politica lib. 5. c. 4. n. 2. vbi subdit, quod Barones in eorum locis, & terris succedūt, in hoc iure Regali, eoq. vti possunt, non obstante quacunq. consuetudine dictorum locorum in contrarium disponēte, per iura, & DD. quos ibi allegat, sub littera. A. quam opinionē tenet Guid. Pap. d. decis. 631. vbi firmat rationem esse reddendam domino loci non obstante cōsuetudine: à qua discedit Aymon. Crauet. in consil. 238. n. 1. & seq. vol. 1. dicens non pertinere ad Iudices has rationes publicas accipere: sed standum consuetudini, cuius opinio mihi simpliciter nō sedet, nec etiam Bouadil. in loco præallegato placet, requiritur enim, vt huiusmodi consuetudini stetur, quod ciues seu consilium loci, domino rationes videre volenti, prohibitum fuisset, quo minus reuisio rationum fieret, & quod Dominus huic prohibitioni acquieuisset, si enim alterum ex huiusmodi requisitis deficeret nullo modo talis consuetudo posset sustineri, siquidem in aprobatione talis consuetudinis negatiuæ, duo, necessariò simul concurrere debent, videlicet contradictio ex parte populi, & patientia ex parte domini. Iura namque incorporalia negatiua neutique præscribi, & acquiri possunt, nisi à tempore prohibitionis, & patientiæ aduersarij, secundum glos. ordina. communiter aprobatam in l. qui luminibus, ff. de seruit. vrba. Et ita debet intelligi sententia Aymon. vbi supra.

5 Aliter autem est regula certa, quod non valet consuetudo, quod quis nō

 tenea-

teneatur rationem reddere, etiam, si non sit in vsu rationis redditio, vt not. Afflict. in const. Siciliæ, quæ incipit minoribus in fin. lib. 3. Cassane. in consuet. Burgund. rub. 6. §. 6. verbo denrendre. num. 20. Baeça cap. 2. de decim. tuto. num. 159. quorum sententia ex eo comprobatur, nam cum redditio rationis sit de iure diuino, sicuti ita Villico iussit Saluator Lucæ 16. & Summus Pontifex in cap. qualiter, & quando, el 2. de Accusati. & in terminis firmat. Escobar. de Ratiocinijs capit. 1. numer. 5. Ideo nulla consuetudine contraria poterit abrogari, vt in 6. distinct. in princ. & in §. his ita, Anton. de Rossellis in tractat. de consilijs. capit. postquam retulimus numer. 10. quo circa statutum est, quod Administratores, & eorum heredes teneantur semper, statim requisiti rationem reddere, vt latè probat. Pancirol. consil. 173. lib. 1. Natta consil. 685. numer. 5. vol. 4. Mennoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. centur. 3. casu 209. per tot. Tobias Nonius consil. 63. col. 1. & 2. lib. 1. quos refert, & sequitur Caualcan. decis. 396. numer. 40. tomo 1. Ioann. Garcia. de expens. & melioram. cap. 20. num. 22. & Petr. Surd. consf. 7. nu. 13. lib. 1.

6 Reperitur itaque hæc rationum redditio, adeo priuiligiata, vt ferè nemo ab ea reddenda excusetur, legimus enim in sacris litteris, vt modo diximus Lucæ 16. Christum dixisse Villico in vim præcepti, quid est quod audio de te, redde rationem villicationis tuæ, de quo in cap. qualiter, & quando el 2. de Accusationi. pariterque legimus 1. Reg. 7. & 12.
7 Samuelem Iudicem, & Prophetam Regni Israel, se obtulisse coram Domino rationem suæ administrationis reddere. Similiter Leonē Quar-
8 tum Pontificem Maximum scriptum reliquisse in cap. Nos si incompetenter 2. quæst. 7. separatum fore coram Ludouico Imperatore satisfactionem dare, de his, quæ à subditis conquærebatur, quinimo etsi Summus Pontifex à nullo homine syndicari possit, cum tantum soli Deo teneatur rationem reddere, vt legitur in cap. proposuit de conces. præbend. cap. nemo cum trib. sequēt. 9. quæst. vltim. Caualcan. in tractat. de Brach. regal. part. 5. num. 19. Nihilominus quando fuerit Administrator, vtique obnoxius erit, rationē suæ villacationis, siuè gestionis reddere, vt per Beroium quæstione familiari 15. Iosephum Ludouicum decis. 4. numer. 4. quos refert, & sequitur Escobar. de Ratiocinijs cap. 2. numer. 31. Rursus legimus etiam
9 apud Suetonium Tranquil. vt refert Ambrosius Calepin. in verbo. Sylla, Cornelium Sylla Romanorum Ducem quolibet anno dictatum deposuisse, & in subditorum potestate se tradidisse, quo maius specimem humanitatis, & iustitiæ suæ eisdem præberet, & vt de per eum ge-
10 stis rationem redderet. Simileque factum refertur de Constantino Imperatore in lib. 9. titul. 1. de Accusatio. Codicis Theodosiani. Tyberium autem Cæsarem Imperatorem, vt refert Alexander ab Alexandro lib. 4. genial. dierum. cap. 6. fol. 189. constat decretum reliquisse, quod Magistratus, & Gubernatores Imperij post finitum, officium non recederent à prouincia per dies triginta, quo vsque successor in officio, & Magistratu ab eis exigeret rationem administrationis.

Insuper extenditur hæc rationis
11 redditio vsque ad patrem, qui licet non teneatur reddere rationē filio de bonis, in quibus habet legitimam administrationem, & sic vsumfructum vt in l. Cum oportet. §. non autem, C. de Bonisq. liber. tamen quando non est

est legitimus administrator, & gerit negotia filij tenetur eidem reddere rationem, l. Litis. §. Pater. & ibi Bart. ff. de Neg. gest. latissimè, Socin. consf. 34. num. 15. 16. & 17. & consil. 46. num. 1. & seq. lib. 1. & alij plures, quos refert, & sequitur Roland. à Vall. consil. 49. n. 13. vol. 2. Baeça de decima tut. cap. 2. num. 155. Sic etiam vbi pater dolosè administrauit bona filij, eius bona obligantur, & ipse tenetur rationem reddere secũdum, Bal. & alios in dict. l. Cum oportet §. fin. C. de Bonisq. libe. Anto. de Fano. de pigno. 4. membr. 2. partis numer. 13. & 16. & Aretn. consil. 72. nu. 7. versi. sexto, Lara de Alimen. in princi. n. 68. Palat. Rub. in repet. rubr. de donatio. §. 42. num. 9. Caualca. de tuto. num. 291. Qui etiam loquuntur, quãdo pater, tanquam tutor, vel curator, vel bona castrensia, vel quasi castrẽsia administrauit, nam in his casibus proculdubio rationem ipsi filio reddere debet, cum fructus ex peculio castrensi, vel quasi illi non acquirantur.

12 Nec excusatur mater, quæ etiam tenetur rationem administrationis bonorum filiorum suorum reddere. Secundum Corneum in consil. 198. num. 11. lib. 1. quem ad hoc refert, & sequitur Anto. Piag. de tut. & curat. quæst. 19. num. 1. & de matre tutrice probat post alios, quos reffert Baeça de decim. tuto. cap. 2. nu. 155. Decia. consil. 94. num. 15. cum seq. vol. 3. Socin. consil. 2. lib. 1. qui idem in Auia procedere ait, late Cassane. in consue tud. Burgund. rub. 6. § 6. Verbo de en tendre compte. num. 1. cum sequent. alios refert Escobar. de Raciociniјs c. 3. num. 22.

13 Filius quoq. rationem reddere debet, de his, quæ viuente patre administrauit, arg. l. Cum oportet. §. sed in hac specie, C. de Bonisq. liber. Socin. consil. 192. num. 5. libr. 2 Roland. à Vall. consil. 49. num. 2. cum seq. Baeça dict. cap. 2. nu. 152. & 153. & Castellus in l. 27. Tauri n. 18.

14 Similiter Frater, qui existens cum fratribus in communi bona communia administrauit rationem reddere tenetur, ita Abbas consil. 12. in 6. dubio vol. 1. Aymon. consil. 159. nu. 6. Socin. consf. 37. in princi. & consf. 392. num. 5. lib. 2. Ioan. Garcia de expen. cap. 20. nu. 22.

15 Patruus etiam tenetur rationem reddere de bonis maternis sui nepotis per eum administratis, & de fructibus eorum, aliàs poterit iurari per nepotem in litem contra patruum, pro ratione eius, quod sua interfuit secundum Corneum consil. 196. nu. 4. lib. 3. Alciat. in l. 1. in fine, C. de Edend. Crauet. consil. 218. in princi. Marza. consil. 20. nu. 14. Escobar. dict. cap. 3. nu. 27.

16 Tutor deniq. & curator eorumq. hæredes finita tutela, vel cura tenetur rationem adminstrationis reddere, vt de tutore est, tex. in l. 1. §. Officio. & in §. de rationibus vbi loquitur in protutore, ff. de Tuto. & rat. distrahend. & per totum illum titulum, & ibi Bart. & DD. in toto tit. C. Arbitri. tutel. & ibi Azon. in summa. Et de curatore plenè notatur in l. Ad uersus, & in l. Rationes, C. de Administr. tut. & in l. nisi finita §. fin. ff. de Tuto. & ratio. distrah. & de vtroque agit Specul. in tit. de Iudic. §. 2. vers. Sequitur videre, de actione tutelæ. Socin. consil. 46. col. 1. vol. 1. Hieron. Grat. consf. 23. num. 7. part. 1. Paris. consil. 96. in princip. lib. 1. Rolan. à Vall. late d. consil. 49. num. 1. & seq. vol. 1. Escobar. de Ratiociniјs dict. c. 3. nu. 1. & Doctissimus Spino. in Salmanticensi Vniuersitate Præceptor meus summe venerandus in suo Speculo testamentorum, glo. 29. nu. 66. cum seq.

17 Protutor quoq. tenetur etiam rationem

tionem reddere, vt est tex.clarus,in l.1.ff.de Eo qui pro tutore,& notatur
18 per Decian.in consil.85.num.21.vol. 2. Similiter negotioru gestor rationem reddere tenetur, de negotijs, à se gestis,l. 2.& ibi Bart. ff. de Neg. gest.Decia.d.consi.85.nu. 22. Hiero. Gabriel. cons.148.num.1. decis.Genuæ 126.num.9.& decis.163. num.1.
19 Pariter administrans cũ mãdato,vel sine mandato,tenetur reddere rationem,vt not.in clementina 2.§. & illi etiam de Religios. domib. & in l.
20 Si procuratorem.§.1.ff.Manda. Baeça dict.capit.2.num.154.Item,& Socius tenetur rationem reddere consocio,vt not.Socin.cons.24. numer. 37.& consil.37.per tot.Ias. consil. 4. num.1.Menoch.de arbitra.casu.209. decis.Genuæ 39. nu.3. & decis. 173. num.5.& vbi plures fuerint socij administrantes,quilibet tenetur insolidum de administratis,vt fuit ita decisum in senatu Genuensi decis.Ge-
21 nuæ 80.n.3.& 5.& 116. Procuratorquoq.ad lites, & negotia rationem reddere tenetur de gestis,l.Qui proprio.§.Procurator,ff.de Procura.l.Si remunerandi,l.Si Procurator.§ 1. ff. Mandat.decis.Genuæ 53. n.2.& decis.191.n.2.
22 Actor etiã vniuersitatis vtiq. obligatur rationẽ reddere, vt in l.1. & l. Item eorũ §.Si Decuriones, ff. Quod cuiusque vniuer. nomin.Escobar.de
23 Ratiocinijs d.c.3.n.20.Et exequutor testamentorum iux.tex. in c.tua nobis,& c.Ioannes,de testam.l.Nulli.C. de Episc. & Clerici.Escobar.d.c.3.n. 18.Ac exequutor sentẽtiarum,l.Exequutorem,C.de Exequutione rei iu-
24 dicat.Decia.d.cons.85.n.23.vol.2.Et Curatores ad lites,vt in §.fi.Inst. de
25 autho.tuto.Et etiam Hospitalarij,vt notatur in Auth. de Ecclesiast. tit.§. penul.l.Orpha.natrophi.1.C.de Episcop.& Cler. clem. 2.§. vt autem de
26 Religio. domib. Et similiter hæres grauatus per fideicommissum, vt per Bart.in l.Cum tale.ff. de Cond. & demostra.Socin.consil. 24. num.
27 37.Consules,itidem, & Rectores ciuitatum,& villarum rationibus bonorum sunt obnoxij, ita Socin.consil.7.Rebuf.in l.Boues § hoc sermone,versi.secundo. ff.de Verbo.oblig.
28 Et capitulum gerens negotia Episcopatus sede vacante ad reddendum rationem potest astringi,firmat Rubeus consil. 131. numer. 13. & cum refert,& sequitur Menoch. de arbit.
29 dicto casu 209.numer.8.Item Archidiaconus, & quilibet alius Prælatus inferior, qui Ecclesias sibi subditas visitauit,rationem visitationis ordinario reddit, & integra visitationis acta illi exhibere tenetur,vt in consil.Tridentin. sess. 14.capit.3. versic.
30 Visitatores etiã.Quinimo etsi Episcopus distribuit inter pauperes aliquam quantitatem pecuniæ à testatore relictam,Iudici ordinario rationem reddere compellitur, vt in dict. l.Nulli,C.de Episcop.& Cler.quamuis pro ordinario intelligit, & bene, Gregor.Lopez.in l.5. tit. 10. par. 6.
31 Metropolitanum Sequester, etiam siue depositarius rei depositæ rationem præstat.ita Castellus in l.27. Tauri.num.9.Rebuf.vbi supr. vers.
32 decimo nono.Item,& Iudex non solum pro se;verum pro suis Officialibus rationem officij, quod gessit, & administrauit, reddere erit obnoxius,ita Auendan. alios referens de
33 exeq.mandat.cap.3.n.5.Et adeo huius rationis fauor tanto opere iure iuuatur,vt si quis vẽdiderit seruũ,qui sua negotia administrauit: si nõdum rationẽ administrationis præstiterit, poterit illũ ab emptore euincere ꝓ eodẽ pretio donec sibi rationẽ reddat,l.interdũ,ff.de Publica,& vectig. ꝙ est notãdũ pro limitatione regulæ legis nec emere,C.de Iure delib. qui-
34 nimo etiã hij,qui rationem reddere sunt

sunt obnoxij, si illam suo tempore non præstiterint, lege diuina, humanaq. & canonicis institutis fauetur, vt interim ad sacros ordines promoueri non possint, l. 2. C. de Episcop. &
35 cler. cap. si quis obligatus 54. distin. nec etiam illis beneficia Ecclesiastica conferri possunt: nisi prius rationem villicationis reddiderint, vt in cap. non confidat 50. dist. cap. vnico
36 de obliga. ad ratiocinia. Rursus, etsi religionem talis administrator ante redditam rationem ingredi affectauerit, minime ante redditam rationem, ad illam debet admitti, cap. legem 53. dist. ibi, *Quod si etiam talis quiq. Monasteriū petunt suscipiēdi nullo modo sunt, nisi prius ratiocinijs publicis fuerint absoluti.* & per istum tex. ita tenet Brigiensis in suis quæstionibus dominicalibus quæst. 21. vbi dicit, quod si talis administrator de facto fuerit ad religionem admissus, ad pristinum statum est reuocandus, ex tex. in l. Officiales, C. de Episc. & Cler. quod si à Monachis non reuocetur, manu militari reuocari poterit per Iudicem, ex tex. in l. Si quis curialis, C. de Episco. &
37 Clericis. Quæ sententia in tantū est vera, vt neque Episcopus, neque etiā summus Pontifex in simili casū dispensare debeat cum tali administratore: vt in dict. cap. vnico, de obliga-
38 tis ad ratiocinia. Et vt vnico verbo omnia super hac materia absoluamus sciendum est, quod quilibet administrator, siue necessarius, siue voluntarius, à lege, Iudice, vel homine constitutus, quocunq. nomine, titulo, vel causa administrauerit rationem suæ villicationis, siue gestionis ei, cuius interest reddere erit obnoxius, vt volunt Damauderius in tract. de tutor. & curat. fol. 66. num. 17. Franc. March. decis. 441. Petrus Surd. consi. 7. num. 14. Baeça de decim. tut. cap. 2. num. 152. & 157. Menoh. de arbitr. d. casu 209. & consil. 214. num. 1. vol. 3. Hiero. Gabriel. consil. 148. num. 1. in princi. cū seq. latè Castel. in tract. de Ratiocinijs 2. par. per tot. loquens in omnibus administratoribus.

39 Quibus sic constitutis cōgruè nūc sequitur, vt super erogatione bonorum, & rerum publicarum vniuersitatuum, nonnulla, vltra ea, quę supra in cap. 14. diximus, explicemus, in quibus scilicet casibus bona ciuitatum, & vniuersitatum per Decuriones, & alios Reipublicæ administratores licitè, & impunè erogari, & expendi possint, & in quibus non.

40 Pro cuius rei notitia lucidiori est prius animaduertendum vniuersitatis bona esse in duplici diferētia, quędam enim sunt, quæ destinata, & deputata sunt, ad perpetuum vsum publicum, quæquæ publica sunt, vsu, & proprietate, qualia sunt Forū, Curia, Basilica, Viæ publicæ, Balnea publica, Piscinæ, Aquęduct⁹, Fontes, Cāpi publici, Fana, Porticus, Iura, Iuditia, Commitia, Pascua, Termini exitus, Defessæ, Montes, & alia id genus.

41 Quædam autem sunt quæ in pecunia Reipublicæ, & proprio patrimonio sunt, quæ non iure vniuersitatis: sed priuati patrimonij, vt res singulorum possidentur, & fructum ferunt, non cuilibet vti volenti, sed patrimonio vniuersitatis, vt in l. Sed & celsus 6. ff. de Contrah. emptio. l. Quod in litore 14. ff. de Acq. rerum domin. Et in his vniuersitas pro priuata persona habetur, l. 1. ff. Quod cuiusque vniuersit. nomine, Ias. in l. vlt. num. 6. C. de Pact. & in l. Si quis maior, nu. 10. C. de Transactio. horum numero sunt vectigalia Reipublicæ, horrea, prædia, molendina, redditus, & alia, quæ iure proprio peculiari, & priuato ad Rempublicam, &

40 & vniuersitatem spectant. Inter hęc bonorum genera eximia differentia est, quod quæ publica sunt vsu, & proprietate, absq. Principis licentia, distrahi, vendi, alienariq. non possunt; quæ vero in pecunia Reipublicæ redditu, & priuato patrimonio sunt, sine illa vendi, & alienari valent; adhibitis tamē quibusdam solemnitatibus, quæ omnia probantur per tex. in d. l. sed & cælius 6. in princip. ff. de Contrah. emp. & in l. vltim. C. de Vend. rer. ciuit. lib. 10. & ibi, Lucas de Pen. l. 1. C. de Prædijs curialibus lib. 10. Bartol. in l. Prohibemus §. Plane. ff. Quod vi aut clam. & in l. Ordo. C. de Execut. re iudic. Capic. decis. 93. Anton. Negu. in tract. de pign. 1. memb. sextæ partis, num. 47. Fabia. de Mōte, de emp. & vendition. 5. p. princip. prope fin. Bened. Bonius, de censib. art. 18. Auenda. de exeq. mandat. 2. p. cap. 10. num. 1. Auiles in cap. Prætorum, cap. 30. glo. gratias, num. 3. Vvesemb. in. §. Vniuersitatis. nu. 4. & 5. Inst. de rerum diuis.

41 Vnde pro regula generali est constituendum, quod bona communia, quæ in pecunijs, & redditibus populorum consistunt, in communē omnium vicinorum, & ciuium vtilitatē eroganda sunt, verum quia praxis huius expensæ, & erogationis bonorum communium faciendæ, p lurimum ab exemplis pendet, Ideo censui hic pro faciliori intelligentia non nulla recensere.

42 Primum itaque exemplum erit si bona, & redditus vniuersitatis expendantur, in fabricatione, cōstructione, & reparatione domus Consilij eiusdem vniuersitatis, siquidem talis expensa de bonis publicis Reipublicæ est eroganda, secundum Lucam de Pen. in l. fin. C. A quib. munc. nemi. liceat. lib. 10. quæst. 8. Auend. in cap. 20. Pręto. par. 1. numer. 2. & idem in cap. 10. num. 6. ad fin. & capit. 13. in princip. Auile. in cap. 18. Prætor. glo. Se haga, num. 1. & 2. Bouadilla lib. 5. cap. 4. nu. 6. alios adduxi supr. cap. 14. num. 32.

43 Secundum exemplum est in constructione carceris, quæ licet videatur fabricandus expensis fisci, cum sit inuentus ad custodiam delinquentium, atq. debitorum, l. Aut damnū §. Solent, ff. de Pæn. & in l. fin. C. de Custo. reor. atque ideo succedit, quod dicit Cardinal. in clem. 1. § Sane. nu. 2. de hæret. quod ad quē spectat cognitio principaliter delictorum, ad ipsum solum spectat habere carcerē. Nihilominus prædictis non obstantibus contrarium est tenendum, quod scilicet carcer ędificari, & constitui

44 debet expensis Reipublicæ, custodia vero carceratorum ad Regem, vel Dominum loci, cuius est iurisdictio pertineat: Quia ipsi Reipublicæ interest vt malefactores in carcere custodiātur, vt indē abducti publicè puniātur, l. Licitatio. §. fin. ff. de publica. & vectig. & in l. Ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. quia sicut expedit Reipublicæ, vt delicta puniātur: ita etiam versatur eadem vtilitas publica in eo, vt delinquentes custodiantur in carcere, cum sit præambulum custodia ad punitionem ipsam, ita tenet Auiles in dict. cap. 18. Prætor. glo. Se haga, num. 1. & 2. Bouad. lib. 5. cap. 4. num. 6. sub litera A. Escobar de Ratiocinijs, cap. 25. n. 10. & 11. & diximus supra, cap. 14. n. 33.

45 Tertium exemplum erit, quando fuerit expensum in ædificatione macelli, siue Carniceria, vel in fabrica domus pro piscibus vendendis, quam Pescateria, vulgus appellat, quia vendendo in dictis domibus Carnes, Pisces, Oleum, & similia communis in hoc omnium ciuium, & vicinorum vertitur vtilitas, ac ideo iuste in his consu-

coosumitur expensa communis nor. Auenda. de exeq. mandat. cap. 10. nu. 7. Ioan. Gutier. pract. qq. quæst. 36. 0. 2. in fin. Escobar de Ratiocinijs cap. 25. num. 36. Et horum locorum cura de iure ad Iudicem pertinet, vt in l. 1. § cura carnis. ff. de Officio præfect. vrb. licet de cõsuetudine hodie apud nos ad Consules, Iuratos aliosq. Rei publicæ administratores pertiuere video.

46 Illud autem obiter te animaduertere volo, quod pecuniæ, & redditus vniuersitatum disignati pro operibus publicis, nõ possunt in alios vsus etiam ipsarum vniuersitatum conuerti neq. consumi per text. in l. Hac edictali, C. de Aquæ duct. lib. 11. & in l. 1. ff. de admioistra. rerum ad ciuit. perti. & in terminis not. Bouad. dict. lib. 5. cap. 4. nu. 8. subdẽs, quod Consũles contrariũ facientes sunt puniẽdi.

47 Quartum exẽplum erit, si ex redditibus ciuitatum, vel villarum fuerit solutum salariũ Prætoribus, iustitiam in eisdem mioistrantibus, quia pariter in huiusmodi salarij solutione vertitur vtilitas publica omnium vicinorum, & ex consequenti de bonis ipsius Reipublicæ venit dictum salarium soluendum, voluerunt Bal. in l. Diem functo, ff. de Officio. Assessor. Bart. in l. 2. § Diuus el. 2. col. 7. versic. vlterius quæro quo tempore; ff. de Varijs cog. & in l. 1. C. de Muner. & in quo loco lib. 10. Alex. cons. 68. vol. 2. Platea in l. 2. C. de Annon. & tribuit. Oldra. cons. 98. Puteus in tract. de syndic. Verbo salaria, capit. An syndicatores Auenda. de exeq. mand. cap. 10. num. 3. & seq. Bouad. dict. lib. 5. cap. 4. num. 9. vbi contra Auend. in loco proxime allegato te-

48 net, quod nobiles non tenẽtur contribuere in solutione huiusmodi salarij, quod Prætoribus soluitur, sed illud tantum per plebeos esse soluendum in defectum bonorum vniuersitatis, quam opinionem sequuti fuerunt plures DD. ab eodem ibidem relati sub litera. E.

49 Quintum exemplum ponitur, in salario deputando Magistris liberaliũ Artium, vel Medicorum, vel Ferrariorum conductionibus, quæ ad tempus fieri solent, nam ex pecunia communi sunt huiusmodi salaria soluenda iux. tex. in l. Ambitiosa § fin. ff. de Decret. ab ordin. faciend. Auendan. dict. cap. 10. par. 2. num. 8. Ioan. Garcia de expens. cap. 20. num. 13. vers.

50 Denique Bouad. dict. cap. 4. num. 10. Auiles in cap. 1. Prætor. glo. Ni lleuaran, num. 8. Qui etiam loquitur in medico dicens, quod Medicus salariatus non recipit præmium à vicinis, nec potest recedere sine licentia ciuitatis, idem Auiles in cap. 54. glo. Partiere, num. 4. imo ad coostituendum, & soluendum dictum salarium non requiritur licentia superioris, tenẽt, Bart. in l. vnica, C. de Præbeod. salario. lib. 10. & Petr. Grego. de syntagm. iur. 2. part. lib. 18. cap. 14. num. 4. ex ratione tex. in d. l. vnic. iunct. glo. & in l. Medicos, C. de Professo.

51 & med. lib. 10. Vbi disponitur, quod Decuriones ciuitatum libere, & absque licentia Imperiali, valent, & possunt de bonis, & redditibus Reipublicæ assignare, & soluere salaria Doctoribus legum, alijsq. liberalium Artium professoribus.

52 Iustior namq. & præcipua causa medicorum semper videtur, cum de hominum salute agant vt in l. 2 §. Medicorum, ff. de varijs, & extraord. cog. multa enim mala informidinẽ salutis humanæ committere possunt vt in l. Medicus eod tit. Cum in eorũ scieñtia vigeat plus cõiectura, quã ra-

53 tio, vt dicit Lucas Pẽn. de in rubr. C. de Professo. & med. lib. 10. verũtamẽ in dubio præsumitur eos bene vti

officio

officio medicandi, & ideo quamuis infirmus moriatur, possunt ab hæredibus salarium exigere, vt not. glos. in sum. 83. distin. quam corroborat Tiraquel. in tract. de retract. conuent. in §. 7. glos. 1. num. 10. Henricus Ferra. in dictiona. Alberi. verbo. Medicus.

54 Facta autem locatione Medici si ille insuficiens, vel non examinatus reperiatur, poterit reprobari: nam illius maxima est culpa immiscere se officio, quod ignorat, l. culpa ff. de Reg. iur. Et cum non possit propter imperitiam implere exparte sua, neque populus tenetur ei salarium soluere, quod promisit, cum ob causam, quæ non impletur promissum sit, arg. tex. in l. Sed & ædes ff. Locati. Et Medicus semel approbatus, ne vita hominum periclitetur, reprobatur, secundum glos. & ibi, Bal. in l. Sed & reprobari §. Semel ff. de Excusa. Tuto. & notat Capic. decis. 178. omnis enim conductio medici, etiam iurata intelligitur secundum naturam contractus, argumento tex. in l. quæro §. inter locatorem ff. locat.

55 Sextum exemplum est, in salario præstando Aduocatis, & Procuratoribus Ciuitatum, quibus salarium soluendum est, ex pecunia publica, vt not. Bart. in l. 1. C. de præbend. salar. lib. 10. & ibi glos. & Lucas de Pen. Auend. id cap. 10. Prætor. 2. par. num. 16. Petr. Grego. de syntagmat. iur. 3. par. lib. 27. cap. 2. num. 6. Bouadil. dict. lib. 5. cap. 4. num. 30.

56 Septimum exemplum est si tempore carestiæ, vel abundantiæ, Respublica vult emere frumentū, oleum, vel quid simile in succursum annonæ publicæ, vt Ciuitas abundet, potest ad emptionem frumenti, vel ad ineundam negotiationem, personam aliquam deputare, eique præstare salarium ex huiusmodi pecunia publica, vt not. Ioan. de Plat. in l. 1. C. de Frumen. Ciuitat. Alex. lib. 11. Matienso in l. 1. glos. 4. num. 7. tit. 25. lib. 5. recopila. Ripa de peste. 4. par. num. 162. & in tit. de remed. præseruat. contra pest. num. 186. Auend. in dict. cap. 10. num. 16. Meixia de Pane, conclu. 1. num. 54. Azeued. in l. 18. nu. 8. tit. 4. lib. 6.

57 Quibus in locis tenent etiam prædicti Doctores, quod pro asportandis, & deferendis victualibus ad Ciuitates tempore penuriæ, & necessitatis non est necessaria superioris licentia sequitur, Bouadil. dict. lib. 5. cap. 4. num. 31. subdens, quod personæ ad emptionem horum victualium per Ciuitates deputatæ, & nominatæ, nullatenus sub quouis priuilegio, aut impedimento se excusari valent, idem not. Plat. in l. 1. num. 3. C. vt Nemini liceat ab emptio. speci. se excusa. lib. 10. Auil. in cap. 17. prætor glos. A razonables num. 31. & Matiens. vbi supra.

58

59 Octauum exemplum est in expensis, quæ in nouo ac felicissimo Regis aduentu expenduntur, tam pro ornatu viarum & alimentorum, quam Hospitij Regij, & Ciuium, qui læti, & tripudiantes exeunt obuiam illi. Huiusmodi enim noui aduentus Regum solemnizandi sunt per Ciues, vt nōt. Cassa. in Catalag. glo. mundi 5. par. considera 24. casu 110. & comprobatur etiam ex sacra pagina, vt legitur in nouo ingressu Regis Saul. 1. Reg. cap. 10. & in Christo Iesu quando ingressus fuit ciuitatem Ierusalem, vt patet Mathei. 21. Marci 11. Lucæ. 19. & Ioan. 12. Ac ideo sumptus ad hoc necessarij ex huiusmodi pecunia publica consumendi sunt, vt not. Aufre. in additio. ad decis. 347. Capel. Tolos. Auend. in dict. cap. 10. prætor. 2. par. num. 17. vers. Decimo quarto,

to Bouadil. dict. lib. 5. cap. 4. nu. 27. & dixi supra cap. 14. num. 38.

61 Nonum exemplum ex proximè dictis infertur, quod expensæ factæ in emptione vestium consularium, quæ dantur consulibus, & Decurionibus Ciuitatum in honorem Principis, & necessariam obuiam Regi faciedam ex pecunijs publicis quoq; soluendæ sunt, ipsæque vestes, ex consuetudine generosa, ac liberali munificentia ipsarum Ciuitatum pertinent, & spectant, ad ipsos Consules, siue Decuriones, quidquid incontrarium dixerit, Auend. in dict. cap. 10. Prætor. 2. par. num. 13. per iura, & DD. quos ad hanc propositum allegat Bouadil. dict. cap. 4. num. 28. & 29.

92 Decimum exemplum, simile est proximis, siquidem expensum in ludis publicis non prohibitis, quorum finis est publica ciuium lætitia, vt hastiludia de quibus glo. in l. de vsu ff. de Varijs, & extraordi. cognitio, & alij ludi, qui virtutis experiendæ gratia fiunt, & ob exercitium militare, vt sunt *Iustas y tornaix*, qui secundum veterem consuetudinem possunt in populis exerceri, vt est tex. in l. 4. C. de Paga. & ibi Salicet. & in l. 1. §. quiest ff. de Offi. præf. vrbis, quicquid in illis fuerit expensum de bonis publicis est soluẽdum, & in calculo est recipiendum, vt dixi supra cap. 14. num. 35. & bene probat Auendan. in dict. cap. 10. prætor. num. 12. vbi dicit, quod expensa facta in huiusmodi ludis publicis, ex antiqua consuetudine, dicitur facta in communem omnium vtilitatem: est enim illud sanctissimè receptum, vt Populus publica lætitia recreetur: nulla enim ætas, nulla inquam, Respublica hoc genus expensarum repulit. Habuit enim Græcia sua olympia ab olympia vrbe nominata qua vniuersa iuuentus Græciæ ad illam ludorum celebritatem confluebat, vbi cæstibus, cursu, saltu, disco, & palæstra exercebat. Troiani quoque, nec non minus Persæ Ægyptij, Galli, Hispanique hos ludos publicos agnouerunt si credimus Virgilio, Iustino, Trogo, Beroso, Cæsarique. Huic etiam publicæ lætitiæ, multum Hebræi tribuerunt, & Romani in hoc tantum ceteras mundi Prouincias, & Regna excesserunt, vt in hac vna re cum reliquis totius mundi Regnis nationibusque contendisse merito affirmari posses. Varia autem ludorum genera exstant apud Plutarchum, plura etiam apud Tacitum, Ælium Lampridium, Iulium Capitolinum, Ælium Spartianum, & alios illius temporis scriptores. Omitto Liuiũ, qui non semel causas originesque ludorum exquirit. Hinc Pilæ incensæ in media arena, vt ardore pilarum feræ magis sæuirent. Hinc lustra instar olympiorum, sed religiosa magis, quam olympia. Hinc decennia, quæ extant apud Pollionem in vita Gallieni. Hinc etiam Cyclopeæ. Hinc Ecatombæ. Hinc Gladiatores, Theatra, Carpenta, Nimi, Histriones, Pugiles, Arenarij, Cilocus, & bestiarum celeberrima (sed bestialia tandem) spectacula, quorum veteribus ingens vsus, maximam sumptuum, & sæpè admirabilem, ingentissimamque expensarum summam exequauit. Hinc itidem Naumachia, ceteraqueamphitheatralia exercitamenta, de quibus plura refert Martialis in amphitheatrum Cæsaris. Hinc hominum cum feris prælia, eorum præcipuè, qui capitali pœna erant damnati: sæpè enim deuicta fera capitis pœnam vitabant, atque ob eam solam causam ex prouincijs Romam afferebantur, hique (lege lata) si tales ac tanti artificij essent, vt sæuissimas,

salarium iam præstitum aliquid vltra remunerare, iuxta seruitium meritum l. Cum plures §. fin. ff. de Administr. tut. l. Diuus in fin. ff. de Bonis damnat. l. 1. & ibi glos. C. de Decret. Decurio. lib. 10. facit l. Etiam in prin. ff. de Manu. vindict. & cap. quicunque suffragio 12. quæst. 2. Alex. in vltim. additio. ad Bart. in fin. in l. Vacuatis C. de Decurio. lib. 10. Florian. in disput. 2. dubio 4. per tot. pag. 231. post lecturam inforttiati, Alex. consil. 43. num. 10. vol. 4. Ferdinandus Loazes in allegatione pro Marchione de los Velez 3. fundament. 1. par. num. 1. & seq. & num. 9. pag. 112. Roland. consil. 5. num. 8. vol. 1. & idem consil. 13. num. 40. vol. 3. Auenda. in dict. cap. 10. Prætor. 2. par. num. 43. Tiraquel. in l. Si vnquam verbo donatione largitus num. 23. & seq. C. de Reuocand. dona. Camillus Borrellus in additione ad Bellug. ad Speculum Princip. rub. 1. littera B. versi. Decuriones.

Quibus etiam additur; quod voluit Bart. in l. Ambitiosa col. 2. vers. Quæro, vtrum liceat, & ibi Alber. ff. de Decret. ab ordin. faciend. vbi di-
67 cunt, quod Decuriones aliàs prohibiti donare rei Ciuitatis possunt eas donare ex causa remunerationis: nec propterea decretum est ambitiosum, nec reuocari potest per tex. in l. Iubemus §. scientes C. de Sacrosanctis Eccle. & in dict. l. cum plures §. penult. ff. de Administ. tutor. Alex. consil. 161. circa finem lib. 2. & cons.
68 3. in 3. dubio in fine lib. 5. vbi consuluit Ciuitatem subditam Principi posse concedere immunitatem perpetuam ob bene merita, Felin. in cap. accedentes col. vlti. in 9. conclu. de præscrip. Ias. in consil. 101. colum. 3. vers. Quinto, vol. 4. & in consil. 73. col. 4. vol. 3. Roland. consil. 5. num.
69 8. vol. 1. Et in tantum est vera huiusmodi conclusio, quòd etiam de meritis statur assertioni vniuersitatis, seu Decurionū, vt voluit Decius in consil. 195. col. 3. vers. Nam tali casu Ias. in consil. 227. col. 9. vers. 101. vol. 2. Gram. cons. 58. Ruin. consil. 175. col. 3. vol. 1. latè Roland. à Valle dict.
70 consil. 5. num. 22. vol. 1. Multa siquidem ex causa remunerationis à iure pemittuntur, quæ aliàs non permitteretur; vt per Ias. in l. Iam hoc iure, ff. de Iust. & iure. Deci. in con-
71 sil. 232. Et inde ex eo sequitur, quod licet regulariter non valeat donatio inter virum, & vxorem toto tit. ff. de Dona. inter vir. & vxor. tamen si est remuneratoria valet, vt per Abb. in rub. de donatio. inter vir. & vxorem
72 Socin. in consil. 84. col. 4. vers. Et ratio est secundum Abb. quia hæc non est propria donatio, sed quędam permutatio, seu compensatio seruitiorum. Hinc dixit Alex. in consil. 168. col. fin. vol. 2. quod ista donatio remuneratoria non est contra ius com-
73 mune, nec prohibita fieri per Decuriones Ciuitatis, imò permissa reperitur, vt in terminis nostræ quæstionis probat Bouadil. dict. lib. 5. cap. 4. num. 59. & Escobar. plures referens in dict. tractatu de Ratiocinijs c. 24. num. 24. & seq.

74 Decimum tertium exemplum est, quando Decuriones administrantes impositiones, seu redditus Reipublicæ, eosque in publica subhastatione locando, alliciunt conductores dando eis, vel promittendo certam quātitatē conducant, vt vulgo apud nos dicitur *Axaus*, & in Regno Castellæ *Prometidos*, talis enim sponsio, & promissio de donando, vtique licita erit, & consequenter de bonis publicis dicti *Axaus* solui possunt, vt in terminis scripsit Auendan. de exeq. mandat. 2. par. capit. 10. numer. 12.

tium quæ quidem salaria pariter ex pecunijs publicis solui licite possunt siquidem huiusmodi visitationes in euidentem, & communem Reipublicæ vtilitatem cedunt, prout per prædicta ita firmauit Bouadil. dict.
78 lib. 5. cap. 4. num. 33. Est tamen aduertendum, quod isti visitatores, seu alij officiales Ciuitatum, quibus ex priuilegio, consuetudine, aut aliàs competit potestas visitandi apothecas istorum apothecariorum, & aliorum, inuenientes in eisdem medicamenta, & merces corruptas; possunt de facto proijcere, & perdere eas. arg. text. in l. Cætera §. Mala ff. Famil. herciscund. l. Item quæritur §. Si quis mensuras ff. Locati & in l. Lectos ff. de Pericul. & commu. rei vend. & in pluribus exemplis, not. Paris. de Puteo in tract. de synd. verbo Iudicis suprema potestas, Ripa in tract. de peste. in 3. par. num. 41. Grego. Lopez in l. 1. tit. 7. par. 5. & Mexia in pragmat. tritici, conclu. 1. num. 79. cum seq. Quinimò etiam dicta medicamenta & merces corruptas publicè concremare possunt, arg. tex. in l. Damnato C. de Heret. l. Quicunque in fin. eod. tit. l. Manicheos C. de Episcop. audi. per quæ iura ita notat Iacobus de Velouiso in pract. iuditia. tit. de iniurijs in verb. falsarium.

Prædictaque etiam facere possũt, non tantum quando merces in totum sunt corruptæ, verum quando est mixtum corruptum, cum in corrupta, vt puta cera noua cum antiqua: nam tota concremabitur; vel dabitur pauperibus secundum Angel. in l. 1. C. de Condi. in publicis horreis lib. 10. Et similiter si in tritico misceatur abena, vel hordeum, aut in hordeo palea; vel puluis, constito, quod de industria fuerit mixtum extra ordinem, taliter facientes puniendi sunt. Secundum eundem Angel. in l. Annonam ff. de extra ord. crimi.

79 Eadem quoque pœna puniri possunt piscatores; qui in aqua fluuiorum proijciunt taxum, vel aliàs herbas mortiferas ad capiendos pisces, etenim huiusmodi pisces solent esse nociui, & eorum pastu, homines infirmantur, vt not. Andr. de Isernia in const. Regni Siciliæ cap. de venditore veneni lib. 4.

80 Et similiter puniri etiam possunt caupones, siue tabernarij vendentes vinum mixtum; & sofisticum cum sit humanæ saluti nociuum, etenim omnes isti fraudatores, & similes sunt puniendi tanquam cõmittentes fraudem de re, ad rem, vt dicit Bal. in l. non dubium col. 5. C. de Legib. & notatur in viatorio iuris sub tit. de collegijs illicitis, & monopo. Apostilla ad Angel. de Malefi. in tract. maleficio. in verbo *Mendore de Malidadi* in princip. & Lucas de Pena. in l. 1. C. Ne rustica ad vllum
81 opus lib. 11. per multa iura probat, quod vt apertius huiusmodi fraudes, quæ in istis vtensilibus, & rebus, quæ venduntur, facilius appareant, potest Iudex, & Ciuitas statuere, vt nisi in certa platea, vel loco deputato ad hoc, non fiant venditiones rerũ, quas isti officiales vendunt, & quod alibi vendentes perdãt mercimonia, quod singulare dictum in practica in pluribus locis obseruatur. Quæ omnia huc referre censui, tanquam Reipublicæ necessaria, & in illius vtilitatem respicientia, ac pariter vt sciatur, quod quidquid inde in perquirendis istis fraudibus, expensum, & consumptum fuerit per Decuriones, & Reipublicæ administratores, est eisdem in calculo recipiendum.

82 Decimum quintum exemplũ est, quando Decuriones in defensionem,

pascuorum, terminorum, iurisdictionum, præheminentiarum Ciuitatum & villarum publicas pecunias expenderint, talis siquidem erogatio vti iusta fieri potest de pecunijs publicis, sicuti per plures, quos allegat, probat Bouadil. dict. lib. 5. cap. 4. num. 61. & diximus supra cap. 14. num. 39.

83 Decimum sextum exemplum est, vbi carcerati famem alimentorum patiuntur, ex qua indigentia mors sequi possit, siquidem tali casu adiuuari possint, ne moriantur, de bonis communibus vniuersitatis, vt probat Paris. de Puteo de syndica. verbo expensæ, quem refert, & sequitur Auenda. dict. cap. 10. num. 6. vrgente namque necessitate de publico ærario debent pauperes subueniri, vt in l. 1. C. de Episco. & clericis.

84 Decimum septimnm exemplum est, si consilium Ciuitatis, aut alterius vniuersitatis consueuit, ab antiquissimo tempore de bonis communibus expendere in elemosynas aliquorum Monasteriorum, vel Hospitalium, aut alterius rei, in Christianæ pietatis splendorem, tali enim casu huiusmodi erogatio, extante dicta antiqua, & pia consuetudine, vtique iustissimè de pecunijs publicis fieri posse testantur, Bart. in l. priuilegio C. de Sacrosantis Eccle. Felin. in cap. ecclesiæ sanctæ Mariæ de constitutio. col. 29. Ioan. de Plat. in l. penult. C. de Fide instrum. & iure hastæ fisca. & Doctor de Medina in tracta. de Elemosyna cap. de quibus rebus fict Elemosyna, Alberic. in l. Si pater §. Si quis ff. de Donatio. Peregrin. Bonifac. verbo Elemosyna quæst. 3. glos. fin. fol. 158. quorum sententiam cum temperamento sequitur, Gregor. Lopez in l. 10. tit. 28. par. 3. vbi tenet, quod adhoc debet impetrari licentia Regia, quam praxim se sequutum fuisse testatur Bouadil. lib. 5. cap. 4. num. 14.

85 Cui opinioni libentissimè assentior, vt procedat, & locum habeat, in Ciuitatibus, & locis, in quibus nō extat consuetudo antiqua elargiendi eleemosynas; tali enim casu non extante consuetudine vtique censeo dictas eleemosynas fieri non posse, sine superioris licentia, & multo minus, quando eleemosyna, quæ elargitur fuisset magnæ, & notabilis quantitatis. Cæterum si esset modica quantitas, & ex consuetudine terræ solita dari, tūc proculdubio absq; superioris licentia crederem, posse per Decuriones Ciuitatum, & Vniuersitatum huiusmodi modicas eleemosynas erogari, siquidem Administratoribus permissum est modica dare, maximè accedente consuetudine terre, iux. tex. in cap. cęterum de donatio. ibi, *Datæ rei quantitas, & illius terræ consuetudo est diligentius attendenda*, cui enim libera conceditur, censetur permissa donatio, quæ fieri cousueuit, tenet Ioann. Garcia de expens. capit. 20. numer. 9. & Modica quantitas dicitur vsque ad duos aureos. l. Si quis affirmauerit §. fin. cum l. sequenti ff. de Dolo, ibi, *Id est vsque ad duos aureos*. Auil. in cap. prætor, 30. glos. Alegrias, n. 9. dicit, quod hoc an modicum, vel immodicum datum sit, Iudicis arbitrio relinquitur, idem voluit Menoch. de arbitra. casu. 145. num. 4.

86 In hac tamen nostra Barchinonensi ciuitate, à tempore immemoriali, quo hominum memoria non existit in contrarium, solitum est per dominos Consiliarios, & sapientissimum consilium generale eiusdem Ciuitatis, ad eorum nutum, & liberam voluntatem erogare, & expendere

pendere, ex pecunijs publicis quascumque summas, & quantitates, tam magnas, qua paruas, pro eleemosynis Hospitalium, & Monasteriorum, absque aliqua Regia licentia, adeò, quod alia Ciuitas, ita liberalis, & munificentissima in istis pijs largitionibus nostris temporibus vix reperiri potest, cuius Ciuitatis ac Ciuium splendor, ipsorumq; munificentia: non solum lucet, ac præfulget, in dictis pijs erogationibus, verum, & in alijs quam plurimis summis magnis, & grauissimis, expensis animo liberali pro defentione, tam dictæ Ciuitatis, quam Principatus Cathaloniæ, pro quibus die, noctuque vigilantissimè per vigilant, cum magno armorũ strepitu, ac acerrima militum multitudine, vt omnium gentium id com-
87 pertum, & notissimum est. Et modò in nouo aduentu domini nostri Regis Philipi III. ad hanc Ciuitatem, (cuius vitam Deus Optimus Maximus per annos plures incolumen seruet) dum in eadem Curiæ generales celebrabantur, ipsisq; adhuc indecisis, & pendentibus, hoc anno 1626. de mense Maij, vti fidelissimi vassalli eidem liberalisimè, & grato animo mutuauerunt per tabulam cambij quinquaginta mille libras monetæ Barcinonæ.

88 Decimum octauum exemplum est, quãdo Decuriones ex bonis Reipublicæ dederint Nuntijs Regis bona nuntiantibus, veluti quando nũtiauerunt bonum euentum belli, Principis primogeniti natiuitatem, & similia, tunc enim potest Respublica similibus Nuntijs in remunerationem publicæ lætitiæ allegatæ, aliquid arbitrio suo donare, quod vulgus Albricias appellat, vt in l. 1. C. Publicæ lætitiæ, vel consul. nuntia. ibi, *Quidquid nostrorũ vnquam nuntiari cœperit prosperorum ad bella, si desinunt, si oriuntur victoriæ fructus, si honor datus fuit Regalium, vel Consulum, vel trabearum, compositaue pacis erit offerendæ tranquilitas, si sacros vultus inhiantibus, forte populis imferimus, hoc sine immodico pretio nuntiari excipique sancimus.* Per quem tex. ita tenet Bart. in l. ambitiosa. num. 2. ff. de Decret. ab ordin. faciend. Platea in l. Penult. C. de Curs. publi. Auend. de exeq. mand. Regijs. 2. par. cap. 10. num. 11. Auil. in cap. prætor. 30. glos. Alegrias, num. 9. Menesius in l. Præses. C. de Transactio. Bonifac. in sua Peregrin. verb. Rector. fol. 339. col. 3. Escobar de Ratiocinijs cap. 24. num. 22.

89 Decimum nonum exemplum est, quod si in populo est tantum vna Ecclesia, Beneficiati in ea residentes non habent sufficientes redditus, vnde viuere valeant, & talis Ecclesia reedificatione indigeat, cum ius publicum consistat quoque in sacris, & Sacerdotibus, vt in l. 1. ff. de Iust. & iur. & commodum spirituale, quod in Ecclesia percipitur omnes tangat, in tali necessitate potest sucursum præstari ex bonis cõmunibus Vniuersitatis pro reedificatione Ecclesiæ. Ex notatis per Abbatem & Doctores in cap. 1. de Ecclesijs ædificandis, & in cap. 1. de reb. Ecclesiæ non alienand. Escobar de Rationinijs cap. 25. num. 37. qui alios refert, & signanter Petr. Surd. consil. 62. per tot. vbi dicit, quod si vniuersitas, vel Populus, aliquid erogauit in reparatione Ecclesiæ, potest à Rectore repetere actione negotiorum gestorum, si animo repetendi illam expensam fecit, cui adde Paulus de Cita-

Citadinis in tract. iuris patronatus art. 5. ext. num. 3. vsque ad 7. vbi late enumerant, qui sint illi, qui ad refectionem Ecclesiæ diruptæ tenentur.

90 Vigesimum exemplũ, est quãdo aliquis ex Decurionibus Ciuitatis, senio confectus labitur in paupertatem, nam tunc sunt ei alimenta decernenda ex populi pecunia, ex tex. in l. Decurio ff. de Decurio, ibi, *Decurionibus facultatibus lapsis, alimenta decerni, permissum est, maximè si ob munificentiam in patriam, patrimonium exhauserit,* & hanc sententiam tenuit per illum tex. Auiles. in cap. Prætor. cap. 1. glos. verbo. salario num. 8. Curia Pisana lib. 2. cap. 18. glos. litera T. Petr. Grego. de syntagm. iur. 2. par. lib. 18. cap. 14. num. 19. Escobar de Ratiocinijs cap. 24. num. 34. vbi tenet, quod Decurioni pauperi, qui ad egestatem peruenit possunt ei alimenta de publico ærario donari. Et licet Auendan. in cap. 10. Prætor. 2. par. num. 10. dixerit se hoc nunquam in praxi receptum vidisse, tamen prædicta sententia vtique iuri, & rationi consentanea est. Siquidem libertus, & Ecclesia patronos suos egenos alere tenetur, ex tex. in l. Si quis à liberis. § solent ff. de liber. agnos. Lamberti. de iure patro. 3. q. principali lib. 3. art. 2. eodem modo Respublica pauperem Decurionem propter eius seruitium exinanitum, & depauperatum alere tenebitur, ita resoluit Lara de aliment. in dict. §. solent pertot. Accedit etiam huic sententiæ, quod discipuli magistrum pauperem alere tenentur, vt de Sabino. l. 2. refert Pompon. in l. 2. col. fin. vers. Huic nec ample ff. de Orig. iur. Romani quoq; militibus Senioribus. & veteranis, vt cum pace, & odio viuerent, quam plurima bona constat eis dedisse, vt legitur in L. desertorem, versiculo Quid militia, & versi. Et si expleto. ff. de Re milit. & l. 1. C. de veter. lib. 12. & de iure huiusmodi pietas reperitur plurimum cõmendata, vt per Laram vbi supr. num. 27. vnde Anaximenides, vt refert Estrobeus sermo. 7. dixit nullam esse rem magis iustam, piam, & æquam, quam antidoralem, reciprocamque habere beneuolentiam, erga illos, qui nobis contulerunt beneficia, & docuerunt nos.

91 Vigesimum primum exemplum erit, quod licet puerorum pauperum educatio, & hospitalitas, atque eruditio, honorem ciuitatis, aut populorum respiciat, vt in l. Si quid relictum, & in l. Ciuitatibus, ff. de Legat. 1. nihilominus, quia id solum spectat commodum certarum personarum, & non commodum vniuersale toti ciuitatis, & habitantium, in ea, inde ex eo fit, quod non potest pecunia publica in his pueris erudiendis consumi ita tenet Auend. in dict. cap. 10. Prætor. 2. par. n. 21. vbi id ipsum procedere ait, in nutriendis pueris expositis, quamuis ab eius opinione cũ moderamine discedit, Bouad. dict. libr. 5. cap. 4. num. 58. Expensa enim, quæ fit, ad nutriendum puerum publicè expositum, cuius mater non inuenitur ex eleemosynis diuitum fieri debet, & Iudex potest compellere Diuites, vt præstent eleemosynas, pro nutriendo hoc exposito, ne famè pereat, vt est glo. in capit. sicut 47. dist. & not. Abb. in cap. si quis propter necessitatem, quem refert, & sequitur, Auenda. in dict. cap. 10. num. 19. vbi indubitanter tenet huiusmodi puerum expositum, nullatenus esse nutriendum ex bonis communibus, sed tantum ex eleemosynis, alij autem senserunt, quod horum expositorum enutritio, expensis Ecclesiæ sit facienda, & hanc sententiam tenuit

nuit Iacob. de sancto Georgio. in l. Hęres absens.§. si quis tutelam num. 45. ff. de Iud. Abb. in cap. 1. num.3. de infant. expositis. eosque refert, & sequitur, Antoni. Sola in tract. de capiend.debito. pro caus. ciuil par.3. glos. vnica num.8.Surd.de aliment. quæst. 81. fol. 74. vbi ponit quibus expensis sit alendus infans relictus à muliere vltimo supplicio damnata, & allegat ad hoc Bart. in l. Imperator ff. de Statu. hominum, Boer. decis. 303. nu. 6. quam sententiam veris simam reputat Georgius vbi supr. nisi in Ciuitate constructum esset, aliquod Hospitale pro horum puerorum, siue Infantium lactatione, & enutritione, prout in hac inclyta Barchinonensi ciuitate habemus, sub inuocatione sanctissimæ Crucis.

Nonnulli vero sunt in alia opinione dicentes, quod si Hospitale ad hoc destinatum in ciuitate deficiat, Regis expensis, vel Domini loci lactari expositi debeant, quam sententiam tenet Bald. in l. Si qua illustris C. ad Orfficia. motus ea ratione, quia sicut illorum vulgo quæsitorum hæreditas, Regi iure pertinet, ex tex. in l. 1. C. de Bonis vacant. perconsequens Regijs etiam expensis lactari debent quando arbitrio fortunæ fuerunt expositi, arg. tex. in l. Quò tutela ff. de Regul. iur. & in authent. sicut hęreditas C. de Legitim. tut. secundum enim naturam est, vt quem sequuntur commoda, sequantur incommoda, ex vulgata iuris regula, & ita tenet Surdus vbi supra ex Antonio Sola loco supra citato.

In hac tamen Doctorum varietate, & controuersia, Anto. Tesau. decis. 118. æqualiter Regi, Episcopo, & Reipublicæ horum infantium nutrimentum pertinere firmauit, motus ex eo quia cum hoc pietatis intuitu fieri debeat, Episcopus ipse loci, à se ipso, Rege, & Republica, eleemosynam extorquere tenebitur, cum ipse piarũ causarum sit exequutor, quam sententiã ꝓbat, ex tex. in Nouella. Iustiniani 153. de infãtib⁹ expositis, ibi. *Ab Archiepiscopo subueniẽdum fore, & à tota illi supposita Ecclesia,* dicit inquã Iustinianus per illa verba, tam laicorum, quam clericorum potęstates ad id adstringere voluisse. Licet aliter in Pedemontano Senatu iudicatum fuisse testatur, eo quod Hospitali talium puerorum deficiente; Rector Ecclesiæ, in qua expositus fuit infans condemnatus existit, vt expositum suis sumptibus aleret, hoc tamen addito vt si ipsius facultates ad id non sufficerent, Episcopus, Ciuitas, ac Dominus loci pro eius alimentis contribuerent, ipse tamen vbi supra hoc arbitrio Iudicum terminandum fore putauit.

Verum, cum onus, quod à multis sustinetur minus omnes grauet, fortè esset omnium melius, ac securius arbitrium, scilicet vt Episcopus concederet alicui licentiam ad id eleemosynas toto anno exigẽdum, cum minus sit Ciuibus graue, & ponderosum minutatim has eleemosynas præstare, quã vno ictu tribuere. Et ita olim Romæ factum fuisse legimus apud Festum lib. 1. Alexander, ab Alexan. lib. 2. dierũ genialiũ, c. 12. vbi etiam refert in foro Olitorio columnam lactearium positam fuisse, sic dictam, quia ibi Infantes lacte alendi deferebantur. Imperator quoque Traianus vt refert Sabellic. in eius vita, pium, ac laudabile opus constituit, his enim expositis (charitate ac misericordia motus) domum amplissimã in monte Cęlio fabricauit, quã multis deinde possessionibus dotauit, ibique vt expositi, & eorum nutrices alerentur per quadrieniũ constituit, opus qui-
92 dem tanto Imperatore dignum, sed quid dicã de huius Imperatoris virtuti-

tibus, multa quidem referri possent, sufficiat tamen dicere, & ex S. Ioãnis Damasceni legenda colligere, quod cum dictus Traianus Imperator, eo quod ex Gentilibus esset, & in Inferno sepultus fuisset, hocq. Diuo Gregorio Magno non innotesceret, dolens, quod homo tanta pietate, & iustitia decoratus, æterni Dei Regnum perdidisset, eidẽ Deo supliciter exorauit, vt ipsum ab infernorum faucibus liberaret, Regnique cælestis participem efficeret, idq. particulari priuilegio fuit consequutus vt reffert Lucas de Penna in l. 2. col. 3. C. de Exacto. tribut. Syluester contra Lutherũ carta 26. Sylua nuptialis libr. 1. num. 160. Faber in prohem. institutionũ in principio. Guillerm. Benedictus in cap. Raynuntius, verbo qui cum alia matrimonium contrahit, num. 129. Cassaneus in Cathalogo Gloriæ mũdi part. 5. consideratione 5. versi. ex hac iustitia. Bouadilla lib. 2. politico, cap. 2. num. 84. Frater Dimas Serpi in tractatu de Purgatorio capit. 42.

93 Vigesimum secundum exemplũ est, quod salarium, quod præstari solet custodibus mesium, aut vinearũ alicuius loci, non soluatur, nec solui potest, ex pecunia publica, ex eo quia commodum custodiæ resultat, in vtilitatem certorum vicinorum habentium vineas, vel segetes, ad quos pertinet custodia suorum bonorum, vt in l. Diuus, ff. de Vsu, & habitat. l. Quæsitum. §. Saltuarium, ff. de Fund. instruct. l. Si à Domino. §. Fructus, ff. de Petit. hæredit. & not. Bal. in l. 1. C. Locat. & Bart. in l. fin. ff. de Impens. in reb. dotal. fact. Et quamuis sit generale commodum, vel vtilitas, vt in eadem ciuitate, vel loco adsit abundantia vini, frumenti & annonæ l. 1. §. Cura carnis, ff. de Offic. præfid. Et ea de causa omnes compelli possunt, vt vineas, & oliueta plantẽt, & agros colant, vt not. Bart. in l. Quoties in fin. ff. ad municipal. & Florian. in l. Ait Prætor. §. Sicut ff. de His, quæ deiecerunt, vel effuderunt, quos sequitur Puteus in tract. de syndicat. verbo, Iudicis supræma Potestas sub. nu. 17. nihilominus licet hoc sit, in vniuersum publicè vile, & necessarium, quia alias omnia regna deteriorarẽtur, nisi arerentur, & colerentur agri, vt inquit Bald. in l. Itẽ si fundi vsusfructus, ff. de Vsufructu. l. Non intelligitur. §. Diui fratres. ff. de Iure fisci. Tamen hæc vtilitas vniuersalis, est secundaria, Principalis vero vtilitas & priuata, & particularis, quæ resultat in commodum ciuium, quorum sunt prædia, vel vineæ, quæ coluntur & ad quos perueniunt fructus, quorum conseruandorum causa ponitur custodia messorum, & custodientium vineas, & ideo in soluendis expensis debet haberi ratio illorũ, cuius principaliter custodia ponitur, licet secundario redundet in commodum Reipublicæ, vt in simili not. Bald. in l. Rogasti in princip. ff. Si cert. petat. & est glo. in l. Ait Prætor §. 1. verbo meum, ff. de Edend. l. Nihil. §. fin. ff. de Inoffic. testam. glo. in cap. 2. verbo detrimentum de pactis lib. 6. & confert, Angeli doctrina in l. Naui, ff. ad l. Rhodiam de iactu. vbi dicit, quod commodum obueniens alicui in consequentiam non habetur in consideratione. Vnde cum commodum proueniens ex custodia mesium, vel vindimiarum principaliter concernat fauorem certarum personarum habentium vineas, vel messes, ad illos igitur pertinet solutio expensarum, quæ fiunt in custodibus, cum trita sit regula, quod custodia mesium, &
94 vinearum ac frustuum conseruatio, fieri debeat expensis eorum quorum sunt fructus, & non vniuersitatis, vt notant. Bart. & Alexa. in l. Cum quæritur. §. fin. ff. de Legat. 3. Decius in cap. 2. numer. 107. de probatio. & in

terminis probat Bouadilla lib. 5. cap. 4. num. 42. Ideoq. In ciuitate Tarraconæ patriæ amantissimæ Matris meæ cuius ego à pluribus hinc annis aduocatus sum, vidi obseruatum, & in cõsule ibidem obseruatur, quod magnif. Consules illius ciuitatis, eligunt, & nominãt custodes messium, & vinearum, quorum salarium soluitur per ciues, & dominos dictarum messium, & vinearum, quæ quidem practica, & obseruantia est iuri consentanea prout ex allegatis per dictos Doctores supra id apertissimè liquet.

95 Vigesimum tertium exemplum ex proximè dictis infertur, quod pulsationes campanarum, quæ fiunt ad fugãda nubila tempore quo sunt fructus pendentes in agris, debent, expensis illorum, qui fructus habent solui, & minimè de bonis comunibus ciuitatum, aut locorum per supradicta, & in terminis sic notat. Auenda. in dict. cap. 10. Prætor. 2. part. num. 25. versic. Et obid. Bouadil. dict. lib. 5. cap. 4. num. 42. quamuis ego in his crederem, potius standum esse consuetudini locorum, quia id quod consuetum est, tanquam rationabile, est seruandum, vt per Bar. in l. 1. C. de Pascuis pub. lib. 11.

96 Vigesimum quartum exemplũ similiter adduci potest in expensis, quæ fiunt in processionibus annuis publicè euntibus vicinis, ad eremitas, quæ sunt, in campestribus locis, vel ad alia loca Religiosa, vt in l. Vel Religionis, ff. de Procurato. vbi vinum, & panes, & alia ad edendum cõsumuntur pro refectione corporis humani, nam pedestres ambulant, tam viri, quàm fœminæ, quæ quidem expensæ non debent fieri de bonis cõmunibus publicis, nam licet hoc sit in Domini seruitium, non tamen est in commodum publicum: sed est in commodum particulare cuiuscunque, & expensa fieri debet, ab his, quorum principaliter interest vt modo supra diximus, & probatur argumento tex. in l. Quoniam liberi, C. de testib. & in l. Sed si hæreditas. §. 1. ff. Ad exhib.

Si tamen ex consuetudine clericis, & sacristis, & alijs gestantibus cruces in processionibus soleat dari aliquid ad comedendũ per modum eleemosynæ de bonis publicis, hæc laudabilis consuetudo seruanda est arg. tex. in cap. ad audientiam de simonia, & tũc iusta est talis erogatio: veluti etiam si aliqua moderate erogantur, in tripudijs, & alijs, quæ die corporis Christi fiunt in honorificentiam solemnitatis illius diei, nam huiusmodi expensæ, quamuis de bonis publicis fiant iuste erogantur arg. tex. in Auth. de collatio. 9. late vide super his Bouad. dict. lib. 5. cap. n. 14. & 16.

97 Vigesimum quintum exemplum est, quod pecunia publica expendi nõ potest, in capiendis malefactoribus, ex eo quia, cui cõpetunt pœnæ fiscales, competit etiam expensa facienda in capiendis, & etiam in re mittendis malefactoribus, vt voluit Lucas de Pena in l. Annonas C. de Annonis, & tributis lib. 10. vbi dicit, quod ideo Rex habet redditus Regni, vt suo sumptu faciat iustitiam ministrari, id que voluit Grego. Lopez in l. 7. tit. 17. p. 3. verbo de vedar Follerin sua praxi criminali verbo notatos capiat num. 22.

98 Si tamen captura esset facienda de pluribus ribaldis, vel famosis latronibus, qui apud strata viatores spoliabãt & manu militari se defendebant, hoc casu impensa capturarum facienda foret de redditibus Ciuitatis, seu loci in cuius districtu, & iurisdictione tales scelerati delinquebant, & ita tenet Follerius dicto loco proxime citato Aufles in cap. Pretor. 27. glo. Las haran. num. 16. vbi dicit, quod immi-

libr. 2. cap. 18. nu. 297. cum tribus sequentibus Isernia in tit. quæ sint regalia super parte vectigalia, dicit,
102 quod Princeps non debet imponere noua vectigalia pro ministranda iustitia, sed eam debet ministrare ex reditibus Regni, quia qui eos percipit tenetur subditos defendere ab incursibus latronum, & piratarum, licet hoc debeat intelligi, vbi reditus Regni adhoc sufficientes essent illis tamen iam consumptis, & exhaustis in ipso bello, vel alijs Regni necessitatibus, tam exempti, quã non excepti, pro modo facultatum huic defensioni contribuere deberent latè tenet Montal. in l. 1. tit. 5. lib. 1. fori glo. siépre guardadas vers. itẽ facit ad quæstionem Mexia in pragma. panis cõclu. 5. n. 63. & 64. Gutierres in pract. qq. lib. 1. cap. 3. Grego. Lopez in dict.
103 l. 5. glo. verbo las missiones vers. quid tamen, vbi dicit, quod si in mari circa Regni districtum piratæ derobarent transeuntes, Regisue subditos expilarent, & Rex non posset huic inimicorum oppressioni, sine magno dispendio, & sumptu resistere, cum redditibus, qui pro simili defensione à nauigantibus præstantur, non tenetur de suo prædictos portus defendere, nisi quatenus illi redditus sup-
104 petunt. Et hinc dicitur, quod licet Rex aduersus inimicos classem parare teneatur, vt in l. 1. C. de Classis libr. 11. tamen hoc debet intelligi dummodo maritimi reditus, & prouentus ad hanc impensam sufficiant. Quemadmodum subditus, siue vas-
105 sallus, qui non tenetur sequi Principem, vel dominum suum ad bellum pergentem proprijs sumptibus; vbi iam non haberet vnde posset stipendia militibus suppeditare de reditibus feudi cap. 1. & ibi glos. de pace iuranda &c. & not. Doctores in l. Mænia. §. vxor. ff. de Annuis legat. Martinus Landen. in tract. de Principe quæst. 183. idque voluit Iacob. de Arenis in §. Præiudiciales inst. de actio. Bart. in dict. §. Vxor. nu. 5. Oldra. consil. 234. numer. 4. Isernia in §. fin. de pace iuram. firma. Loazes in consilio de Mula. pro Marchione de los Velez fol. 166. Menchaca libr. 1. quæstio. Illustrium cap.
106 6. num. 4. Eodem modo si Princeps, vel Rex non habeat idoneos reditus ad defensionum portorum, ex ciuium collatione expendi debent. Et vbi necessitas admodum immine-
107 ret, non solum collecta inponi poterit, verum, & per manus iniectionem diuites compelli possunt ad mutuandas pecunias Regi, quia instante necessitate vassalli iure optimo ad id compelli possunt, tenuerunt Nicholaus de Neapoli, & Guillermus de Cuna in l. fctiniarios C. de Numerarijs libr. 11. Isernia in capit. 1. quis dicatur Dux & in capit. 1. §. Sed neque alia quæ sit prima causa beneficij comittendi in vsibus feudorum. Bald. in l. 1. C. de Operis liber. Loazes loco superius allega-
108 to pag. 171. vbi dicit, quod hoc casu ciuis, qui mutuauit, poterit à Rege petere interesse illius pecuniæ quam mutuauit, idem tenuerunt Ioan. Crot. in l. Nemo potest num. 3. ff. de Legat. 1. Ias. in l. Si ex toto numer. 16. ff. de Lega. 1. Castaldus de optimo Imperatore quæstio. 17. & eos refert, & sequitur Menchaca de successio, creatio. §. 6. num. 22. & in dict. capit. 6. numer. 7. & 8. vbi expressè dicit, quod simili vrgente necessitate, ciuitates, oppida, & villæ, diuitesque, & opulenti vassalli, Regi mutuare compelluntur. Ita tamen, vt posteà Princeps idoneos redditus ex Regno habeat, reddat integram pecuniam mutuatam, ac rursus interesse moderatum, quod confirmatur ex his, quæ latè tradit Bouadil. lib. 5. cap. 5. per

tor. Molin. de iust. tract. 2. disput. 315. in princip.

Vnum tamen tanquam præcipuũ pro regula generali in hac publicarũ pecuniarum erogatione constituere
109 oportet, quod vt licita sit in omni casu huiusmodi pecuniæ publicæ erogatio, requiritur, quod in ea expendenda concurrat commodum vniuersale Reipublicæ, aut illius publica necessitas, vt in l. Si quis hominem in fin. ff. ad Exhib. & in l. 1. C. vt nemini liceat ab emp. Auend. in cap. 10. Prætor. 2. par. num. 20. circa medium, vbi profitetur, nõ solum dictam erogationem bonorum publicorum esse licitam in caussas cõmodi Reipublicæ, sed etiam in alios casus in quibus tanta, vel maior ratio in sit lux. glos. quam allegat in l. Ob æs C. de Prædijs minor. latè Ias. in l. 1. C. de Bonorum poss. contra tabul. nu. 7. & Bouadil. d. lib. 5. cap. 4. nu. 63. Et sic concluditur, quod in casu huius erogationis sufficit, vel esse commodum, vel necessitatẽ publicam, nam hęc æquiparantur vt in c. mutationis 7. quæst. 1. vide Escobar de Ratiocinijs capit. 35. num. 51. vers. vt autem.

Accedamus iam ad formam rationis reddendæ per Reipublicæ administratores de bonis Reipublicæ, ac
110 etiã per alios quoscũq; administratores, quæ talis esse debet. Primũ nãque exhiberi debet liber public⁹ rationũ, in quo descripti sint, redditus, & fructus, qui percipiuntur ex bonis administratis, non confusè, nec in genere, nec sub inuolucro verborum, sed sigillatim, item accepta, & data, debita, & credita, introitus, & exitus, aliaque plura facere tenentur, quæ mirè, & optimè ponit, & declarat Roland. a Vall. in consil. 49. per totum illud consilium, quod profecto est signandum, & ad id semper recurrendum in materia reddendæ rationis, tam per administratores Reipublicæ, quam per tutores, & curatores, latissimè Baeça de decim. tut. cap. 2. num. 171. & seq. vsque in finem, & bene Beneuenutus straca in tract. de mercatura in 2. par. in primo n. 56. & seq. Bar. in l. 2. ff. de Neg. gest. idem in l. 2. C. de Nauicular lib. 11. vbi ponit verba singularia circa specificationes, & distinctiones ponendas in his rationibus, quæ ab Officialibus, qui multa recipiũt, & multa trãsferunt, ad alios, Paris. de Put. de syndicat. verbo. ratio cap. 2. fol. 282. eandem materiam agunt, & latissimè declarant Castel. in l. 27. Tauri in tract. de ratione reddenda vers. quo ad septimũ n. 19. fol. 124. Bonifac. in peregri. verbo, probatio 2. par. fol. 395. col. 4. Belug. in specul. Princip. rub. 17. vers. videamus n. 13. Auenda. in c. 10. Prætor. 2. par. num. 31. 32. & 33. vers. item ista & num. 35. vbi loquitur in rationibus reddendis per administratores Reipublicæ Ioan. Garcia de expẽsis cap. 20. n. 22. latè Ioan. Guttier. de iuram. confirma. 1. p. c. 40. n. 18. & seq. & quę tradunt Meno. de arbitra iudic. centur. 3. lib. 2. casu 209. per tot. Mascar. de probatio 2. tomo concl. 976. nũ. 63. & seq. & nouissimè Farina. cons. 45. num. 17. & 18. & Bouodil. lib. 5. capit. 4. numer. 71. qui alios refert quibus in locis prædicti Doctores concludunt, quod rationes debent
111 reddi à capite vsque in finem, computando prius introitus, & accepta, & postea data, vt his visis fiat calculatio, & liquidetur an sit residuũ nec ne, contra vnam vel alteram partem.

Hoc autem adeo generale est, omnium gerentiuum negotia aliena;
112 qui tenentur rationem reddere, vt conficiant librum, vel codicem rationum, de his, quæ peruenerunt ad manus suas quia aliter impossi-

bile.

bile est, quod ratio cogruè reddi possit: nisi liber rationum ostendatur, in quo accepta, & data, & introitus, & exitus (vt dictum est) sint descripta. Oportet ideo primum rationes atq; librorum volumina offerre legenda, deinde computandum, vt ex plorari possint, imputationes, an probè, vel improbè, referantur accepta, & data l. Cum seruus ff. de Conditio. & demostra. nam cum ratio sit necesse, quod incipiat à capite l. argentarius §. Edi. ff. de Edendo quomodo caput ac finis rationibus in compositis, & non reductis in codicem fieri poterit? certè nullo modo, ita singulariter ratiocinatur Angel. consil. 277. nu. 3. dubio 6. Socin. & Decius quos refert, & sequitur Roland. a Vall. d. consil. 49. nu. 22. & 23. vol. 1. Baeça alios referens de decima tuto cap. 2. nu. 175. & 182. & Ioan. Garcia de expens. & meliora cap. 20. num. 23. in quibus locis tenent prædicti Doctores, quod in libris rationum debent omnia sigillatim clarè, & explicitè describi, & ex primi tam in receptis, quam in expensis, & in capitulis ab eis dependentibus, cum enim per singula, & clara sit declaratio, & computatio, facile veritas, aut falsitas deprehēdi potest, ideoque dicunt, quod nō sufficeret complecti in genere tantū receptum, vel tantum impensum, nam talis ratio non esset admissibilis, contineri que debet nominatim, à quo receptū, & quantum, & ex qua causa & qua die, quando sine expressione dici nō potest intelligi, quid sit illud, quod datum refertur, vel acceptum, sed esset incertitudo, secus si ex omissione dici, non emergat incertitudo, nec ambiguitas, quia tali casu sufficit designare annum mensem, vel aliud tempus accepit, vel dati puta vindimiarum, vel messium.

113 Adeoque huiusmodi administratores tenentur libros rationum bene compositos, & ordinatos exhibere tempore rationis reddendæ quod ob librum rationum nō confectum, vel non exhibitum præsumuntur esse in dolo, & in litem potest iurari contra eos, vt tradit August. Bero. consil. 128. num. 12. vol. 3. Socin. cons. 159. num. 3. vol. 2. Grat. cons. 29. num. 19. lib. 1. Baeça dict. cap. 2. num. 181. Ioan. Garcia de expens. & melior. cap. 20. num. 22. Menoch. de arbitra casu 208. nu. 19. Roland. a Vall. dict. cons. 49. nu.
114 24. vol. 1. vbi sub num. 25. idem dicit si cōfecerit, & exhibuerit, sed minus legitimè, & legaliter, vt quia multos redditus, & fructus percepit, & pecunias exigit, quas non posuit ad introitum, vel in eo dicit soluisse pecunias pro pupillo, quas vere nō soluit,
115 quia cum arguatur in eo dolus, & falsitas in præiudicium pupilli, vel adulti, & conuertendo ipsas pecunias in eius vtilitatem posset dici prædo, cōtra illumque in litem iurari poterit, vt per Angel. & Imol. in l. Pomponius §. Et facta ff. de Acquiren. possesso. Ioan. Guttier. pract. qq. par. 3. cap. 11. num. 54. & 55. Qui alios refert.
116 Est enim dolus falsa asseueratio scienter facta, cum animo fallendi l. 1. ff. de dolo Cyn. in l. Præscriptione C. Si contra iis, vel vtilit. pub. accedit his quod tradit Bar. in l. Cōperimus
117 C. de Nauicula lib. 11. vbi dicit, quod Officialis publicus debet cōficere librum suæ administrationis, & in eo data, & accepta, cui, vel à quo, & ex qua causa, & qua die nominatim, & singulariter scribere, & ratio est secūdum eum, quia nisi hæc fiant, nō potest posteà conuenienter reddi ratio administrationis idē probat Meno. de arbitra casu d. 208. n. 16. Ioan. Gut-
118 tier. d. p. 3. c. 11. n. 5. vbi idem est in alio quouis administratore, negotiorum gestore, Thesaurario, & similibus, nec non & in matre vsufructuaria, & Hiero. Gabriel. in consil. 148. nu. 3.

vbi quod librum rationum conficere tenentur,& in forma rationis,vt singulariter omnia contineat, ita vt reperiri possint falsa,& vera, aliàs tenebuntur ad interesse, Anto. Galeat, Maluesia consil.113.num. 6. vbi sigillatim refert, quid ponendum est in libro tutoris, aut cuiuslibet alterius
119 administratoris. De his libris rationum quomodo, qua forma,& ordine, & quid continere debeant, egit latè Ioan. Gutier. in tract. de iuram. confirmat. 1. par. cap. 40. num. 1. & seq. Castell. in suo tract. de ratione reddenda in 7. par. per tot. & nouissimè Escobar de Ratiocinijs cap. 10. n. 69.
120 Amicus insuper, licet negotia amici gerens gratis, non teneatur librum conficere, ita exactè, & diligentèr vt alias iura fieri mandant nihilominus debet eum cōficere, quia tenetur rationem reddere, quæ sine libro saltē negligenter,& ineptè confecto reddi nequit, calculus namq; fieri nō potest, si vel non omnia, vel falso aliqua scribantur Angel. consil. 277. Ruin. cons. 69. vol. 2. quos refert, & sequitur Hierò. Gabriel. cons. 148. num. 5.
121 vbi sub nu. 9. tenet, quod liber rationum in aliquo falsus, præsumitur totus falsus,& nulla fides ei dabitur, secundum Innocen. Paul. & Iasonem,
122 quos ibi ad hoc refert, & sequitur, sicut è cōuerso si liber siue publicus, vel priuatus contineat in se multas partitas si in aliquibus probent, verè præsumitur, quod etiam in alijs probāt, vt ex pluribus quos allegat probat Mascar. conclu. 162. n. 18. Escobar de Ratiocinijs c. 12. n. 5. vbi dicit, quod si liber rationis societatis in aliquibus probaretur veritate scriptus, tūc etiā in alijs, illi esset credendum, propter præsumptionem bonæ fidei allegat Paul. de Castr. consil. 301. & Aymon. cons. 108. num. 6. inquiens hoc nunquam obliuioni esse tradendum.
123 Similiter ne aliqua in hac rationum materia ommittamus, te, scire oportet, quod nedum tutor, & curator vt diximus supra num. 16. obnoxius est rationem reddere, verū etiā, & inuentarium, ac librum rationum quoque exhibere debet, nec non & pati, quod copia omnium extrahatur per partem sibi contrariam, & similiter omnes actus suæ administrationis ostendere,& instrumenta, res, nomina debitorū, bona, & reliqua omnia restituere minori, vel adulto alias non dicitur reddita ratio, imò dicitur talis tutor, & administrator esse in dolo, vt ex pluribus, quos allegat probat Caualca. de tut. & curat. nu. 202. Ioan. Gutierres de iuram. confirma. par. 1. cap. 40. nu. 18. cum seq. Baeça de decim. tut. cap. 2. num. 171. & seq. qui alibi allegat.
124 Est enim inuentarium caput rationum, vt inquit Curt. senior cons. 66. col. 8. vers. secundum articulum decis. Pedem. 147. num. 12. Baeça d.
125 cap. 1. n. 51. & 169. Hinc dicunt DD. quod tutor prius debet ostendere introitus, quam exitus, vt scripsit Nichol. Neapolit. in l. Spadonem §. Ratiocinatio ff. de Excusatio. tutor. Firmian in tract. de Episcop. lib. 4. par. 6. quæst. 29. Platea in l. 1. in fine C. de Apoch. pub. lib. 10. quos refert,& sequitur Baeça d. cap. 2. num. 169. vbi, quod verissimilius est Doctores significare, quod in reddenda ratione prius sunt, excutiendi, quanti sunt redditus, & res pupilli deindè examinādæ expensæ, quas tutor reputat.
126 Confessio redditus, nō præiudicat tutori, seu administratori, donec acceptetur impensa,& è conuerso, l. Cū queritur ff. de Administra. tutor. Platea in l. 1. in fine nu. 9. C. de Apochis pub. lib. 10. ex gl. in l. Thais §. Libertatem ff. de Fideicom. libert. Casane. in consue. Burg. rubr. 6. §. 6. verbo denrendre nū. 19. Baeça dict. cap. 2. num. 170.

Qua-

227 Quare instrumentũ solum in quo tutor promisserit reddere rationem cum solutione reliquorum, non habet exequutionem paratam, sed via ordinaria id petendum est; offerendo enim rationem, administrator excludit viam exequutiuam, vt tenet & probat Baeça dict. cap. 2. num. 168. Quod est verissimum, cum huiusmodi instrumentum ante rationis redditionem, & verificationem reliquorum, sit illiquidum; & ideo exequutionem nõ meretur, vt de instrumẽtis illiquidis, & incertis communiter dicunt Doctores.

228 Insuper quilibet administrator negotiorum gestor, & procurator tenetur libros rationum cõficere, & quolibet anno rationem suæ administrationis reddere aliàs potest contra eũ iurari in litem, vt in l. 1. §. Officio ff. de Tutel. & ratio. distrah. plures refert Caualca. decisio 19. num. 25. tom. 1. Anto. Piag. de tut. & curat. quæst, vlt. num. 33.

229 Et quia abũdè dictum fuit, omnes Administratores teneri, & obligatos fore, libros rationum conficere, illosque tempore rationis exhibere, sequitur nunc ad vlteriora progrediẽtes, vt explicemus, quanta eis sit, fides adhibenda, pro cuius vera cognitione est animaduertendũ regulam esse tritam, & generalem in iure, qua cõstitutum est, librum rationum priuati non probare pro scribente; quod plurimorum Iuris Consultorum auctoritatibus, & Pontificijs, ac Imperatorijs constitutionibus comprobatur relatis; in l. instrumento & in l. Exẽplo C. de prob. l. 2. l. fin. C. de Cõueniend. fisci debito lib. 10. l. Nuda ratio, & ibi Bar. n. 7. ff. de Donatio. cap. 2. extra de fide instrumento. Doctores in l. Quædam §. Numularios in verbo decernitur ff. de Edend. latè & bene Escobar de Ratiocin. cap. 13. n. 2. cum seq. qui plures alios refert.

230 Quæ quidem regula extenditur, & locum habet, etiam in libris tutorũ, curatorum, exequutorum, negotiorum gestorum, & aliorum Administratorum, quibus, non creditur, nec statur pro se maxime in summis magnis dict. l. Quædam §. Numularios, & ibi glo, communiter approbata secũdum Bar. in l. Diuus ff. Si cui plusquam per legem falcid. Ias. in l. Admonendi numer. 110. ad fin. ff. de iur. iur. glos. in clementina vnica verbo rationum de vsur. Boer. decis. 105. nu. 2. Castell. in l. 27. Tauri in tract. de retione reddenda, vers. quo ad septimum plures refert Mascard. de probatio. conclu. 976. num. 6. Bouadil. lib. 5. cap. 4. n. 72. Escobar vbi supra.

231 Qua de causa quilibet administratur obligatus ad rationem reddendã, rationibus traditis, & computatione inhita tenetur probare, quæ in illis scripsit, se gessisse, vel impendisse, vera esse, sicut in rationario scripta sũt; si indubiũ reuocentur; l. qui sub conditione ff. de conditio, & demonstra. & sic quantum ad comprobationem contentorum in rationibus, habetur pro actore, ac ideo ad probandum adstringitur, verũ hæc probatio in hac materia non semper exigitur per testes; sed quandoque per syngrapha priuata, quandoque per rei, vel operis euidentiam, aut per aliàs cõiecturas arbitrio Iudicis approbandas, vt per Bald. in l. 1. C. de Fide instrum. vers. vltimo est considerandum Corne in l. fin. §. in computatione col. 1. C. de Iur. deliberand. & vt inquit Federic. de Senis consil. 119. iura nolunt angariare probationes, sed contentantur his, quæ conuenienter secundum materiam subiectam haberi possunt quã obseruationem sequuntur Caualca. decis. 28. in additio. nu. 2. & 3. Baeça de decim. tut. cap. 21. nu. 28. Ioan. Garcia de expens. & meliora cap. 20. nu. 23. vers. præterea 15.

Et quod expensæ probetur in ædificijs per rei euidentiam est tex. in l. lex quæ tutores, ibi. *Deformatum ædificium tutor testificatione operis ipsius, & multorum fide, id refiçere cogatur*, & ibi glos. in verbo testificatione C. de Administratione tutor. & in terminis tenet Barba. consil. 46. num. 24. vers. Interdum per operis euidentiam col. 4. Mascardus de probatio 1. tomo conclu. 710.

133 Probantur etiam expensæ quandoq; coniecturis, motu Iudicis approbandæ si sunt modicæ, secus si sint magnæ, not. idem Mascard. conclu. 720.

134 & 721. vbi, quod expensæ probantur per testes, & quod domestici admittuntur, nisi quando agitur, de æstimatione ædificiorum, quia tunc requiritur depositio Architectorum, vt in §. qui autem in auth de non alienand. Nec oportet, quod sint magistri, sed sufficit, quod sint in dicta æstimatione periti illius artis, similiter probantur per libros in quibus descriptæ sunt, si tamen tales expensæ sunt verisimiles, & ex iusta, & honesta causa factæ, & persona scribentis sit fide digna, ita decidendo sentit Beneintend. decis. 43. num. 15. & 16. & placuit Barba. dict. consil. 46. nu. 21. 24. & 25. Mascard. conclu. 723. num. 1.

135 Pariter etiam expensæ modicæ probãtur per iuramentum rationem reddendis, vt tenet specula. in tit. de instru. editione §. nunc vero versic. vigesimo quid si exequutor Ioan. Garcia de expẽsis & melior. cap. 20. sub num. 23. vers. Quid si expensæ sint modicæ Castell. in tract. de ratione reddenda in l. 27. Tauri versic. aut data, vel sumptus Paris. de Puteo in tract de syndicat. verbo Redditio capit. 2. num. 4. Auiles in capit. Prætor. 30. glo. Iuramiento Auendan. in cap. 10. Prætor. 2. par. num. 33. Bellug. rubr. 17. vers. videamus num. 14. & ibi addit. Camilli Borrelli sub littera Z & Bouadil. libr. 5.

136 cap. 4. num. 73. Quibus in locis tenent etiam prædicti Doctores quod libris ministratorum creditur in par-

137 uis summis, accedente iuramento, & tunc dicuntur paruæ summæ, seu minutæ de quibus commodè nõ possunt parari instrumenta, & probationes, ita Bald. in l. id quod pauperibus in fin. & in l. nulli col. 2. vers. Sed verius est C. de Episcop. & clericis & in l. Si quis pro redemptione in fin. C.

138 de Dona. Expensa autem quinque solidorum est modica, vt de ea non debeat fieri instrumentum, nec alia probatio parari, sed sufficit iuramentum secundum Bal. in dict. l. Id quod pauperibus in fin. Quandoque etiam longe maior quantitas possit dici modica, & iuramento comprobari, secundum multiplices, & varias cir-

139 cunstancias, vnde generaliter, quæ sint modicæ, vel magnæ expensæ boni Iudicis est arbitrari, ex rei actus, & personæ qualitate, vt voluerunt Angel. & Corneus in l. fin. §. in cõputatione col. 1. C. de Iur. de libera. Corset. in tract. de minimis in principio col. 2. vers. 16. Damauderius de tutore fol. 82. vbi dicit quod circa has expensas Iudex æstimare debet, qualitatem rei, nempe an fuerit magna, an exigua, pretiosa, an vilis, actusque qualitatem videbit, hoc est factũ expensarum, an fuerit verisimile, & fide dignum, & an probationes faciliter, an cum dificultate parari possent: personã autem obseruabit, scilicet an fuerit spectatæ, & probatæ fidei, nobilis aut ignobilis, quos refert & sequitur, Escobar de Ratiocinijs capit. 2. num. 4. vbi subdit sibi vti patrono in hac materia in praxi euenisse, quod cum quidam nobilis literatus, & bene morigeratus frater, pro se, & alijs suis fratribus in Curia Re-

gia

gia lites communes hæreditatis iactis prosecutus fuisset, quasdam particellas inuisibiles in calculo recipiendas sibi curabat, scilicet vnam catenam auri, quam dedit certæ mulieri ex cuius diligentia bonusque breuisque nagotij exitus pendebat, vas argenteum auro conflatum pretij triginta quinque scutorũ & his similia. Visa namque (inquit) in Senatu negotiorum qualitate, & expeditionis negotij dificultate, ac probitate, & nobilitate expendentis prædictas expensas in calculo recipiendas fore iu-

140 dicauit. Et nõ immerito, cum ea, quæ pendent ab expeditione, & voluntate Principis, censeantur impossibilia, glo. in l. Continuus .§. cum quis verbo relicta sunt ff. de Verborũ obliga. Barr. in l. Iulianus .§. Constat num. 2. ff. de Leg. 1. obidque magna indigent visibili, & inuisibili, negotiatione, prout latè experientia curialium negotiatorum demonstrat, pro qua sententia facit, quod Comicus inquit,

Facinus magnus, & memorabile non fit sine periculo.

141 Illud autem circa has minutas expensas, vt solo iuramento probari possint, est animaduertendum, quod in libro, seu scriptura rationum, debent specificari, scilicet, cui, quam ob causam, quãtum singulariter datum sit, vt volunt Ioan. Andr. ad Specul. de instru. edit. .§. Nunc vero aliqua versi. 21. Bart. in l. Qui sub conditione in fin. ff. de Condit. & demostr. esset enim periculosum, & falsitatis occasio, dicere simpliciter sine specificatione stati iuramento, ita cum Ioann. Andr. vbi supr. tenent Baeça dict. cap. 21. num. 28. Ioan. Garcia de expensis cap. 20. num. 23. Requiritur etiam, quod dictæ expensæ minutæ, & specificatæ sint rationabiles, & verisimiles, quia si nõ essent rationabiles, vt quia non debuerunt fieri, non debẽt approbari, vt ex plutibus, quos allegat probat Baeça dict. capit. 21. num. 28. versiculo dum tamen.

142 Prætetea in istis rationibus reddendis, non solum ratio in quantitate expensa exigenda ast, sed etiam in modo conseruandi pecuniam publicam, nam si Administrator Reipucæ, & seu illius Thesaurarius, aut receptor pecuniarum publicarum, reddendo rationem suæ administrationis omnes pecunias per eum receptas in libro administrationis nõ descripserit, vti in aperto dolo repertus puniri criminaliter posset, secundum Socin. consil. 159. num. 8. & seq. & num. 13. 15. & 18. Bero. cons. 191. nu. 18. libr. 1. Paris. consil. 89. num. 19. Versicu. debebat enim lib. 1. Thob. Non. consil. 63. num. 13. ad med. & num. 21. vers. tum etiam Ias. cons. 4. col. ante pen. in fin. vers. Item cum lib. 3. Quod maximè procederet, & punitioni locus esset, quãdo post redditas rationes, pecunias publicas penes se retineret, & in vsum propriũ conuerterte, tali enim casu huiusmodi Administrator non solum dolosus, sed vtique prædo reputari poterit. l. Pomponius .§. Ex facto, & ibi Angel, & Imol. ff. de Acq. poss. Socin. d. consil. 159. num. 20. & consil. 190. num. 2. in fin. versiculo 4. quia lib. 4. Decius cons. 192. in fine Paris. d. cons. 89. num. 33. & 36. lib. 1. Ias. dict. consil. 4. col. ante penult. versic. ex quo conuertit pecunias lib. 3. Plot. de in lit. iurand. .§. 15. num. 11. Roland.

143 consil. 49. num. 26. lib. 1. Administrator namque qui post redditam rationem librum administrationis, & reliqua non restituit, dolosus administrator dicitur l. Cum seruus & l. Lucius Titius ff. de Manum testam. Socin. dict. cons. 159. num. 11. & 14. & consil. 191. num. 16. 38. 42. & 47. lib. 1. Menoch. de arbitra. casu 209. nu. 16. 21. & 29. Roland. dict. cons. 49.

num.

num. 21. & 59. in fin. & Hypolit Riminal. dict. consf. 338. nu. 33. 37. & 45.

144 Adeoque administrator non describens in libris data, & accepta, æqualiter, non solum dicitur in dolo vt dictum est, sed etiam dicitur in dolo vero, ac manifesto quãuis in omittendo consistat, ita Socin. dict. cons. 155. num. 7. in fine vers. Tertio confirmatur, & consil. 190. num. 2. versi ex qua non descriptione lib. 2. Plot. de in lit. iuran. §. 5. num. 12. Et propterea contra eum ex hac sola nõ descriptioni dari, iuramentum in litem in specie affirmarunt, idem Plot. dict. §. 5. num. 12. & 14. & §. 50. num. 51. Roland. dict. cons. 49. nu. 54. & seq. & num. 68. in fin. lib. 1. Et ex eadem non descriptione, administratorem, non solum dici prædonem tradidit idem Socin. consil. 46. num. 9. quam sequitur Borgonim. decif. 37. num. 10. sed etiam falsitatem committere, & de falso teneri scripserunt Bart. in l. 1. §. Tutores ff. de falsis. Gandin. in tit. de falsar. num. 2. in fine Bald. in l. vbi exitus in 1. §. Dolo ff. de Edendo Iaf. dict. cons. 4. col. ante penult. in fin. vers. ex quo vbi amplius, quod isto casu libris administratoris in parte defectiuis, & falsis in totũ non creditur, Socin. dict. consil. 190. num. 2. vers. Quod fortius Rol. dict. cons.

145 49. num. 25. & 29. lib. 1. Et est ratio, quia falsitas committitur, non solum in dicendo, seu scribendo falsum, sed etiam omittendo dicere. vel scribere, verum, quod scribi, & exprimi debebat, cap. 1. de crimine fals. Hostiens. in summa tit. qualiter committatur Bar. in l. Si quis obrepserit sub numer. 3. vers. Quero cum pars ff. de Fals. Bart. & Bal. in l. presbiteri C. de Episcop. clericis Marsil. in rub. ff. Ad l. Cornel. de fals. num. 8. & 9.

146 Dico insuper, & etiam in specie, quod administrator retinens pœnes se pecunias sui domini, & eas in proprium vsum conuertens non in præsumpto, sed in vero, ac manifesto dolo esse dicitur, Paris. consf. 89. nu. 23. lib. 1. Honde. conf. 82. num. 23. lib. 2. Et propterea ex hoc dolo deferendum esse iuramentũ in litem in specie scripserunt, Socin. dict. consil. 45. num. 10. lib. 1. Plot. de in litem iuran. dict. §. 5. num. 11. & §. 50. nu. 3. Borgo. decif. 37. num. 16. & cum isto casu administratores reputentur prædones vt supra probauimus, consequitur etiam vt de furto teneatur, & criminaliter puniatur, prout in ijs terminis tradiderunt Aym. Crauet. consil. 286. num. 1. versicul. Secundo respondeo, Paris. consil. 89. num. 20. & seq. lib. 1. Decius consf. 11. nu. 100. lib. 1. Borgon. de tutor. & curat. num. 216. Surd. decif. 304. num. 14.

147 Et quamuis proxime dictis obstare videatur, quod scilicet administrationis velamen temperat furtum ex glo. in l. Tres tutores in verbo contractare ff. de administratio. tuto. Ac ideo videatur cessare ex eo furti actionem, maximè quãdo res habuit originem à contractu. ex Alberic. in l. Inficiando num. 5. ff. de Furt. & Bar. in l. Posthumo vbi dicit, quod tutor intercipiendo pecunias pupillares, & in vsum proprium conuertens dicitur in dolo præsumpto, & non in vero & propterea non actione furti, sed actione de rationibus distrahendis conuenitur.

148 Prædicta tamen intelligẽda sunt, vt procedant quando scilicet Administrator pecuniam intercepit tempore administrationis, nec constat, quod illas interceperit, & in vsum proprium conuerterit, animo restituendi: Sed si constat, quod animo non restituẽdi interceperit, & propterea eas in redditione rationis negauerit, tunc fine dubio, & in dolo vero esse dicitur, & actione furti tenetur provt est tex. in l. 1. §. in tutela & in

& in l. actione, & ibi glos. in verbo quod si furandi ff. de Tutel. & ratio. distrah. & in l. Tutor ff. de Furtis declarat Bart. in d. l. Posthumo, num. 3. vers. in secundo casu & Alber. in d. l. Inficiando nu. 4. in fine. Velamen enim administrationis temperat furtum, quia ex administratione tolli videtur, qualitas contractationis, sine qua furtum non committitur, provt bene explicat rex. in dict. l. Tres tutores. Verum dato animo non restituendi etiam sine contractatione cõmittitur furtum. Nec administrationis, aut cõtractus velamen, furti actionem tollit provt bene declarat Albertir. in dict. l. Inficiendo, inferens ex hoc furti teneri eum, qui rem penes ipsum depositam negat, quamuis cessat contractatio, & quamuis etiam res habuerit originem à contractu, quod etiam idem voluit Crauet. cons. 287. num. 2. Boss. in tit. de furt. num. 45. & seq. & probatur in l. Hæreditatem § fin ff. ad l. Falcidiam, & in l. 1. § Sola &, in dict. l. Inficiendo ff. de Furtis.

149 Similiter, vt huius materiæ integram, atque perfectam habeas cognitionem te scire oportet, quod proximè resolutioni minimè obstare poterit, illa alia iuris conclusio, qua disponitur, quod furtum non committit is, qui in vsum proprium conuertit pecuniam sibi traditam nõ in specie, sed in quantitate ad Bar. in l. eius qui § Quias vero, & ibi Ias. num. 6. & 7. ff. Si cert pet. Alber. in dict. l. Inficiendo numer. 3. & 4. ff. de Furtis Castrens. consil. 141. num. 4. lib. 1. Aymo. Crauet. consil. 244. num. 8. versiculo quinimo Bertazol. consil. 214. num. 18. & seq. lib. 1. quia respondetur cum distinctione, quod aut cõsignatur pecunia omnino alicui [illegible] ad libitum [illegible], & sic in deposi-tum simplex: & tunc quia per talem pecuniam transfertur dominium in recipientem ex volũtate domini, hoc ideo non committitur furtum, quod in re propria non cadit, sicut Doctores præ allegati.

150 Si vero cõsignatur pecunia alicui, vt in aliquẽ vsum ad domini vtilitatem conuertatur, & recipiens non in illum vsum, sed in proprium cõuertit, & tunc quidquid dicat Ias. & Aymo. in loris præcitatis, verior, & servata opinio est, vt sic in proprium vsum conuertens teneatur furti, & illius pœna provt sunt iura aperta, quæ cauillari non possunt, in l. Si is cui, & ibi præcipuè Bal. in summario C. de Furtis, & in l. Si mãdeuero la. 2. § Si tibi centum ff. mand. Folle. in pract. criminal. in fragment. nu. 127. Pract. Conrad. tit. de furti. num. 7. in fine in 30. ampliatione Clarus in pract. § Furtum versic. posset etiam Bertazol. consil. 412. num. 2. Surd. decis. 204. num. 14.

151 Qua de causa indubitata erit in hac materia iuris resolutio, quod vbicunque alicui vel administratori consignatæ fuerint pecuniæ ad effectum illas conuertendi in vtilitatem Reipublicæ domini superioris ve, aut negotiorum, quæ gesserit, cõuertendo pecunias in proprium vsum teneretur de furto, ex præallegatis. Et eo magis si talis administrator in redditione computorum, nec in libris illas descripserit, nec ore tenus aliquid dixerit, sed tacendo, ac non demostrando, quid de dictis pecunijs fecerit, quietationem, & difinitionem computorũ extorserit: tali enim casu nulli dubiũ est talem administratorem teneri in crimine falsi, & furti, ac etiam prædonem reputari vt post alios probat Farina. consil. 96. num. 42. 43. & 51. vbi subdit fuisse quendam Vicentiũ Bragadinum cõdemnatum ad restitutionem pecuniarum per ipsum habita-

tum

rium in libris, nō descriptarum, & in vsum proprium conuersarum. Nec non etiam simul propter dolum in pœnam pecuniariam, non obstantibus diffinitionibus, & quietationib⁹ habitis. Rursus pro regula generali est cōstituendū, huiusmodi publicos,
152 vel Regios administratores, corporalibus pœnis, ob dolos, & fraudes in administratione commissos puniri posse, & loquendo in Regio Thesaurario, vel tributorū exactore, est tex. expressus in Auth. de mandat. Principum §. coges. vbi Thesaurarius, vel exactor, qui aliqua bona, vel pecunias à se collectas, vel receptas occultauit, dolosève retinuit, non reddendo rationem illarum, pœna amputationis manus punitur, & ita tenet Acursius ibi verbo manus amputationem quem sequitur Socin. consil. 56. versiculo 5. & vltimo, repetito in consil. 213. lib. 1. Osascus decis. 76. nu. 9. in fine, & loquendo in decurionibus Reipublicæ plumbatorum ictibus fustigandos fore voluit Iustinianus in l. Quilibet 40. C. de Decurio. lib. 10. Thesaurario autem, vel Iudici Regio, qui aliquid ex Regio patrimonio sibi dolosè ocultauit, & appropriauit, nec in rationibus intulit, pœna mortis imponitur, vt in §. Itē lex Iulia peculatus. Inst. de pub. iudic. Et loquendo in administrationibus Regijs fautoribusque, vel consilim præstantibus, receptatoribusq. eorū, eandem mortis pœnam inflingendam fore testatur Bouadil. lib. 5. cap. 4. n. 86. vbi dicit, quod non solum isti vsurpatores bonorum publicorum regaliumue, pœna arbitraria corporali castigari possunt, verum, & pœna mortis puniri debent.

153 Quinimo & vltra pœnas supradictas ad restitutionem eius, quod vsurpauerunt, cum maiori interesse sunt condemnandi, etiam quod non sint in mora restituendi ex glos. in l. Cūquidā. §. Eos qui vers. notum est. ff. de vsur. vbi Bar. & Auenda. in cap. 10. prætor. 2. p. nu. 34. sequitur Bouadil. d. lib. 5. cap. 4. n. 86.

154 Insuperq. si officialis horrei, vel positi publici aliquid tritici, vel pecuniæ vsurpauerit, vel in ipsius proprios vsus conuerterit, aliquidue ex hoc lucrauerit deportationis pœnæ subijcitur, & in totius substantiæ suæ amissionem condemnatur, vt in l. 3. C. de Condit. in publi. horreis ac rursus tale locorum huiusmodi posito applicabitur, ex Platea in l. 1. C. de Aur. pub. perseq. idq. tenet Auenda. de exeq. mand. cap. 24. nu. 3. Bouadilla dict. n. 86. Non enim huiusmodi publicis administratoribus bonorū publicorum administratio cōmittitur, vt ipsi diuites efficiātur, sed magis, vt in sua industria Republicæ, vel Regium patrimonium conseruetur, & augatur, quinimo hæc pœna pro prima vice imponenda esset. Si vero semel, atq. iterum administrator publicus in huiusmodi crimen incidisset corporaliter puniendus esset voluit Bouadil. in loco proxime citato.

155 Alias quam plurimas pœnas huiusmodi dolosi administratores de iure sustinent, de quibus agitur, in l. 2. C. de Exacto. tribut. lib. 10. l. Placet C. de Excusatio. muner. eod. lib. l. de hinc. C. de Super exactor. tribut. eod. lib. l. Iudices 12. C. de dignitat. eod. lib. l. 1. & 2. C. de His qui ex pub. ratio. eod. lib. & per DD. Put. de syndicat. verbo Iudices qui cap. 3. fol. 106. Cœpol. consil. crimi. 39. num. 61. & & 62. Bonifac. in peregrinat. verbo furtum versicul. Officialis col. 4. fol. 219. Auenda. de exeq. mand. cap. 10. 2. part. n. 34. Mexia de Pane conclu. 1. num. 67. & 68. Petr. Grego. de syntag. iur. 2. par. lib. 18. cap. 14. n. 10. late Tiber. Decia. 2. tom. crim. lib. 8. c. 28. & seq. vsq. ad 41. Quibus in locis pro hac materia recurrere poteris.

Admini-

156 Administratores vero, & Officiales pecuniarij negligẽtes exigere suo congruo tempore reditus,tam Regij Patrimonij, quam Reipublicæ, septem pœnas eis esse de iure impositas, & constitutas prout latissime refert
157 egregius, ac per quam eruditissimus omnibusque numeris absolutus D. Michael Salba & de Vallieca Regens Regiam Cancellatiam in supremo Aragonum consilio, dominus meus summe colendus non satis pro dignitate laudandus In suis doctissimis decisionibus manu scriptis decis. 828. per totam.

158 Graue enim semper antiquioribus visum fuit huiusmodi peculatus delictum adeò, quod inter publica delicta sedem habet,l. 1. ff. de Pub. iud.§. Item lex Iulia peculatus inst. eod.tit. illudque in tantum ab antiquis detestabatur, quia vt legitur apud Celiũ Rodiginum libr. 12. lectorum antiquarum cap. 18. Atenienses pro illius coertatione,& punitione peculiares Iudices deputatos habebant cognominatos, Zetas Romani quoq; vt refert Tullius pro Cluētio & Liuius lib.26. & 27.pariter specialem prætorem ad id deputatum habebant, qui de huiusmodi crimine iudicaret, licet quãdoque Senatus,& aliquando populus ipse iudicabat.

159 Denique scire etiam oportet,quod rationes dispunctæ absente administratore,& examinatæ cum libro administrationis illius potest per Iudicem pro reliquatu proferri sententia aduersus illum etsi absentem, & non citatum, quamuis citatio partis,omni iure,scilicet diuino,naturali,& positiuo requiratur,in quocunque iudicio,etiam quantũcunq; summario,& executiuo vt in l. de Vnoquoq; ff. de Re iudic. cap. cum olim de testib. cum similib. quam sententiam, & opinionem probat Bar. ex glo. in l. 2.§. 4. ff. de Administr. rer. ad ciuit. pertin. & illam sequuntur plures Doctores quos refer Ias. in l. Nec quicquam ff. de Officio pro consul. & legat. nu. 45.& glo. in l.2.C. de contr. iud. tutel & quod not. Abb. in cap. cum non ab homine col. pe. de Iudicijs & Platea in l. fin. C. de Priuil. scholar. lib. 12. & not. Ias. in l. Si quis arbitratu num. 22. ff. de verbo.obligatio.& facit tex. expressus in l. 2. §. Quod de frumentaria ff. de Administratione rerum ad ciuit. pertinen. vbi sententia lata aduersus administratorem publicæ annonæ frumentariæ circa reliqua ex rationibus sui libri liquidata, potest executioni mandari inquit enim ibi *Quod de frumentaria ratione in alium vsum cõuersum est, sua causa cum incremento debito restituatur, idque etsi contra absentem pronunciatum est, inanis querela est,* & hanc conclusionem probant Bart. ibi & in l. instar. num. 8. C. de Iure fisci lib. 10. loquẽdo in reuisore quarumcũque rationum indefinitè Paul. Castrens. in l. Nec quicquam §. Vbi decretum ff. de Offi. pro consul. Ias. in dict. l. Si quis arbitratu num. 22. ff. de Verbo.oblig. Auenda. de exeq. mandat. 1. par. cap. 6. num. 3. & cap. 10. Prætor. 2. par. num. 36. Bellug. in specul. Princip. rub. 37. §. Inhumanum num. 2. Afflict. decis. 178. Conrad. 1. par. nu. 3. in ecurial breuia. lib. 1. cap. 9. §. 2. pag. 23. limit. 70. alios refert Redin. de magest. Princip. verbo sed etiam per legitimos num. 108. fol. 84. Bouadil. lib. 5. cap.
160 4. num. 83. vbi subdit, quod ex eo reliqua resultantia ex ratione libri depositarij publicæ annonæ executari possunt, etiam vbi ipse non interfuit rationibus; quia cum ex eius libro rationis constare debeat de introitibus, & exitibus, rationis cõmutis, & nullam aliam defensionem habere

bere possit, propterea inquit, quod ratio dispungi, & reliqua executioni mandari possunt parte non citata. sequitur Escobar de Ratiocinijs cap. 31. num. 22. vers. in contrarium, & nu. 23. vbi etiam dicit, quod cum ex libro Administrationis, qui habetur tanquam probatio probata notoriè constet, quod triticum, vel pecunia ex tritico frumentariæ annonæ redacta, in alios vsus conuersum fuit, cum hoc de facto factum fuerit, de facto etiam restitutio fieri debet, adducens quod sicut in notorijs, & manifestis spolijs de facto, & absque strepitu, & figura iudicij proceditur ex tex. in cap. venerabilem, & in cap. bonæ de electio, ita in facto notorio in quo nulla potest defensio competere, absque citatione, ad sententiam & eius executionem proceditur pro his facit, quod tradit Peregrin. de Iure

161 fisci, lib. 6. tit. 7. num. 6 vbi subdit, quod Administrator ærarij publici visio libro rationum per reuisores deputatos super computis, & rationibus, vbi repertus fuerit debitor absque alia citatione condemnatur, &

162 exigitur.

Nec de his mirari quis debet, etenim quam plures sunt casus in iure in quibus citatio non requiritur, septuaginta autem refert. Hipolit. in repetione l. de vnoquoque à num. 40. vers. Et primo, vsq. ad n. 113. ff. de Re iud. idem in singul. 175. alios casus referunt Marian. Socin. in rub. de Dilatio. artic. 7. in princ. Paz. in pract. 1. tom. 1. par. tempore 3. nu. 13. Redin. vbi supra n. 90. cum sequen. fol. 100.

163 Rursus non solum rationes exigi, & examinari possunt absente administratore (vt dictum est) verum etiã sententia lata contra illum, super eo, quod remanserit debitor, exequi poterit non obstante appellatione, ex tex. in Auth. de sanctissimis Episcop. §. Economus in verbo repetitionem, in verbo Non enim, & ibi Angel. & Castellus in l. 27. Tauri in fi. in tract. de ratione reddenda Auil. in c. prætor. 10. verbo Execution. num. 37. & cap. 30. glos. 1. n. 3. Auendan. d. cap. 10. prætor. 2. par. num. 37. Azeued. in l. 22. tit. 6. lib. 3. recop. glos. 1. num. 3. Giron. de Gabel. 2. par. §. 1. nu. 19. fol. 35. alios refert Bouadil. lib. 5. cap. 4. n. 84. & Peregrin. de Iure fisci, lib. 6. tit.

164 7. num. 24. Quod debitores fiscales manifeste conuicti non appellant per tex. quem allegat in l. Quoniam C. de Appell. & l. Abstinẽdũ C. Quorũ appella. non recipi. & vbi appellauerint appellatio interposita non suspendit executionem iudicati in materia publicæ pecuniæ, referens ita sæpissimè practicari, quinimo, & ibidem sub

165 num. 37. dicit idem Peregr. quod huiusmodi debitores fiscales nõ possunt cedere bonis, vt cedendo liberare se valeant, à debito, & a carceribus ex eo quia condemnatus in malefícijs, si non habet in ære luat in corpore per iura, & DD. quos ibi allegat.

Restat nunc vt videamus an Administrator tam publicus, quam priuatus, qui post redditam rationem obtinuit liberationem, seu quietationem possit denuo compelli ad dictã rationem reddendum. Hanc quæstionem diuersis in locis proponũt innumeri DD. de hac materia agentes, qui omnes vnanimiter concludunt.

166 Quod ratio semel data per Administratorem, obtentaq. per eundem in eius fauorem liberatione, seu quietatione, non tenetur, nec cogi potest, iterum rationẽ reddere per tex. in l. Semel. C. de Apoch. pub. lib. 10. & ibi Bart. & eius additio. Ioan. Monach. Archiach. Ioan. Andre. & cæteri in c. vnico de clericis egrota. lib. 6. Socin. consil. 92. n. 1. vol. 4. Paris. consil. 89. nu. 1. vol. 2. Castell. in l. 27. Tauri in tract. de ratione reddend. vers. Fallit primo nu. 19. fol. 124. Roland. consil.

49. numer. 39. vollu. 1. Decis. Genuæ 24. numer. 1. & 98. numer. 1. fol. mihi 171. Auend. de exeq. mand. 1. part. capit. 9. numer. 2. & capit. 10. numer. 39. par. 2. vbi hanc sententiam amplectitur maximè quãdo rationes redditæ fuerunt primo per modũ syndicationis. Et quidem hoc iustissima ratione fuit constitutum, vt euitaretur processus in infinitum, ne vexationes immortales efficerentur, illud enim antiquum Iudicum solebat esse axioma, vt si petitio fieret in iudicio, vt rationes redderentur, alicuius administrationis, ipsi quasi irridendo actorem responderent, detur copia nepotibus. *O ingens labirintum, ò monstrum septem capitum, vbi vnum si conteras, septem alia renascuntur.* Quam rationem decidendi tradit Iass. ad dict. l. Semel in l. Vnica C. de Errore calculi, vbi docet optimam cauthelam, vt reus condemnatus ad reddendum rationes liberetur, à molestijs, quam sequuntur Angel. in l. 1. §. Tributio ff. de Tributoria & Auiles in capit. 30. Prætor, glo. y acaban de tomar.

167 Hanc generalem conclusionem plerique ex dictis Doctoribus limitant non procedere nec locum habere quando in ratione reddita allegatur error calculi iuxta notat in l. Calculus ff. de Administr. rerum ad ciuit pert. l. Vnica C. de Errore calculi ibi. *Errorem calculi siue ex vno contractu, siue ex pluribus emerserit veritati non afferre præiudicium sæpè constitutum est, vnde rationes sæpe enumeratas denuo tra-*
168 *ctari posse*, & inferius ibi. *Sed & si per errorem calculi velut debitam quantitatē, cum esset indebita, promisisti condictio liberationis tibi*
169 *competit.* Consistitque error quandoque in mathematicis vt puta quãdo calculatores dixerunt in computatione duo, & tres esse octo, & aliquando vbi in ipsa computatione esset erratum in iure, eo quod oneratus fuisset administrator de parcellis, quibus iure onerari non debuit, vel vice versa non fuit oneratus de parcellis iure ab ipso debitis. Tali enim casu, etsi ex iuris dispositione ratio retractari non deberet permodum actionis, saltim per officium Iudicis iste error retractandus foret, ex Bart. & Plat. in l. Instar C. de Iure fisci libr. 10. Paris. consil. 89. numer. 27. Mascard. conclu. 253. numer. 1. & 13. Bald. consil. 386. libr. 1. Aym. consil. 188. numer. 10. Plot. de in litem iur. numer. 527. Guttier. de iuram. confirma. par. 3. capit. 7. numer. 1. Surd. decis. 239. numer. 1. & 2.

170 Scire etiam oportet, quod illud, quod sæpe dici solet, quod error sententia confirmatus, propter auctoritatem rei iudicatæ retractari non debet, ex tex. in l. 1. C. Communia vtriusque iud. & in l. 1. C. de Cond. indeb. procedit quando error fuit paruulus, & in iure consistit ex tex. in l. Quamuis & ibi notant scribentes communiter Bald. in l. 1. C. Si aduersus solut. Bouadil. libr. 5. capit. 4. numer. 76. Et ratio potissima quare paruulus error in rationibus factus, & per Iudicem approbatus in via executiua reuocari non debet, ea est, quia in via executiua non agitur iure actionis, sed officio Iudicis quis adsoluendum cõpellitur, vnde eũ de minimis non curet Prætor vt in l. Scio ff. de In integ.

in l. Tutor qui reperto rium ff. de administr. tuto in fine, Afflict. de-
177 cis. 360. Vbicunque enim de administratoris dolo tractatur, tunc nulli dubium est, quin rationes semel, seu pluries calculatæ possint iterum atque iterum calculari, non obstante quitatione & liberatione per ipsum administratorem obtenta, quæ hoc in casu nullatenus computorum reuisionem impedit, secundum Socin. consil. 92. numer. 19. libr. 4. Bero. consil. 119. numer. 15. & seq. & numer. 27. libr. 1. Menoch. de arbitra. casu 209. numer. 39. Hypo. Riminal. consil. 338. numer. 55. & seq. libr. 3. Decis. Pedemont. 58. numer. 10. & seq. vsque numer. 17. iunct. numer. 35. & seq. Paris. consil. 89. num. 16. & seq. libr. 1. Thob. Non. consil. 63. numer. 2. Roland. dict. consil. 49. numer. 25. & seq. iunct. numer. 39. & seq. libr. 1. quæ sentētia in tantum vera est, vt etiam si tutor haberet quitationem à minore præstitam, præcedente auctoritate curatoris, & iudicis decreto, adhuc aduersus illam venire potest, vt tenet Baeça de decim. tut. capit. 2. numer. 163. quem refert, & sequitur, Escobar de Ratiocinijs capit. 41. num. 4.

178 Et adeo prædicta procedunt, quod etsi liberatio firmata fuerit, per publicum instrumentum, cum iuramento ex certa scientia pluries, & verbis, & facto retificata cum amplissima forma, cum prægnantibus verbis, cum pacto transactione, laudo, seu etiam promissione de non contraueniendo, cum decreto Iudicis, & cum assertione, quod computa fuerunt bene visa, diligenter examinata adequata, ac sub quibusuis alijs similibus clausulis, & adhuc venire potest contra dictam liberationem scripserunt Socin. consil. 159. & 190. libr. 2. Paris. dict. consil. 89. libr. 1. Thom. Non. dict. consil. 63. numer. 8. & seq. Hypolit. Riminal. consil. 338. libr. 3. præsertim numer. 10. in fine, & numer. 55. loquitur quando in liberatione, seu quietatione assereretur, quod partes sunt pares, & numer. 15. vbi idem quando fuit renunciatum errori calculi & numer. 16. & seq. iunct. numer. 66. vbi etiam quod reuisio peteretur post
179 conclusas rationes, licet enim liberatio facta administratori maxima vim habeat ad ipsum liberandum ab vlteriori, & iterata redditione, vt per Barr. in l. 2. in fine C. de Iur. fisci libr. 11. Decius consil. 94. numer. 4. & in l. 1. numer. 3. C. de Errore calculi. Hoc tamen intelligitur, nisi tractetur de dolo administratoris, quia tunc talis liberatio, nihil ei suffragatur ex præallegatis.

180 Et hinc dicitur, quod doli allegatio aduersus liberationem, & quitationem admittitur, etiam quod post eam subsequatur transactio pactum laudum, aut quælibet alia ratificatio, verbis, aut facto, sic in terminis locutus fuit Paris. consil. 89. numer. 7. cum alijs per eundem allegatis Roma. consil. 54. in fine Cephal. in consil. 142. numer. 15. & iure quidem nam in qualibet dispositione semper dolus censetur exclusus l. Creditor. §. Lucius ff. Mandat l. Si pater, ff. Quæ infraudem credit Paris. consil. 107. numer. 35. libr. 3. Menoch. de arbitra. quæstio. 13. numer. 18. & seq. & in terminis, quitationis, & liberationis voluit præcipue Thesaur. decisio. Pedemont. 14. numer. 7. & similiter in eisdem terminis Escobar de Ratiocinijs capit. 40. per tot. & signanter num. 14. & 15.

181 Hinc etiam dixit Auendan. 2. par. cap. 10.

cap.10.prætor.num.40. quod si contra liberationem, quæ vulgo dicitur *Fin, y Quito*, dicitur, quod fuit data nō viso libro rationū qui ex cōsequētia actus administratorij venit ostendendus, & sic cum non dicatur legitimè reddita ratio, non valebit liberatio, imò administrator dicitur fuisse in dolo, & dolosa redditio rationis, & eius liberatio, nullo modo valet, etiamsi talis liberatio habeat plures renunciationes, & pœnæ adiectiones de non contraueniendo, quia sunt ipso iure nullæ, & tanquam accessoriæ regulantur, à principali, quod nullo modo valet, & pluribus allegatis, ibi latè probat, & tenet plures etiam ad hanc sententiam cōprobandam allegat Escobar de Ratiocinijs dict.cap.
182 40. numer. 16. Et Auend. loco præallegato numer. 41. dicit idem esse si ostendatur liber, & rationes præcessissent intricatæ, quæ non facilè possent intelligi, nam intricata ratio nō est ratio nec data videtur l. Cum seruus ff. de Cond. & demonstratio. l. Argentarius. §. Edi ff. de Edend. imò ex ipsa intricatione rationum fraus, & dolus præsumitur l. Summa. 22. ff. de Pecul. & ibi Bar. tenet Bouadil, alios referens libr. 5. capti. 4.
183 numer. 71. ad med. sub litera B. licet prædicta sententia locum non habeat circa minutas expensas, quia etsi intricatè essent scriptæ, iuramento tamen administratoris standum esset, vt in l. fin. § In computatione, & ibi notant communiter scribentes C. de Iur. delibe. & in l. Si quid pro redemptione ff. de Donatio. & in l. Diuus, ff. Si cui plusquam per l. Falcid. & ita explicat Bouadil. vbi supra num. 73.
184 Debent igitur administratores, omnia singulariter explicitè, & particulatim in libro rationum describere, vt post Bar. in l. 2. C. de Nauicularis voluit Bald. consil. 150. Decisio Genuæ 164. numer. 22. & decis. 137. Mascard. de proba. conclu. 976. num. 7. Barça de decim. tut. cap. 3. num. 282. Ex simili namque descriptione administrator suam diligentiam, & bonam fidem demonstrat l. 1. §. Officio ff. de Tutel. & ratio distrah. lib. *Sic enim actus sui fides, & diligentia demonstratur*, & consequenter si id non facit dolosus, remissio, & negligentia, manifestè arguitur, vt tenet Aymon de Antiq. limit. 4. num. 44. & consil. 225. num. 4. Dumauderius in tract. de tutore cap. vnico de tutorum, & curatorum iustificatione numer. 10.
185 oportet ideò rationes causam continere, quæ incerta, nec obscura, sit comparantur enim liti, & causam non adijcere, vel talem adijcere, quæ intelligi rectè nequeat, ita locutus fuit Alex. consil. 172. numer. 6. vol. 2. quem & alios ad hoc refert, & sequitur Beneuenut. in tract. de mercatur. 2. par. in princip. numer. 60. propterea que dicitur, quod nisi causa liberationis vera appareat, non dicitur ratio reddita, sed quædam confusio vt in l. Cum plures §. In primis ff. de Administr. tut. & Bald. not. in dict. l. 2. C. de Nauicularis lib. 11.
186 Potest etiam retractari liberatio ab administratore obtenta, si ex ea resultat enormissima læsio, ex qua necessariò resultat dolus, vt in l. Si de meis §. Recepisse, & in l. Etsi seruum §. Si quis Iudex ff. de Arbitris vbi enim enormitas in proposito, ibi resultat dolus vt probat Bald. consil. 380. præmitto, maximè si per insidias, & persuasione fuerit data liberatio vt probat Cor. cons. 236. col. fin. & cons. 258. lib. 4. cum autē præsumatur talis dolus ex enormissima læsio-

læsione, ideo non valet liberatio, etiam si ei renunciatum esset, ex notatis per Anto. de Butr. consil. 24. quæstio hæc, & not. Doctores in §. arbitrio inst. lib. 3. & quando dolus. & persuasio dolosa cum læsione concurrunt in liberatione facta, eo ipso est liberatio, & difinitio nullo ipso iure, & semper potest peti, vt ratio de nouo redatur, arg. notatorum per Oldra. consil. 37. ad primam quod est mirabile.

187 Demum ne aliquid intactum in hac materia ommittamus, est sciendum, quod publicæ rationes singulis annis sunt exigendæ vt in auth. de collatio §. Sed neque versicu. singulis annis, & clementina, quia contingit §. Illud etiam de religios, & sumpti. funer. Castel. in l. 27. Tauri in tract. de ratione redend. fol. 123. numer. 18. versic. quo ad quintum col. 7. & Bouadil. lib. 5. cap. 4.

188 numer. 4. Et in ista ratione rationis receptorum, & datorum, a publico administratore debent omnes vocari, & debet fieri in aperto & non in secreto, & ideo in pluribus locis, ratione, syndicorum & aliorum administratorum publicorum redduntur in publico, & generali consilio, vt tenet Ioan. de Platea in l. Securitates C. de Suscepto. & Archid. lib. 10. quem refert, & sequitur Auendan. 2. par. capit. 10. Prætor. numer. 30. in fin. l. fin. in fin. C. de Debito. ciuit. libr. 11. l. fin. in fin. ff. de Administr. rerum ad ciuit. pertinen. Guid Pap. decis. 361. numer. 9. Bouadil. libr. 5. capit. 4. numer. 5. vbi dicit, quod rationes publicorum, in domo publica consilij ciuitatis dispungi & reddi debent, & non priuatim in domo alicuis Officialis publici, sed palam in domo consilij apertis ianuis, & coram omnibus, quinimo, & quod quilibet ex vicinis, seu popularibus, qui talibus rationibus assidere velit, non est reijciendus, cum possit animaduertere de aliquo errore, dolo, vel fraude ab Officialibus commisso & rationem ex eo redit, quia si dispunguntur publicæ rationes, publicæ, & ab omnibus po-

189 pularibus debent examinari. Quilibet enim de populo, etiam sine mandato, potest in iudicio petere rationes publicas reddi tenet Bart. in l. Vbi pactum num. 11. C. de Transactio. Innocen. Hostien. & Felin. in capit. dilecti de maioritat, & obedient. Curia Pisana. libr. 2. cap. 18. libr. 15. vbi nonnullos alios pro hac sententia refert.

190 Rationes vero tutorum, & curatorum, aliorumque singulatium administratorum in loco vbi administratio facta, est reddi debent per tex. in l. 1. & 2. C. Vbi de ratiocin. agi oportet l. Prætor. §. Is etiam ff. de Edend. l. Hæres absens §. 1. ff. de Iud. Socin. consil. 31. in fin. & Maria. Socin. cons. 149. col. 1. Roland. à Vall. consil. 149. numer. 67. vol. 1. Baeça de decim. tut. cap. 2. num. 186.

191 Et an hoc procedat in tutore qui finita tutela alibi domicilium mutauerit; vel iam reddita ratione, aut post quam obtulit se paratum reddere discedat à loco num in his casibus cogi potest ad eundem locum venire pro reddenda secundo loco ratione, & cuius expensis vide Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 47. n. 9. & Ioan. Gutier. par. 3. cap. 1. num. 125. in fine & 126.

192 Aduerte etiã in hac materia, quod tanquam singulare refert Paul. Castrens. in l. Vix certis ff. de Iudi. quem sequitur Auiles cap. 30. Prætor glo. y acaben, num. 4. fol. mihi 233. quod illi qui gesserunt, aliena negocia possunt petere calculationem, & reuisionem rationis vt absoluantur ab administratione, ne semper stent in suspenso, & post mortem, hæredes

molestentur, dicens esse sanum con-
silium, nè bona admioistratoris sint
semper pignorata, & obligata pro
administratione vt in l. Ciuitas & ibi
Doctores ff. Si cert. petat cap. illud
13. quæst. 2. l. Si mater C. Ex quibus
causis pig. tacit contrahat. & l. Vltim.
193 ff. Eod. Et quod Respublica habeat
hypothecam in bonis sui administra-
toris vide tex. & ibi Plat. in l. fin. C.
de Debit. ciuit. libr. 11. Negusau de
pigno. membro. 4. nu. 9. Giron de
Gabellis 4, pat. §. 1. num. 5. Bouadil.
lib. 3. cap. 8. num. 91. & lib. 5. cap.
4. num. 80. sub litera D. alios refert
Escobar de Ratiocinijs cap. 39. nu. 6.
13. & 14. vbi declarat an bona admi-
nistratoris Ecclesiæ, vel alicuius Hos-
pitalis sint tacite hypothecata pro
mala administratione, & ex multis,
quos allegat, partem affirmatiuam te-
net, vt ibi per eum latius est videre.
194 Et quia in rationibus reddēdis, fit
nominnatio calculatorum à partibus
respectiuè nominandorum, & terrij
in casu discordiæ cuius nominatio
ad Iudicem pertinet, in ipsisque ra-
tionibus insurgunt dubia, & alia ad
id emergentia de quibus omnibus
eruditè, ac latissimè suo more tractat
Escobar de Ratiocinijs cap. 32. per
tot. ideo ne aliena transcribere vi-
dear sola ipsius allegatione contētus,
lectorem ad illum remitto. Et simili-
ter an dolosus administrator, qui ra-
tiones non reddit, vel dolosè, & intri-
catè, ita vt veritas dilucidè apparere
non valeat, possit pro eruenda ab
eius ore veritate torqueri, vide eun-
dem Escobar in dicto tractatu qui
integrum titulum 20. composuit.

Tandem, vt finem huic capiti
imponamus, te animaduertendum
censui, quod tanquam bonus, iustus,
ac rectus visitator, animaduertas, &
195 semper æquissimè præoculis habeas,
quod materia ista rationum redden-
darum tota ex bono, & æquo pendet
semota omni fraude, omnique dolo
prorsus excluso, nec non, & cum bo-
na fide, & maxima æquitate est tra-
ctanda: ideoque Iudices, qui in simi-
libus causis rationum iudicare tenē-
tur, non difficiles, aut morosos in re-
uidendis, & repetendis semel, & plu-
ries cōputis rationum si oportuerit,
se reddere debent, neque etiam acer-
bos exactores se præbere, sed cum ni-
mia humanitate, & benignitate sege-
rere, ex tex. in l. Si bene collocatæ ff.
de Vsur. ibi, *Prospicere Reipublicæ
securitati debet præses prouinciæ dū-
modo non acerbum se exactorem,
nec cōtumeliosum præbeat, sed mo-
deratum, & cum efficacia benig-
num, & cum instantia humanum:
nam inter insolentiam curiosam, &
diligentiam ambitiosam multum
interest.* Summopere etiam curare
debent, quod dolus administratoris,
in principio administrationis in me-
dio, & in fine, & sic omni tempore,
& omni casu, ac omni ex parte corri-
ceatur, & purgetur, sicuti ita scrip-
tum relinquerunt Ias. in consil. 219.
num. 1. & 2. vol. 2. Baeça de decim.
tut. cap. 2. num. 185. plura alia con-
gerit Castell. in tract. de ratione re-
denda 4. par. per tot. qui alios refe-
runt.

DE

CAPVT XXIII.

DE DEPVTATIS ET COMPVTORVM AVDITORIBVS, IPSORVMQVE ASSESSORIBUS, fisci Aduocato, ac alijs Officialibus suis.

SVMMARIVM.

1 *Magistratis Deputatorum in Cathalonia magnæ amplitudinis est, & quâ de causa fuit institutus & num. 5.*

2 *Geenrale Cathaloniæ plures sustinet expensas, & sumptus in defensione Principatus ratione bellorum.*

3 *Rex; & omnes tenentur in Cathalonia soluere vectigalia impositiones, & gabellas generalitati, quia ex lege, & pacto totius curiæ; ipse Rex ad prædicta se astringit.*

4 *Deputati circa ex actionem vectigalium, & iurium bullarum, & contra illarum fraudatores amplissimam, & priuatiuam habent iurisdictionem, etiam quo ad dominum Regem & ipsius Regios ministros cuiuscunque præheminentiæ, & dignitatis fuerint.*

5 *Deputati Cathaloniæ tenentur defendere vsaticos Barcinonæ, constitutiones Cathaloniæ, & iura patriæ, nec non, & priuilegia generalia, & communia omnibus tribus stamentis Principatus concessa, & quibus remedijs circa prædicta vti valeant.*

6 *Deputati circa legum obseruationem æquiparãtur Nomophilarijs Atheniensium, qui in publicis consilijs candidis fasceijs coronati assidebant, vt prohiberent ne quid contra receptas leges decerneretur.*

7 *Deputati in omnibus negocijs Regni sunt legitimi contradictores.*

8 *Deputati alienigenæ in Cathalonia esse non possunt, nisi fuerint prælati de brachio Ecclesiastico.*

9 *Laudatur don Ludouicus Lena Episcopus Dertusen. qui licet ortus esset, in Regno Castellæ ratione tamen Episcopalis dignitatis manus Deputati Ecclesiastici in hac patria obtinuit.*

10 *Referuntur & laudãtur Deputati, & illorum Assessores, & fisci Aduocatus, qui hoc anno 1624. deser-*

de seruiũt huic Principatui. Quiq. & illorum successores obnoxij vtiq. sunt censuræ visitationis.

11 Deputati vbi negligentes fuerint circa defensionuem constitutionum, ex tali negligentia syndicari possunt, & quando diceretur de ipsorum negligentia constare, numer. 12.

13 Deputati negligentes in defendendo constitutiones, disponẽtes, ne alienigenæ obtineant dignitates, & beneficia Ecclesiastica in Cathaloniæ Principatu incurrunt, in pœnam priuationis salarij vnius tertiæ, & inhabilitatis suorum officiorum, & pro his in visita visitari, & syndicari possunt.

14 Deputati non possunt esse conductores, nec partem habere in gabellis, & bullis generalitatis Cathaloniæ, & ipsas gabellas seu vectigalia in publica subhastatione arrendare tenentur.

15 Deputati soliciti esse debent, vt Officiales pecuniarij exbursent, & soluant generalitati pecunias ex bullis, & vectigalibus per eos exactas, & receptas, & vbi retardauerint illos ab officio suspendere tenentur.

16 Deputati non debẽt suspendere executiones, quæ fiunt contra conductores iurium bullarum & vectigalium generalitatis, nec graciam facere de pecunijs in fraudem repertis.

17 Deputatis prohibitum est, per se aut per interpositam personam, mutuo accipere pecunias ex Officialibus pecuniarijs dictæ generalitatis.

18 Deputati non possunt nouos Officiales creare, nec creatis salarium crescere, nec augere, nec aliquem extra ciuitatem Barcinonæ mittere, nisi quod sit officialis generalitatis.

19 Deputati tenentur in eorum officijs residentiam facere, & qualiter, & sub qua forma possunt recedere, & se absentare.

20 Deputati pro insecul ationibus officiorũ nõ possunt reciperepecunias, nec alias res sub pœna perpetuæ inhabilitationis, & priuationis salarij, & restitutionis dupli.

21 Deputati non possunt admittere renuntiationes officiorum ex officialibus, pecuniarijs, qui debitores fuerint generalitati: nisi prius integre soluerint.

22 Auditores cõputorum generalitatis Cathaloniæ personaliter tenentur examinare computa generalitatis & vbi in expertes fuerint suis proprijs expensis aliam personam subrogare, & constituere debent.

23 Auditores computorum memoriale debitorum Deputatis præsentare tenentur, & ad omnia alia quæ deputati obnoxij sunt, pariter ipsi obligati existunt.

24 Assessores, & fisci Aduocatus Deputatorum, tenentur bene, & fideliter consulere Deputatis in omnibus

negotijs, & causis beneficium generalitatis concernentibus,

25 Assessores, & fisci Aduocatus Deputatorũ residentiam facere tenẽtur in ciuitate, villa, aut loco vbi dicti Deputati illam fecerint, & absque illorum licentia non possunt recedere, nec se absentare, nec salarium ex commissionibus causarũ ipsis factis recipere, vt n. 26.

27 Assessores & fisci Aduocatus Deputatorum non possunt ratione laborum ordinariorum, extraordinariorum remunerationem aliquam ab ipsis Deputatis consequi, nec habere.

28 Officiales Generalitatis Cathaloniæ tenẽtur iurare in introitu suorum officiorum, quod fideliter & bene exercebunt eorum officia, & secretum custodient & quod pro officio consequendo, & habendo nihil dederunt.

29 Officialis generalitatis Cathaloniæ tenentur denuntiare, & reuelare Deputatis omnes fraudes, quæ ad ipsorum notitiam peruenerint.

30 Officialibus generalitatis Cathaloniæ prohibitum est, sub pœna priuationis officij recipere pecunias, & munera pro rebus ad eorum officia concernentibus.

31 Officiales generalitatis non possunt habere interesse, nec partem in arrendamentis lezdarum de medietina, nec libros generalitatis arrendatoribus communicare sub pœna priuationis officij.

32 Officiales generalitatis fideiussores Deputatorum & Auditores computorum in introitu suorum officiorum esse non possunt.

33 Officiales generalitatis non possunt esse cõductores, iurium bullarum & vectigalium illius, nec interesse, nec partem in illis habere sub pœna priuationis officij.

34 Officiales generalitatis tenentur obseruare contenta in capitulis 13. & 22. curiarum anni 1599. loquentibus de subrogatione officialium durante impedimento, seu infirmitate.

35 Scriba maior generalitatis Deputationis obnoxius est obseruare capitula, quæ referuntur, & alia quã plurima quæ longum, ac superfluum videretur omnia transcribere ideo remissiue vide.

36 Deputati tam generales, quam locales cæterique alij officiales generalitatis Cathaloniæ tenentur obseruare capitula curiarum deque illorum violatione, & contrafactione in visita syndicari, & visitari possunt.

37 Perceptores publici nõ possunt compellere vniuersitates, nec illarum singulares, ad electam pecuniam soluendam. Sed tenentur recipere omnem speciem pecuniæ currentis.

38 Exactores publici publicæ pecuniæ vtentes tenentur ad restitutionem totius lucri etiam in foro conscientiæ vt num. 39.

40 Fisco, & Reipublicæ expedit, conuenire

tati vbi viderint non posse obtinere iustitiam per viam oppressionis, recurrere ad forum Ecclesiæ ad effectũ vt compellantur officiales ad obseruantiam iuramenti, quod præstiterũt de seruando iura patriæ, ac etiam expendere de bonis, & pecunijs generalitatis coram Papa vsque ad debitam conclutionem taliter, quod cum effectn constitutiones, & iura huius patriȩ
6 obseruentur, & sic apparet, quod isti Deputati in hac patria obtinet illud munus quod antiquitus Athenis Nomophylaces exercebant qui apud præfectos, in omnibus publicis consilijs, coronati assidebant, vt prohiberent nequid contra receptas leges decerneretur, vt refert Simon de republica lib. 4. cap. 18. in fi. Guer. Pison in tract. de magistrat. num. 60. Mastril. in simil tract. lib. 5. cap. 15. n.
7 71. & in decis. 164. num. 18. par. 2. vbi inquid quod in omnibus negotijs ad regnum pertinentibus sunt legitimi
8 contradictores, ij siquidem Regnicoli esse debent, & vt tales non nisi originarios creari permissum est: nisi eligetentur prælati de brachio Ecclesiastico, qui ratione Ecclesiæ, quam regunt, & dignitatis, quam in principatu habent dicuntur ciues, & originarij ipsius prouinciæ licet alienigenæ sint. iux. tex. in cap. nullus de tempor. ordi. lib. 6. Bart. in l. 1. ff. Ad municip. Angel. in consil. 23. numer. 2. Loffred. consil. 4. nu. 8. & ea de causa vidimus
9 in hac ciuitate anno 1619. fuisse in sortem extractum in Deputatum Ecclesiasticum don Ludouicum Tena Episcopum ciuitatis Dertuzæ virum equidem in sacra pagina Doctissimũ oriundum ex Regno Castellæ, qui aliter nisi ratione suæ Prælatiæ Episcopalis & dignitatis dictũ munus De-
10 putati obtinere nõ posset. Hodie vero sunt Deputati huius Principatus pro Brachio Ecclesiastico admodum Illustris, & Reuerẽdissimus dominus don Petrus à Magarola Decretorum Doctor Regius consiliarius, pro Brachio militari Frãciscus Pla, & de Cadell domicellus, & pro Brachio regali Petrus Fuster ciuis, ciuitatis Dertuze similiterque sunt Auditores computorum dictæ generalitatis Cathaloniæ pro Brachio Ecclesiastico T. Compter Canonicus Ecclesiæ Cathedralis ciuitatis Elnæ, pro Brachio militari T. Coll Ferrer domicellus villæ Oloti, & pro Brachio reali Bernardus Sala egregius Doctor iurisperitus, omnes siquidẽ viri singulari sapientia præditi omniumque virtutũ genere ornatissimi domini mei admodum colẽdi, qui vna cum duobus Assessoribus, & vno Aduocato fiscali quorum nomina sunt Petrus Pla Canonicus sacrista maior Ecclesiæ Cathedralis præsentis ciuitatis Barcinonæ, Petrus Ioannes Fontanella, & Iacobus Marti fisci Aduocatus I. V. Doctores viri equidem integerrimi, prȩclaraq; eruditione atque doctrina ornati constituunt vnum tribunal grauissimæ auctoritatis, & munificentiȩ in quo vnicuiq; summa cum laude & æquabilitate tribuitur, & ordinatur iustitia, quod etsi hoc verum sit, prov omnibus apertissimum & compertũ est, nihilominus isti grauissimi viri, & reliqui omnes in hoc munere successores vtique obnoxij sunt censuræ visitationis iux cap. 1. curiæ 1599. nouæ reformationis generalitatis Cathaloniæ in qua inter alia de infrascriptis visitari poterunt.

11 Et primò, cum vt dictum est, principale munus Deputatorum sic defẽdere constitutiones generales Cathaloniæ capitula curiarũ priuilegia libertates immunitates, cõsuetudines, vsus mores, & obseruantias earũdem iux. const. 8. & 9. tit. de obseruar cõst. pag. 46. 47. & 48. pro quibus obseruandis & defendendis præstant iuramentum & sententiam excomunicationis

ae totius Principatus, & Committatuum Rossilionis, & Ceritaniæ ideo tenentur dictas gabellas bullas, & alia emolumēta Generalitatis Cathaloniæ in publica subhastatione, & plus danti, & efferenti, arrendare, & liberare, iux. c. curiæ 15. cur. anni 1599. nouæ reformationis verum, non possunt ipsi dictas bullas, seu gabellas, nec alia iura dictæ generalitatis arrēdare, nec in dictis arrendamētis partē aliquam habere, vt in c. 4. dictarum cur. 1599.

15 Quartò tenentur etiam solicitè intendere, quod Officiales pecuniarij dictæ Generalitatis soluant, dictæ generalitatis pecunias ex dictis gabellis bullis, & alijs emolumentis per eos perceptas, & vbi in predictis dicti Officiales pecuniarij retardauerint, debent illos ab officijs suspendere, & casu quo infra duas menses post suspentionem non soluerint, nec exbursauerint pecunias receptas eorum officia prouidere tenentur, ac si per mortem vacarent, vt probatur in cap. 7. cur. 1553. & cap. 3. & 4. cur. 1542. reformationis dictæ Generalitatis.

16 Quintò prohibitum est eis suspendere, & supercedere exequtiones, quæ fiunt contra conductores dictarum gabellarum iux. cap. 41. dictarum curiarum 1599. ac etiam remittere, & gratiam facere de pecunijs repertis in fraudem, vt in c. 40. dictarum cur.

17 Sextò pariter est eis prohibitum per se, nec per interpositam personā mutuo accipere pecunias ex Officialibus pecuniarijs dictæ generalitatis, vt in c. 3. cur. 1533. dict. reformationis.

18 Octauò non possunt creare nouos Officiales, nec creatis, salaria crescere nec augere: vt in cap. 97. dictarum curiarum 1599. nec etiam possunt aliquē extra ciuitatem Barcinone mittere, nisi, quod sit Officialis dicti generalis iux. c. 84. dictarum curiarum.

19 Nonò iuxta capitulum contentū in dict. lib. dicto (dels quatre senyals) sub tit. de additio de salari tenentur Residentiam continuam facere in ciuitate, villa, aut oppido vbi Excellentissimus Prorex, aut Regium consilium resideret, vel inde circa, & nō possunt se absentare a suo consistorio; nisi cū licentia aliorum Deputatorum, aut maiori parte illorum, & tali casu non possunt duo eiusdem stamenti eodē tempore simul recedere, & quando recederet ipsorum absentia non potest excedere quolibet anno vltra quatuor menses. Et similiter ex vsu consuetudine, & stylo domus Deputationis tenentur qualibet die non feriata, residentiam facere in ea, scilicet demane per tempus duarū horarū, & post prādium aliarū duarum horarum excepto tempore discurrendo à die S. Georgij vsq. ad diē S. Michaelis mēsis Septembr. in quo post prādiū nō sunt obnoxi ad dictā residētiā, nec in vigilijs festiuitatū, & Sabbatorū totius anni.

20 Decimò nō possunt directè vel indirectè per se, nec per interpositā personā recipere pecunias, nec alias res pro insculationib⁹ officiorū in domo Deputationis faciēdis sub pœna perpetuæ inhabilitationis, & priuationis salarij, & restitutionis dupli, de omni eo, quod ex causa prædictarū insculationum indebite receperint iux. cap. 1. & 2. curia. ann. 1533. reformationis dictæ generalitatis.

21 Vndecimo nō possunt admittere renuntiationes officiorū ex officialibus pecuniarijs qui debitores sint dictæ generalitatis; nisi prius integre soluerint quod illi deberent iuxt. c. 9. cur. 1542. dictæ reformationis.

22 Duodecimo Auditores computorū personaliter tenentur examinare cōputa dictæ generalitatis, & vbi ad prædicta in experti fuerint, suis expensis, & non generalitatis aliam personam circa prædicta constituere, & subrogare debent, vt in cap. 23. curiæ anni 1533. & memoriale debitorum dictis

læsione, ideo non valet liberatio, etiam si ei renunciatum esset, ex notatis per Anto. de Butr. consil. 24. quæstio hæc, & not. Doctores in §. arbitrio inst. lib. 3. & quando dolus. & persuasio dolosa cum læsione concurrunt in liberatione facta, eo ipso est liberatio, & difinitio nullo ipso iure, & semper potest peti, vt ratio de nouo redatur, arg. notatorum per Oldra. consil. 37. ad primam quod est mirabile.

187 Demum ne aliquid intactum in hac materia ommittamus, est sciendum, quod publicæ rationes singulis annis sunt exigendæ vt in auth. de collatio §. Sed neque versicu. singulis annis, & clementina, quia contingit §. Illud etiam de religios, & sumpti. funer. Castel. in l. 27. Tauri in tract. de ratione redend. fol. 123. numer. 18. versic. quo ad quintum col. 7. & Bouadil. lib. 5. cap. 4.

188 numer. 4. Et in ista ratione rationis receptorum, & datorum, a publico administratore debent omnes vocari, & debet fieri in aperto & non in secreto, & ideo in pluribus locis, ratione, syndicorum & aliorum administratorum publicorum redduntur in publico, & generali consilio, vt tenet Ioan. de Platea in l. Securitates C. de Suscepto. & Archid. lib. 10. quem refert, & sequitur Auendan. 2. par. capit. 10. Prætor, numer. 30. in fin. l. fin. in fin. C. de Debito. ciuit. libr. 11. l. fin. in fin. ff. de Administr. rerum ad ciuit. pertinen. Guid Pap. decis. 361. numer. 9. Bouadil. libr. 5. capit. 4. numer. 5. vbi dicit, quod rationes publicorum, in domo publica consilij ciuitatis dispungi & reddi debent, & non priuatim in domo alicuis Officialis publici, sed palam in domo consilij apertis ianuis, & coram omnibus, quinimo, & quod quilibet ex vicinis, seu populatibus, qui talibus rationibus assidere velit, non est reijciendus cum possit animaduertere de aliquo errore, dolo, vel fraude ab Officialibus commisso & rationem ex eo redit, quia si dispunguntur publicæ rationes, publicæ, & ab omnibus po-

189 pularibus debeut examinari. Quilibet enim de populo, etiam sine mandato, potest in iudicio petere rationes publicas reddi tenet Bart. in l. Vbi pactum num. 11. C. de Transactio. Innocen. Hostien. & Felin. in capit. dilecti de maioritat, & obedient. Curia Pisana libr. 2. cap. 18. libr. 15. vbi nonnullos alios pro hac sententia refert.

190 Rationes vero tutorum, & curatorum, aliorumque singulatium administratorum in loco vbi administratio facta, est reddi debent per tex. in l. 1. & 2. C. Vbi de ratiocin. agi oportet l. Prætor. §. Is etiam ff. de Edend. l. Hæres absens §. 1. ff. de Iud. Socin. consil. 31. in fin. & Maria. Socin. consi. 149. col. 1. Roland. à Vall. consil. 149. numer. 67. vol. 1. Baeça de decim. tut. cap. 2. num. 186.

191 Et an hoc procedat in tutore qui finita tutela alibi domicilium mutauerit, vel iam reddita ratione, aut postquam obtulit se paratum reddere discedat à loco num in his casibus cogi potest ad eundem locum venire pro reddenda secundo loco ratione, & cuius expensis vide Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 47. n. 9. & Ioan. Gutier. par. 3. cap. 1. num. 125. in fine & 126.

192 Aduerte etiã in hac materia, quod tanquam singulare refert Paul. Castrens. in l. Vix certis ff. de Iudi. quem sequitur Auiles cap. 30. Prætor glo. y acaben, num. 4. fol. mihi 233. quod illi qui gesserunt, aliena negocia possunt petere calculationem, & reuisionem rationis vt absoluantur ab administratione, ne semper stent in suspenso, & post mortem, hæredes

CAPVT XXIII.

DE DEPVTATIS, ET COMPVTORVM AVDITORIBVS, IPSORVMQVE ASSESsoribus, fisci Aduocato, ac alijs Officialibus suis,

SVMMARIVM.

1 *Magistratis Deputatorum in Cathalonia magnæ amplitudinis est, & qua de causa fuit institutus & num. 5.*

2 *Generale Cathaloniæ plures sustinet expensas, & sumptus in defensione Principatus ratione bellorum.*

3 *Rex, & omnes tenentur in Cathalonia soluere vectigalia impositiones, & gabellas generalitati, quia ex lege, & pacto totius curiæ, ipse Rex ad prædicta se astringit.*

4 *Deputati circa exactionem vectigalium, & iurium bullarum, & contra illarum fraudatores amplissimam, & priuatiuam habent iurisdictionem, etiam quo ad dominum Regem & ipsius Regios ministros cuiuscunque præheminentiæ, & dignitatis fuerint.*

5 *Deputati Cathaloniæ tenentur defendere vsaticos Barcinonæ, constitutiones Cathaloniæ, & iura patriæ, nec non, & priuilegia generalia, & communia omnibus tribus stamentis Principatus concessa, & quibus remedijs circa prædicta vti valeant.*

6 *Deputati circa legum obseruationem æquiparantur Nomophilarijs Atheniensium, qui in publicis consilijs candidis fasceijs coronati assidebant, vt prohiberent ne quid contra receptas leges decerneretur.*

7 *Deputati in omnibus negocijs Regni sunt legitimi contradictores.*

8 *Deputati alienigenæ in Cathalonia esse non possunt, nisi fuerint prælati de brachio Ecclesiastico.*

9 *Laudatur don Ludouicus Lena Episcopus Dertusen. qui licet ortus esset, in Regno Castellæ ratione tamen Episcopalis dignitatis manus Deputati Ecclesiastici in hac patria obtinuit.*

10 *Referuntur & laudatur Deputati, & illorum Assessores, & fisci Aduocatus, qui hoc anno 1624. deser-*

de seruiūt huic Principatui. Quiq. & illorum successores obnoxij utiq. sunt censuræ visitationis.

11 Deputati ubi negligentes fuerint circa defensionem constitutionum, ex tali negligentia syndicari possunt, & quando diceretur de ipsorum negligentia constare, numer. 12.

13 Deputati negligentes in defendendo constitutiones, disponētes, ne alienigenæ obtineant dignitates, & beneficia Ecclesiastica in Cathalonie Principatu incurrunt, in pænam priuationis salarij unius tertiæ, & inhabilitatis suorum officiorum, & pro his in visita visitari, & syndicari possunt.

14 Deputati non possunt esse conductores, nec partem habere in gabellis, & bullis generalitatis Cathaloniæ, & ipsas gabellas seu vectigalia in publica subhastatione arrendare tenentur.

15 Deputati soliciti esse debent, ut Officiales pecuniarij exbursent, & soluant generalitati pecunias ex bullis, & vectigalibus per eos exactas, & receptas, & ubi retardauerint illos ab officio suspendere tenentur.

16 Deputati non debēt suspendere executiones, quæ fiunt contra conductores iurium bullarum & vectigalium generalitatis, nec graciam facere de pecunijs in fraudem repertis.

17 Deputatis prohibitum est, per se aut per interpositam personam, mutuo accipere pecunias ex Officialibus pecuniarijs dictæ generalitatis.

18 Deputati non possunt nouos Officiales creare, nec creatis salarium crescere, nec augere, nec aliquem extra ciuitatem Barcinonæ mittere, nisi quod sit officialis generalitatis.

19 Deputati tenentur in eorum officijs residentiam facere, & qualiter, & sub qua forma possunt recedere, & se absentare.

20 Deputati pro insaculationibus officiorū nō possunt recipere pecunias, nec alias res sub pœna perpetuæ inhabilitationis, & priuationis salarij, & restitutionis dupli.

21 Deputati non possunt admittere renuntiationes officiorum ex officialibus, pecuniarijs, qui debitores fuerint generalitati: nisi prius integre soluerint.

22 Auditores cōputorum generalitatis Cathaloniæ personaliter tenentur examinare computa generalitatis & ubi in expertes fuerint suis proprijs expensis aliam personam subrogare, & constituere debent.

23 Auditores computorum memoriale debitorum Deputatis præsentare tenentur, & ad omnia alia quæ deputati obnoxij sunt, pariter ipsi obligati existunt.

24 Assessores, & fisci Aduocatus Deputatorum, tenentur bene, & fideliter consulere Deputatis in

omnibus

negotijs, & causis beneficium generalitatis concernentibus,

25 Assessores, & fisci Aduocatus Deputatorũ residentiam facere tenẽtur in ciuitate, villa, aut loco vbi dicti Deputati illam fecerint, & absque illorum licentia non possunt recedere, nec se absentare, nec salarium ex commissionibus causarũ ipsis factis recipere, vt n. 26.

27 Assessores & fisci Aduocatus Deputatorum non possunt ratione laborum ordinariorum, extraordinariorum remunerationem aliquam ab ipsis Deputatis consequi, nec habere.

28 Officiales Generalitatis Cathaloniæ tenẽtur iurare in introitu suorum officiorum, quod fideliter & bene exercebunt eorum officia, & secretum custodient & quod pro officio consequendo, & habendo nihil dederunt.

29 Officialis generalitatis Cathaloniæ tenentur denuntiare, & reuelare Deputatis omnes fraudes, quæ ad ipsorum notitiam peruenerint.

30 Officialibus generalitatis Cathaloniæ prohibitum est, sub pœna priuationis officij recipere pecunias, & munera pro rebus ad eorum officia concernentibus.

31 Officiales generalitatis non possunt habere interesse, nec partem in arrendamentis legdarum de medio ima, nec libros generalitatis arrendatoribus communicare sub pœna priuationis officij.

32 Officiales generalitatis fideiussores Deputatorum & Auditores computorum in introitu suorum officiorum esse non possunt.

33 Officiales generalitatis non possunt esse cõductores, iurium bullarum & vectigalium illius, nec interesse, nec partem in illis habere sub pœna priuationis officij.

34 Officiales generalitatis tenentur obseruare contenta in capitulis 13. & 22. curiarum anni 1599. loquentibus de subrogatione officialium durante impedimento, seu infirmitate.

35 Scriba maior generalitatis Deputationis obnoxius est obseruare capitula, quæ referuntur, & alia quã plurima quæ longum, ac superfluum videretur omnia transcribere ideo remissiue vide.

36 Deputati tam generales, quam locales cæterique alij officiales generalitatis Cathaloniæ tenentur obseruare capitula curiarum deque illorum violatione, & contrafactione in visita syndicari, & visitari possunt.

37 Perceptores publici nõ possunt compellere vniuersitates, nec illarum singulares, ad electam pecuniam soluendam. Sed tenentur recipere omnem speciem pecuniæ currentis.

38 Exactores publici publicæ pecuniæ vtentes tenentur ad restitutionem totius lucri etiam in foro conscientiæ vt num. 39.

40 Fisco, & Reipublicæ expedit, conueniẽ

tati vbi viderint non posse obtinere iustitiam per viam oppressionis, recurrere ad forum Ecclesiæ ad effectũ vt compellantur officiales ad obseruantiam iuramenti, quod præstiterũt de seruando iura patriæ, ac etiam expendere de bonis, & pecunijs generalitatis coram Papa vsque ad debitam conclutionem taliter, quod cum effectu constitutiones, & iura huius patriæ
6 obseruentur, & sic apparet, quod isti Deputati in hac patria obtinet illud munus quod antiquitus Athenis Nomophylaces exercebant qui apud præfectos, in omnibus publicis consilijs; coronati assidebant, vt prohiberent nequid contra receptas leges decerneretur, vt refert Simon de republica lib. 4. cap. 18. in fi. Guer. Pison in tract. de magistrat. num. 60. Mastril. in simil tract. lib. 5. cap. 15. n.
7 71. & in decis. 164. num. 18. par. 2. vbi inquid quod in omnibus negotijs ad regnum pertinentibus sunt legitimi
8 contradictores, ij siquidem Regnicoli esse debent, & vti tales non nisi originarios creari permissum est: nisi eligerentur prælati de brachio Ecclesiastico, qui ratione Ecclesiæ, quam regunt, & dignitatis, quam in principatu habent dicuntur ciues, & originarij ipsius prouinciæ licet alienigenæ sint. iux. tex. in cap. nullus de tempor. ordi. lib. 6. Bart. in l. 1. ff. Ad municip. Angel. in consil. 23. numer. 2. Loffred. consil. 4. nu. 8. & ea de causa vidimus
9 in hac ciuitate anno 1619. fuisse in sortem extractum in Deputatum Ecclesiasticum don Ludouicum Tena Episcopum ciuitatis Dertuzæ virum equidem in sacra pagina Doctissimũ oriundum ex Regno Castellæ, qui aliter nisi ratione suæ Prælatiæ Episcopalis & dignitatis dictũ munus De-
10 putati obtinere nõ posset. Hodie vero sunt Deputati huius Principatus pro Brachio Ecclesiastico admodum Illustris, & Reuerẽdissimus dominus don Petrus à Magarola Decretorum Doctor Regius consiliarius, pro Brachio militari Frãciscus Pla, & de Cadell domicellus, & pro Brachio regali Petrus Fuster ciuis, ciuitatis Dertuzæ similiterque sunt Auditores computorum dictæ generalitatis Cathaloniæ pro Brachio Ecclesiastico T. Compter Canonicus Ecclesiæ Cathedralis ciuitatis Elnæ, pro Brachio militari T. Coll Ferrer domicellus villæ Oloti, & pro Brachio reali Bernardus Sala egregius Doctor iurisperitus, omnes siquidẽ viri singulari sapientia præditi omniumque virtutũ genere ornatissimi domini mei admodum colẽdi, qui vna cum duobus Assessoribus, & vno Aduocato fiscali quorum nomina sunt Petrus Pla Canonicus sacrista maior Ecclesiæ Cathedralis præsentis ciuitatis Barcinonæ, Petrus Ioannes Fontanella, & Iacobus Marti fisci Aduocatus I. V. Doctores viri equidem integerrimi, præclaraq; eruditione atque doctrina ornati constituunt vnum tribunal grauissimæ auctoritatis, & munificentiæ in quo vnicuiq; summa cum laude & æquabilitate tribuitur, & ordinatur iustitia, quod etsi hoc verum sit, prout omnibus apertissimum & compertũ est, nihilominus isti grauissimi viri, & reliqui omnes in hoc munere successores vtique obnoxij sunt censuræ visitationis iux cap. 1. curiæ 1599. nouæ reformationis generalitatis Cathaloniæ in qua inter alia de infrascriptis visitari poterunt.

11 Et primò, cum vt dictum est, principale munus Deputatorum sic defẽdere constitutiones generales Cathaloniæ capitula curiarũ priuilegia libertates immunitates, cõsuetudines, vsus mores, & obseruantias earũdem iux. const. 8. & 9. tit. de obseruar cõst. pag. 46. 47. & 48. pro quibus obseruandis & defendendis præstant iuramentum & sententiam excomunicationis

tionis audiunt iuxta capitulum contentum in libro vulgo dictũ dels quatre senyals sub tit. de iurament, è sententia de vet. quarum omnium constitutionũ obseruantiam similiter iurat dominus Rex in ingressu sui regiminis & omnes sui Regij Consiliarij ac officiales, vt habetur in dicta constitutione 9. Ideo dicti Deputati ratione muneris sibi iniuncti tenentur se opponere, & solicite instare, summa cum diligentia obseruantiam dictarũ constitutionu, provt sic in dictis constitutionibus 8. 9. eis præcipitur, & ordinatur aliter autem parũ prodesset condere, leges, & cõstitutiones, nisi cum omni effectu per Regem, & eius officiales obseruarentur, sic legitur in const. 11. incip. poch valdria fer lleys, eod. tit. pag. 49. & in const. 5. in prin. tit. que los estrangers no pugan obtenir beneficis pag. 22. qua de causa vbi in prędictis negligentes fuerint vtiq; in visita pro tali negligẽtia syndica-
12 ti possent, & de ipsorum negligentia diceretur constare quoties constiterit contrafactionem dictarum constitutionem eisdem denuntiatam fuisse & post talem denũciationem, renuerint vel desierint se opponere ad illarum obseruantiam provt colligitur ex dicta const. 9. in vers. ibi. *E los Diputats quant primer denuntiat los será en virtut de la obligatio per ells en lo introhit de llur offici prestada, com ja per constitutions sien tinguts opposarse a la obseruança de aquellas, hajan a instar, e proseguir, e ô fer proseguir, e instar tals contrafahents ab remeys de justitia* pag. 48. col. 2. in fin.

13 Secundò cùm Cathalani non admittantur in Reghis Aragoniæ, Valentiæ, Castellæ, & alijs Regnis ad dignitates, nec ad beneficia Ecclesiastica simplicia, vel curata, vt sic legitur in const. 9. seu capitulũ curiæ 24. Regis Philipi cur. anni 1547. incip. per quant en Arago tit. q̃ los estrãgers no pugan obtenir beneficis pag. 25. idcirco, vt æqualitas seruetur statutũ est in præsenti Principatu, quod similiter alienigenæ, forenses, & extraneæ nationis non valeant nec possint obtinere in illo dignitates beneficia, nec officia, aut administrationes Ecclesiasticas iux. const. 1. Regis Alfonsi & alias sub dicto tit. que los estrang. pag. 18. & proinde præcipitur & ordinatur in dict. const. 9 seu capitulo curię, quod nullus notarius cuiuscunque auctoritatis, & exceptionis existat possit præsentare, nec conficere instrumenta de prouissionibus, aut literis apostolicis factis extra regnum de possessionibus dignitatum aut beneficiorum in dicto Principatu institutorum in fauorem cuiusuis personæ extraneæ, quæ verè, & absque aliqua dispensatione nõ fuerit in eo natæ sub pœna centum librarum & inhabilitationis officiorum, & beneficiorũ & perpetui exilij omni remissione remota, & vbi per eos incontrarium factum fuerit in eodem capitulo curiæ iniungitur dictis Deputatis generalitatis Cathalonię, quod quotiescunque fuerint requisiti per aliquem originarium Cathalanum expensis dicti generalis teneantur exequi dictum capitulum curiæ sub pœna priuationis salarij vnius tertiæ & inhabilitationis officiorũ, de qua pœna inhabilitationis apparet cũ const. 10. incip. cosa justa es eod. tit. pag. 27. col. 2. post med. & propterea vbi dicti deputati in obseruatione dicti capituli curiæ 24. negligentes fuerint pariter pro dicta negligẽtia & in obseruẽtia visitari atque syndicari possent.

14 Tertiò, quia isti Deputati intendunt super magna gabellarũ exactio-

ae totius Principatus, & Committatuum Rossillionis, & Ceritaniæ ideo tenentur dictus gabellas bullas, & alia emolumēta Generalitatis Cathaloniæ in publica subhastatione, & plus danti, & offerenti, arrendare, & liberare, iux.c. curiæ 15. cur. anni 1599. nouæ reformationis verum, non possunt ipsi dictas bullas, seu gabellas, nec alia iura dictæ generalitatis arrēdare, nec in dictis arrendamētis partē aliquam habere, vt in c.4. dictarum cur. 1599.

15 Quartò tenentur etiam solicitè intendere, quod Officiales pecuniarij dictæ Generalitatis soluant, dictæ generalitatis pecunias ex dictis gabellis bullis, & alijs emolumentis per eos perceptas, & vbi in predictis dicti Officiales pecuniarij retardauerint, debent illos ab officijs suspendere, & casu quo infra duas menses post suspentionem non soluerint, nec exbursauerint pecunias receptas eorum officia prouidere tenentur, ac si per mortem vacarent, vt probatur in cap. 7. cur. 1553. & cap. 3. & 4. cur. 1542. reformationis dictæ Generalitatis.

16 Quintò prohibitum est eis suspendere, & supercedere executiones, quæ fiunt contra conductores dictarum gabellarum iux. cap. 41. dictarum curiarum 1599. ac etiam remittere, & gratiam facere de pecunijs repertis in fraudem, vt in c. 40. dictarum cur.

17 Sextò pariter est eis prohibitum per se, nec per interpositam personā mutuo accipere pecunias ex Officialibus pecuniarijs dictæ generalitatis, vt in c. 3. cur. 1533. dict. reformationis.

18 Octauò non possunt creare nouos Officiales, nec creatis, salaria crescere nec augere. vt in cap. 97. dictarum curiarum 1599. nec etiam possunt aliquē extra ciuitatem Barcinone mittere, nisi, quod sit Officialis dicti generalis iux. c. 84. dictarum curiarum.

19 Nonò iuxta capitulum contentū in dict. lib. dicto (dels quatre senyals) sub tit. de additio de salari tenentur Residentiam continuam facere in ciuitate, villa, aut oppido vbi Excellentissimus Prorex, aut Regium consilium resideret, vel inde circa, & nō possunt se absentare a suo consistorio; nisi cū licentia aliorum Deputatorum, aut maiori parte illorum, & tali casu non possunt duo eiusdem staimenti codē tempore simul recedere, & quando recederet ipsorum absentia non potest excedere quolibet anno vltra quatuor menses. Et similiter ex vsu consuetudine, & stylo domus Deputationis tenentur qualibet die non feriata, residentiam facere in ea, scilicet de mane per tempus duarū horarū, & post prādium aliarū duarum horarum excepto tempore discurrendo à die S. Georgij vsq. ad diē S. Michaelis mēsis Septembr. in quo post prādiū nō sunt obnoxi ad dictā residētiā, nec in vigilijs festiuitatū, & Sabbatorū totius anni.

20 Decimò nō possunt directè vel indirectè per se, nec per interpositā personā recipere pecunias, nec alias res pro insiculationib[9] officiorū in domo Deputationis faciēdis sub pœna perpetuæ inhabilitationis, & priuationis salarij, & restitutionis dupli, de omni eo, quod ex causa prædictarū insiculationum indebite receperint iux. cap. 1. & 2. curia. ann. 1533. reformationis dictæ generalitatis.

21 Vndecimo nō possunt admittere renuntiationes officiorū ex officialibus pecuniarijs qui debitores sint dictæ generalitatis; nisi prius integre soluerint quod illi deberent iuxt. c. 9. cur. 1542. dictæ reformationis.

22 Duodecimo Auditores computorū personaliter tenentur examinare cōputa dictæ generalitatis, & vbi ad prædicta inexperti fuerint, suis expensis, & non generalitatis aliam personam circa prædicta constituere, & subrogare debent, vt in cap. 23. curiæ anni 1533. & memoriale debitorum dictis

Deputatis præsentare tenentur, iux. c.5.cur.anni 1542.aliaq. contenta, & expressa in cap.7.8.9.cur.anni 1520. & cap.12.cur.1542.& cap.47. curiæ, 1599. adimplere tenentur sub pœnis in dictis capitulis expressis, & ad omnia quæ deputati obnoxij sunt pariter ipsi obligati existunt.

24 Decimò tertio Assessores,& Aduocatus fiscalis dominorum,& Deputatorũ tenentur consulere bene,& fideliter dicti Deputatis in omnibus negotijs,& causis concernentibus be-
25 neficium generalitatis, & residentiã facere in ciuitate villa, aut loco vbi dicti Deputati illam fecerint,adeo quod absq.licentia illorum non possunt recedere, nec se absentare nisi per duos menses in quolibet anno, vt habetur in c.9.cur.anni 1413.& qualibet hebdomada,scilicet die martis,& veneris mane,& post prandium tenentur accedere,ad consistorium dictorum Deputatorum, pro negotijs, & causis di-
26 ctæ generalitatis prohibitumq.est eis recipere salarium ex commissionib⁹ ipsis factis per dictos Deputatos, vt hæc omnia probantur in ordinatione 4.facta per electos contenta in di-
27 cto libro dels quatre senyals similiterq. non possunt ratione laborũ ordinariorum,& extraordinariorũ recipere remunerationẽ aliquam à dicti Deputatis iux.cap.1.cur.anni.1452.contentum in eodem libro dels quatre senyals.

28 Decimò quarto omnes Officiales Generalitatis Cathaloniæ tenentur in introitu suorum officiorum iurare in posse Deputatorum de bene fideliter, & legaliter se habere in exercitio, regimine,& administratione dictorum officiorum,& quod præcipue obseruabunt secretum de omnibus illis rebus quæ Generalitati Cathaloniæ nocere & damnum illi obuenire potuerit, & quod pro officio habendo, & consequendo nihil dederunt dictis Deputatis,& auditoribus computorũ nec alteri eorũ nomine: vt hæc omnia probãtur in c.9.cur.1413.& cap.4.anni, 1533.& in ordinationib⁹ cur. Dertusæ anni.1420.

29 Decimò quinto tenentur dicti Officiales denuntiare, & reuelare dictis Deputatis omnes fraudes,quæ ad ipsorũ notitiã peruenerint iux.c.31.cur,
30 1520.prohitumq.est ipsis recipere pecunias, & munera pro rebus ad eorũ officiũ concernẽtibus sub pœna priua-
31 tionis suorũ officiorũ, vt in c. 28. cur. 1433. Non possunt habere interesse, nec partem in arrendamentis lezdarum de mediona, nec communicare libros generalitatis arrendatoribus il-
32 larum sub pœna priuationis officij vt in ca.27.cur. 1520. nec etiam possunt esse fideiussores Deputatorũ,& Audi-
33 torum computorum in introitu suorum officiorum iux.c.12.cur.1533.nec esse arrendatores seu cõductores bullarum,& iuriũ generalitatis, nec partem, nec interesse in illis habere sub pœna priuationis officij iux.c.4. cur.
34 1599.Demum tenetur adimplere, & obseruare contẽta in cap.13.cur.& 22. cur.1599. loquentibus de subrogatione officialium durante impedimẽto, seu infirmitate.

35 Tandem scriba maior dictæ generalitatis obseruare debet omnia, quæ cõtinẽtur in c.8.9.22.cur.1431.& c.1. 22.23.cur.1510.et 22.cur.520.et c.4.11. & 24.cur. 1533. & alia quam plurima capitula,quę longum ac quodammodo super fluum videretur, omnia hic transcribere cum facile dicta capitula tam respectu dictæ scribæ maioris quam aliorum Officialium dictæ generalitatis facile quispiam inueniri
36 poterit in libris capitulorum curiæ reformationis, Generalis Cathaloniæ. Ad quorum omnium capitulorum obseruantiam tam ipsi Deputati Auditores computorum, & reliqui Officiales, nec non & Deputati

Deputati locales dictę generalitatis, & tabularij illius obnoxij sunt obseruare, & de illorum violatione, & cōtrafactione in visita, visitari, & syndicari poterunt, & condemnari, & mulctari in pęnis in dictis capitulis contentis, & expressis.

37 Quia in hac amplissima domo Deputationis Cathaloniæ reperiuntur exactores, & pecuniarū ministri ideo de illis aliqua breui manu pertractare decreui, ipsis ideo notū esse debet, quod cum Populi diuites, & pauperes ad solutionem iurium bullarū, & collectarū compelluntur, ne Prouinciales fatigent, ad electam pecuniam ex soluendam: sed omne genus pecuniæ recipiāt, pro vt recipere tenentur, iuxta determinationē tex. in l. 1. vbi And. de Barul. C. de vet. num. mat. pot. lib. 10: aliter autē ex hac molestia tanquā contra ius facta visitari, & syndicari poterunt.

38 Similiter istis, & omnibus alijs pecuniarijs ministris notum esse debet, quod pecuniam publicam exigentes si de illa in quemlibet vsum disponūt mutuando, vel fœnerādo, graues sunt impositæ pœnæ, & capitales vltra quadruplum, & pariter ei qui scienter accepit iuxta dispositionem tex. in l. 1. & 2. C. de his qui ex pub. rat. mut. pecu. accep. Hinc Bart. in l. 1. C. de aur. pub. persequ. lib. 10. notauit per illū tex. quod exactores publici, qui pecuniam exigunt non possunt eam redigere in florenos, vel florenos in pecuniam sine Principis licentia, & propterea tenentur, ad restitutionem toti⁹ lucri, & in l. 2. C. de his, qui ex public. coll. prohibetur, quis ex illatis in arca publica aliquid quomodolibet accipere absque Principis licentia, vel quomodolibet disponere, & sic pariter in alium vsum conuertere alias grauissimis pœnis subiacebit in l. eod. ti. vbi glos. dixit esse pœnam capitis allegat, tex. in l. 2. & in fi. de his, qui ex publ. rat. cum alijs concordant.

39 Debent enim isti perceptores, aut alij ministri pecuniarij, qui onus habent exactionis pecuniæ publicæ, eā seruare, & promptā tenere ad publicum vsum, nec in mercimonias conuertere iux. tex. in l. in medium, & ibi Plat. C. de suscep. lib. 10. Et si facto cō uertit, & lucrum percepit, tenetur in foro conscientiæ restituere, vt not. idē Plat. C. de aur. publ. persecq. lib. 10. & ob id in l. diu de suscep. & arcar. mandatur per susceptores statim exactam pecuniam in Regiam Thesaurariam transmitti. Quem tex. dicit Bar. facere contra eos; qui tenent pecuniam communis, & cum ea faciunt mercaturas, & allegat tex. in d. l. 1. & 2. C. de his, qui ex public. rata. vide super his Fran. de Ponte decis. 10. per tot.

40 Ilud etiam animaduertere debent Deputati illorumq. exactores, & fiscales quoq. ne statim contra fideiussores arrendatorum iurium bullarum, & aliorū vectigalium generalitatis procedant (licet possint) donec supersit approbata spes satisfactionis, à proprijs debitoribus principalibus pro quo videantur iura notabilia ad propositum in l. ordine §. in eum in l. Imperatores ff. ad municipal. in l. 3. C. quo quisq. ordo cōue. lib. 11. in l. prior ff. de administr. rerum ad ciuitat. pertinen. l. 1. C. de decurio lib. 10. vbi glo. & scribent expedit enim Reipublicæ inuenire soluendum primum conueniendum, quia ex hoc facilius inueniuntur fideiussores, vt in dictis iuribus notatur.

41 Sed cum his arrēdatoribus, & similibus maxime erit aduertendum nam dum in malam deueniunt fortunam, adnotant multa in eorū libris, & scedulis in quibus, vel faciunt multos sui debitores, vel particepes in ipsorū arrendamentis, seu negociationibus, &

42 quandoq. ex tali annotatione vidi aliquos cōuenire vti tales, qui bene possunt quando vere sunt participes, & contra eos agere directa actione, sicut con-

contra principalem arrendatorē iuxta doctrinam Angeli in l.1. ff. de loc. public. fru. sed quando non apparet aliud, nisi nuda priuata eiusdem arrēdatoris, tunc aduersus eos procedere nō debēt Deputati, nec fiscales exactores etenim grauarēt vtiq. ex eo partē,& in syndicatu visitari possent siquidem tunc lex iure resistit,cum nō sit modo aliquo credendū ad sui proprium beneficium maxime in necessitate,& egestate forsan constituto, ꝙ valde eleganter dispositum est in.l.fi. C.de conueniend.fisci debitor.lib.10. & in l.exemplo.C.de proba.vbi dicit perniciosum esse, vt credatur scripturæ priuatæ, in qua quis asserat aliquē suum esse debitorem, vel participē in arrendamēto, vt ipse minus perdat,& in tātum hoc reputatur iniquū, quod non solū ponit casum in priuato: sed etiā si adnotationē fecerit fiscus vt ibi vnde neq.fiscū,neq.alium quēliber ex suis subnotationibus debiti probationem præbere, oportet, & ibi Bald. & Salicet. summant.

CAPVT. XXV.

DE DEFENTIONIBVS, ET EXCVSATIONIBVS MAGISTRATVVM, IVDICVM, ET ALIORVM OFFICIALIVM CORAM VISITATORIBVS PROPONENDIS.

SVMMARIVM.

1 *HONOR, dignitas, & fama Magistratum, Iudicium, & aliorum Officialium ex informationibus querelantium quādoq. obūbratur, læditur, atq. offenditur.*

2 *Leges diuinæ, & humanæ clamant homines in odore bonæ famæ viuere debere.*

3 *Laudandus est, qui suo honori consulit.*

4 *Defendere honorem, & vitā æquiparatur.*

5 *Boni ex diuina dispensatione quandoq. incurrunt infamiam, vt probentur, vel purgentur.*

6 *Instantia ad syndicandum peremppta ob lapsum temporis operatur, vt Officialis amplius syndicari, nec conueniri etiam possit coram suo ordinario in propria patria.*

7 *Reus non debet pro eadem causa, apud diuersos iudices molestari.*

8 *De exceptionibus, quæ contra testes proponuntur, & etiam contra processum ipsarum attestationum, & dicta ipsorum.*

9 *Reus vbi aliàs de eodem crimine absolutus fuerit, aut condemnatus non*

non potest contra eum amplius procedi.

10 *Captura licet sine iudicis mandato fieri non possit, tamen haec regula limitatur.*

11 *In crimine flagranti, vbi etiam clericus capi potest dummodo ad suum iudicem dicatur.*

12 *Item quando non habetur copia iustitiae.*

13 *In falsarijs monetarum.*

14 *Et denique sine iudicis licentia capi possunt desertores militiae, publici latrones, sacrilegi, & de populatores agrorum, virginum raptores, ac tandem omnes homines facinorosi, scelerati, & banniti.*

15 *Officiales excusatur, etsi percusserint, vel vulnerauerint delinquẽtes capiendos si illi tempore capturae eisdem resistant.*

16 *Officialis si reum fugientem, quem aliter capere non poterat vulnerauerit, excusatur.*

17 *Officialis habens mandatum speciale à Iudice capiendi delinquentem, vt dici solet, viuũ, aut mortuum, si illum sibi resistentem vulnerauerit, aut occiderit, excusatur.*

18 *Iudex, qui reum in carceribus detinuit, vt socios, & mandatores manifestaret excusatur.*

19 *Iudex, vel Officialis, qui carceratũ relaxari iussit, quem in carcere inuenit, nesciens ex qua causa ibi detinebatur, excusatur.*

20 *Iudex, vel Officialis qui carceratũ de graui crimine conuictum in carceribus detinuit in compedibus, cippis, & cathenis, excusatur.*

21 *Qualitas custodiae est in arbitrio Iudicis constituta.*

22 *Officialis carcerans aliquem pro modica coertione excusatur, & traditur decisio Regiae Audientiae.*

23 *Custodes carcerum non tenentur, & excusatur de fuga carceratorum, quando in illorum custodia adhibuerunt solitam diligentiam retinendo eos in loco solito, & assueto, & faciendo illud, quod per alios solitum erat fieri.*

24 *In culpa non est, qui facit, quod communiter consuetum est fieri.*

25 *Custos carceris de fuga carcerati excusatur, quando verisimiliter suspicari non poterit, quod carceratus aufugere potuisset, & referũtur ibi exempla, & Senatur Burdeg. decisio.*

26 *Credulitas iusta excusat custodes carcerum, & si carceratus à carceribus fugit.*

27 *Custos ex fuga carcerati nobilis, & optimae opinionis, quem in latioribus carceribus retinebat, si ab illis aufugit excusatur.*

28 *Limita, vt non procedat, quando nobilis esset detentus pro magno debito, vel delicto graui.*

29 *Custodes carcerum excusantur de fuga carceratorum sequta propter incendium vel ruinam, & assignatur ratio num. 30.*

31 *Fuga carceratorum facta proditorie & per insidias custodes carcerum excusat.*

32 *Officialis vbi dubium est, an deliquit calore, & auctoritate officij præsumendum est, non deliquisse prætextu officij, vt excusetur.*

33 *Iudex, et officialis, qui legitimis præcedentibus indicijs reum torsit, excusatur, etiam si reus tortus in tormentis obierit: quia de illius morte non tenetur, & assignatur ratio num. 34.*

35 *Iudex, & officialis de leui negligencia, & parui momenti, non tenetur, & assignatur ratio num. 36.*

37 *Negligentia quæ prouenit à mala sanitate, vel à naturali tarditate, non affectata, non supina, nec dolosa omnino excusat officialem.*

38 *Iudex non dicitur negligens, quando dat responsum, & se ob moram excusat, nec etiam quando est dubius propter perplexitatem opinionum, vel subtilitatem iuris, vel impeditus fuerit ob multitudinem causarum, & multo minus si pars non petijt.*

39 *Dispostia per legem in fauorem alicuius nunquam habent locum nisi petatutur, etiam si lex velit fieri ipso iure.*

40 *Magistratus officio quod incumbit, tacitam in se habet conditionem si à parte petatur.*

41 *Iudex, & officialis non dicitur negligens, nec in mora, nisi præcedente trina interpellatione facta cum importunitate, instanter, & instantissime, quæ opinio in Cathaloniæ recipitur, vt num. 42.*

43 *Iudex, qui non fuit interpellatus in expediendo processum, infra tempus statutum in syndicatu excusatur.*

44 *Iudex non tenetur causam expedire, nisi exhibito sibi processu, etiam quod statutum præfigat iudici terminum ad sententiandum.*

45 *Iudex excusatur si labatur instantia quando per eum non stetit, sed per partem, quæ fuit negligens.*

46 *Officialis seu Iudex excusatur si nõ inquirit, nec punit delinquẽtes, quãdo delictum non fuit notorium, nec sibi fuit denuntiatum.*

47 *Ignorantia maleficij præsumitur in Iudice, nisi scientia probetur.*

48 *Iudex excusatur, si die feriata sententiam protulerit, si sit dies vltimus, quo eius iurisdictio expiraret.*

49 *Iudex excusatur, si copiam allegationum iuris alteri parti dederit.*

50 *Iudex ex nouis allegationibus potest ostẽdere condemnatum ius non fouere: vt sic in syndicatu excusetur.*

51 *Iudex, qui per imperitiam male iudicauit in aliqua lege, vel materia difficili excusatur.*

52 *Ignorantia iuris dubij, & obscuri, æquiparatur ignorantiæ facti, & sic iudicem excusat.*

Iudex

53 *Iudex non tenetur actione iniuriarum etiam quod iniustè aliquem condemnet, quia non dicitur facere animo iniuriandi.*

54 *Officialis excusatur si de commissis suæ conscientiæ aliquid sine dolo contra iustitiam per imperitiam faciat.*

55 *Magistratus, & Iudices hodie ex consuetudine de imperitia non syndicantur, adeò quod de tali consuetudine dubitari nequit, n. 56.*

57 *Magistratus, & Iudices supremi de imperitia vllo modo visitari nequeunt remissiuè.*

58 *Iudex contra communem iudicans excusatur, quando communis opinio manifesta lege, vel ratione cõuincitur.*

59 *Iudex sequendo vnam potius opinionem, quam aliam, vel alicuius approbatissimi Doctoris, vel sui Magistri excusatur in syndicatu.*

60 *Iudex excusatur, quando in casu dubio eligit, illam opinionem, quã secundum suam conscientiam credit esse veram.*

61 *Iudex excusatur in syndicatu si in dubio iudicat contra fiscum.*

62 *Iudex iudicans contra fiscum, quẽ ius fouere non apparet laudandus est.*

63 *Iudex, seu Officialis in arbitrarijs excusatur, adeo quod in visita non tenetur de his reddere rationem, nec potest redargui.*

64 *Iudex habens liberum arbitrium excusatur, etsi illud alicui denegauerit, quia non dicitur grauare partem arbitrium denegandò.*

65 *Iudex de præsumpta, & occulta iniustitia excusatur in syndicatu cum solum teneatur de euidenti, & manifesta.*

66 *Iudex qui dubia excitauit, eximitur à dolo, & culpa cum tunc uõ præsumatur ex abrupto, vel per sordes iudicasse & sic excusatur in syndicatu.*

67 *Officialis excusatur si accelerat executionem dilatione pendente propter tumultum sedandũ, dum modo iustè exequatur.*

68 *Officialis qui dimiserit Cardinali condemnatum ad mortẽ stãte priuilegio excusatur in syndicatu.*

69 *Officialis excusatur in syndicatu iniurians verbaliter suæ iurisdictionis subiectos, insolentes, & iurisdictionem turbantes, aut irreuerenter, & importunè procedentes, & assignatur ratio num. 70.*

71 *Iudex, qui verbum quãdoq. grauè, & acerbum protulerit, non tenetur actione iniuriarum.*

72 *Iudex tenetur subditos iustitiam petentes, modestè, prudenter, quiete, & absq. iniuria aliqua tractare, aliàs punitur.*

73 *Officialis inquisitus de extorsione, si ante litem contestatam, vel ante te sententiam non animo tamen cõsitẽdi, pecunias, aut res extortas deposuerit excusatur in syndicatu.*

Limita

tati vbi viderint non posse obtinere iustitiam per viam oppresſionis, recurrere ad forum Ecclesiæ ad effectũ vt compellantur officiales ad obseruantiam iuramenti, quod præstiterũt de seruando iura patriæ, ac etiam expendere de bonis, & pecunijs generalitatis coram Papa vsque ad debitam conclutionem taliter, quod cum effectu constitutiones, & iura huius patriç
6 obseruentur, & sic apparet, quod isti Deputati in hac patria obtinet illud munus quod antiquitus Athenis Nomophylaces exercebant qui apud præfectos, in omnibus publicis consilijs, coronati asſidebant, vt prohiberent nequid contra receptas leges decerneretur, vt refert Simon de republica lib. 4. cap. 18. in fi. Guer. Pison in tract. de magistrat. num. 60. Mastril. in simil tract. lib. 5. cap. 15. n.
7 71. & in decis. 164. num. 18. par. 2. vbi inquid quod in omnibus negotijs ad regnum pertinentibus sunt legitimi
8 contradictores, ij siquidem Regnicoli esse debent, & vti tales non nisi originarios creari permissum est: nisi eligerentur prælati de brachio Ecclesiastico, qui ratione Ecclesiæ, quam regunt, & dignitatis, quam in principatu habent dicuntur ciues, & originarij ipsius prouinciæ licet alienigenæ sint. iux. tex. in cap. nullus de tempor. ordi. lib. 6. Bart. in l. 1. ff. Ad municip. Angel. in consil. 23. numer. 2. Loffred. consil. 4. nu. 8. & ea de causa vidimus
9 in hac ciuitate anno 1619. fuisse in sortem extractum in Deputatum Ecclesiasticum don Ludouicum Tena Episcopum ciuitatis Dertuzæ virum equidem in sacra pagina Doctisſimũ oriundum ex Regno Castellæ, qui aliter nisi ratione suæ Prælatiæ Episcopalis & dignitatis dictũ manus De-
10 putati obtinere nõ posset. Hodie vero sunt Deputati huius Principatus pro Brachio Ecclesiastico admodum Illustris, & Reuerẽdisſimus dominus don Petrus à Magarola Decretorum Doctor Regius consiliarius, pro Brachio militari Frãciscus Pla, & de Cadell domicellus, & pro Brachio regali Petrus Fuster ciuis, ciuitatis Dertuze similiterque sunt Auditores computorum dictæ generalitatis Cathaloniæ pro Brachio Ecclesiastico T. Compter Canonicus Ecclesiæ Cathedralis ciuitatis Elnæ, pro Brachio militari T. Coll Ferret domicellus villæ Oloti, & pro Brachio reali Bernardus Sala egregius Doctor iurisperitus, omnes siquidẽ viri singulari sapientia præditi omniumque virtutũ genere ornatisſimi domini mei admodum colẽdi, qui vna cum duobus Asſesſoribus, & vno Aduocato fiscali quorum nomina sunt Petrus Pla Canonicus sacrista maior Ecclesiæ Cathedralis præsentis ciuitatis Barcinonæ, Petrus Ioannes Fontanella, & Iacobus Marti fisci Aduocatus I. V. Doctores viri equidem integerrimi, prçclaraq; eruditione atque doctrina ornati constituunt vnum tribunal grauisſimæ auctoritatis, & munificentiç in quo vnicuiq; summa cum laude & æquabilitate tribuitur, & ordinatur iustitia, quod etsi hoc verum sit, provt omnibus apertisſimum & compertũ est, nihilominus isti grauisſimi viri, & reliqui omnes in hoc munere successores vtique obnoxij sunt censuræ visitationis iux cap. 1. curiæ 1599. nouæ reformationis generalitatis Cathaloniæ in qua inter alia de infrascriptis visitari poterunt.

11 Et primò, cum vt dictum est, principale munus Deputatorum sic defẽdere constitutiones generales Cathaloniæ capitula curiarũ priuilegia libertates immunitates, cõsuetudines, vsus mores, & obseruantias earũdem iux. const. 8. & 9. tit. de obseruar cõst. pag. 46. 47. & 48. pro quibus obseruandis & defendendis præstant iuramentum & sententiam excomunicationis

ne totius Principatus, & Committatuum Rossilionis, & Ceritaniæ ideo tenentur dictas gabellas bullas, & alia emolumenta Generalitatis Cathaloniæ in publica subhastatione, & plus danti, & offerenti, arrendare, & liberare, iux. c. curiæ 15. cur. anni 1599. nouæ reformationis verum, non possunt ipsi dictas bullas, seu gabellas, nec alia iura dictæ generalitatis arrẽdare, nec in dictis arrendamẽtis partẽ aliquam habere, vt in c. 4. dictarum cur. 1599.

15 Quartò tenentur etiam solicitè intendere, quod Officiales pecuniarij dictæ Generalitatis soluant, dictæ generalitatis pecunias ex dictis gabellis bullis, & alijs emolumentis per eos perceptas, & vbi in prędictis dicti Officiales pecuniarij retardauerint, debent illos ab officijs suspendere, & casu quo infra duas menses post suspentionem non soluerint, nec exbursauerint pecunias receptas eorum officia prouidere tenentur, ac si per mortem vacarent, vt probatur in cap. 7. cur. 1553. & cap. 3. & 4. cur. 1542. reformationis dictæ Generalitatis.

16 Quintò prohibitum est eis suspendere, & supercedere exequtiones, quæ fiunt contra conductores dictarum gabellarum iux. cap. 41. dictarum curiarum 1599. ac etiam remittere, & gratiam facere de pecunijs repertis in fraudem, vt in c. 40. dictarum cur.

17 Sextò pariter est eis prohibitum per se, nec per interpositam personã mutuo accipere pecunias ex Officialibus pecuniarijs dictæ generalitatis, vt in c. 3. cur. 1533. dict. reformationis.

18 Octauò non possunt creare nouos Officiales, nec creatis, salaria crescere nec augere. vt in cap. 97. dictarum curiarum 1599. nec etiam possunt aliquẽ extra ciuitatem Barcinone mittere, nisi, quod sit Officialis dicti generalis iux. c. 84. dictarum curiarum.

19 Nonò iuxta capitulum contentũ in dict. lib. dicto (dels quatre senyals) sub tit. de additio de salari tenentur Residentiam continuam facere in ciuitate, villa, aut oppido vbi Excelentissimus Prorex, aut Regium consiliũ resideret, vel inde circa, & nõ possunt se absentare a suo consistorio, nisi cũ licentia aliorum Deputatorum, aut maiori parte illorum, & tali casu non possunt duo eiusdem flamenti eodẽ tempore simul recedere, & quando recederet ipsorum absentia non potest excedere quolibet anno vltra quatuor menses. Et similiter ex vsu consuetudine, & stylo domus Deputationis tenentur qualibet die non feriata, residentiam facere in ea, scilicet de mane per tempus duarũ horarũ, & post prãdium aliarũ duarum horarum excepto tempore discurrendo à die S. Georgij vsq. ad diẽ S. Michaelis mẽsis Septembr. in quo post prãdiũ nõ sunt obnoxi ad dictã residẽtiã. nec in vigilijs festiuitatũ, & Sabbatorũ totius anni.

20 Decimò nõ possunt directè vel indirectè per se, nec per interpositã personã recipere pecunias, nec alias res pro insaculationibꝰ officiorũ in domo Deputationis faciẽdis sub pœna perpetuæ inhabilitationis, & priuationis salarij, & restitutionis dupli, de omni eo, ꝙ ex causa prædictarũ insaculationum indebite receperint iux. cap. 1. & 2. curia. ann. 1533. reformationis dictæ generalitatis.

21 Vndecimo nõ possunt admittere renuntiationes officiorũ ex officialibus pecuniarijs qui debitores sint dictæ generalitatis; nisi prius integre soluerint quod illi deberent iuxt. c. 9. cur. 1542. dictæ reformationis.

22 Duodecimo Auditores computorũ personaliter tenentur examinare cõputa dictæ generalitatis, & vbi ad prædicta in experti fuerint, suis expensis, & non generalitatis aliam personam circa prædicta constituere, & subrogare debent, vt in cap. 23. curiæ anni 1533. & memoriale debitorum dictis

Deputatis præsentare tenentur, iux.
c.5.cur.anni 1542.aliaq. contenta, &
expressa in cap.7.8.9.cur.anni 1520.
& cap.12.cur.1542.& cap.47. curiæ,
1599. adimplere tenentur sub pœnis
in dictis capitulis expressis, & ad om-
nia quæ deputati obnoxij sunt pariter
ipsi obligati existunt.

24 Decimò tertio Assessores,& Aduo
catus fiscalis dominorum,& Deputa-
torũ tenentur consulere bene,& fide-
liter dicti Deputatis in omnibus ne-
gotijs,& causis concernentibus bene-
25 ficium generalitatis, & residentiã fa-
cere in ciuitate villa, aut loco vbi di-
cti Deputati illam fecerint,adeo quod
absq.licentia illorum non possunt re-
cedere, nec se absentare nisi per duos
menses in quolibet anno, vt habetur
in c.9.cur.anni 1413.& qualibet heb-
domada,scilicet die martis,& veneris
mane,& post prandium tenentur ac-
cedere,ad consistorium dictorum De
putatorum, pro negotijs, & causis di-
26 ctæ generalitatis prohibitumq.est eis
recipere salarium ex commissionib⁹
ipsis factis per dictos Deputatos, vt
hæc omnia probantur in ordinatio-
ne 4.facta per electos contenta in di-
27 cto libro dels quatre senyals simili-
terq. non possunt ratione laborũ ordi
nariorum,& extraordinariorũ recipe
re remuneratione aliquam à dicti De
putatis iux.cap.2.cur.anni.1452.con-
tentum in eodem libro dels quatre
senyals.

28 Decimò quarto omnes Officiales
Generalitatis Cathaloniç tenentur in
introitu suorum officiorum iurare in
posse Deputatorum de bene fideliter,
& legaliter se habere in exercitio, re-
gimine,& administratione dictorum
officiorum,& quod præcipuè obserua
bunt secretum de omnibus illis rebus
quæ Generalitati Cathaloniæ nocere
& damnum illi obuenire potuerit, &
quod pro officio habendo, & conse-
quendo nihil dederunt dictis Deputa
tis,& auditoribus computorũ nec al-
teri eorũ nomine: vt hæc omnia pro-
bãtur in c.9.cur.1413.& cap.4.anni,
1533.& in ordinationib⁹ cur. Dertusæ
anni.1420.

29 Decimò quinto tenentur dicti Of-
ficiales denuntiare, & reuelare dictis
Deputatis omnes fraudes,quæ ad ip-
sorũ notitiã peruenerint iux.c.31.cur.
30 1520.prohibitumq.est ipsis recipere pe-
cunias, & munera pro rebus ad eorũ
officiũ concernẽtibus sub pœna priua
31 tionis suorũ officiorũ,vt in c. 28. cur.
1433. Non possunt habere interesse,
nec partem in arrendamentis lezda-
rum de mediona, nec communicare
libros generalitatis arrendatoribus il
32 latum sub pœna priuationis officij vt
in ca.27.cur. 1520. nec etiam possunt
esse fideiussores Deputatorũ,& Audi-
33 torum computorum in introitu suo-
rum officiorum iux.c.12.cur.1533.nec
esse arrendatores seu cõductores bul-
larum,& iuriũ generalitatis, nec par-
tem, nec interesse in illis habere sub
pœna priuationis officij iux.c.4. cur.
34 1599. Demum tenetur adimplere, &
obseruare contẽta in cap.13.cur.&.2.
cur.1599, loquentibus de subrogatio-
ne officialium durante impedimẽto,
seu infirmitate.

35 Tandem scriba maior dictæ gene-
ralitatis obseruare debet omnia, quæ
cõtinẽtur in c.8.9.22.cur.1431.& c.1.
22.23.cur.1510.et 22.cur.520.et c.4.11.
& 24.cur. 1533. & alia quam plurima
capitula,quę longum ac quodammo-
do super fluum videretur, omnia hic
transcribere cum facile dicta capitu-
la tam respectu dictæ scribæ maioris
quam aliorum Officialium dictæ ge-
neralitatis facile quispiam inuenire
36 poterit in libris capitulorum curiæ
reformationis, Generalis Cathalo-
niæ. Ad quorum omnium capitu-
lorum obseruantiam tam ipsi De-
putati Auditores computorum, &
reliqui Officiales, nec non & De-
putati

Deputati locales dictę generalitatis, & tabularij illius obnoxij sunt obseruare, & de illorum violatione, & cõtrafactione in visita, visitari, & syndicari poterunt, & condemnari, & mulctari in pęnis in dictis capitulis contentis, & expressis.

37 Quia in hac amplissima domo Deputationis Cathaloniæ reperiuntur exactores, & pecuniarũ ministri ideo de illis aliqua breui manu pertractare decreui, ipsis ideo notũ esse debet, quod cum Populi diuites, & pauperes ad solutionem iurium bullarũ, & collectarũ compelluntur, ne Prouinciales fatigent, ad electam pecuniam ex soluendam: sed omne genus pecuniæ recipiãt, pro vt recipere tenentur, iuxta determinationẽ tex. in l. 1. vbi And. de Barul. C. de ver. num. mat. pot. lib. 10: aliter autẽ ex hac molestia tanquã contra ius facta visitari, & syndicari poterunt.

38 Similiter istis, & omnibus alijs pecuniarijs ministris notum esse debet, quod pecuniam publicam exigentes si de illa in quemlibet vsum disponũt mutuando, vel fœnerãdo, graues sunt impositæ pœnæ, & capitales vltra quadruplum, & pariter ei qui scienter accepit iuxta dispositionem tex. in l. 1. & 2. C. de his qui ex pub. rat. mut. pecun. accep. Hinc Bart. in l. 1. C. de aur. pub. perseque. lib. 10. notauit per illũ tex. quod exactores publici, qui pecuniam exigunt nõn possunt eam redigere in florenos, vel florenos in pecuniam sine Principis licentia, & propterea tenentur, ad restitutionem toti lucri, & in l. 2. C. de his, qui ex public. coll. prohibetur, quis ex illatis in arca publica aliquid quomodolibet accipere absque Principis licentia, vel quomodolibet disponere, & sic pariter in alium vsum conuertere alias grauissimis pœnis subiacebit in l. eod. ti. vbi glos. dixit esse pœnam capitis allegat. tex. in l. 2. & ibi fi. de his, qui ex publ. rat. cum alijs concordant.

39 Debent enim isti perceptores, aut alij ministri pecuniarij, qui onus habent exactionis pecuniæ publicæ, eã seruare, & promptã tenere ad publicum vsum, nec in mercimonias conuertere iux. tex. in l. in medium, & ibi Plat. C. de suscep. lib. 10. Et si facto cõuertit, & lucrum percepit, tenetur in foro conscientiæ restituere, vt not. idẽ Plat. C. de aur. publ. perseq. lib. 10. & ob id in l. diu de suscep. & arcar. mandatur per susceptores statim exactam pecuniam in Regiam Thesaurariam transmitti. Quem tex. dicit Bar. facere contra eos; qui tenent pecuniam communis, & cum ea faciunt mercaturas, & allegat tex. in d. l. 1. & 2. C. de his, qui ex public. rata. vide super his Fran. de Ponte decis. 10. per tot.

40 Ilud etiam animaduertere debent Deputati illorumq. exactores, & fiscales quoq. ne statim contra fideiussores arrendatorum iurium bullurarum, & aliorũ vectigalium generalitatis procedant (licet possint) donec supersit approbata spes satisfactionis, à proprijs debitoribus principalibus pro quo videantur iura notabilia ad propositum in l. ordine §. in eum in l. Imperatores ff. ad municipal. in l. 3. C. quo quisq. ordo cõue. lib. 11. in l. prior ff. de administr. rerum ad ciuitat. pertinen. l. 1. C. de decurio lib. 10. vbi glo. & scribent expedit enim Reipublicæ inuenire soluendum primum conueniendum, quia ex hoc faellius inueniuntur fideiussores, vt in dictis iuribus notatur.

41 Sed cum his arrẽdatoribus, & similibus maxime erit aduertendum nam dum in malam deueniunt fortunam, adnotant multa in eorũ libris, & scedulis in quibus, vel faciunt multos sui debitores, vel particepes in ipsorũ arrendamentis, seu negociationibus, &

42 quandoq. ex tali annotatione vidi aliquos cõuenire vti tales, qui bene possunt quando vere sunt participes, & contra eos agere directa actione, sicut

contra principalem arrendatorē iuxta doctrinam Angeli in l.1. ff. de lec. public. fru. sed quando non apparet aliud, nisi nota priuata eiusdem arrēdatoris, tunc aduersus eos procedere nō debēt Deputati, nec fiscales exactores etenim grauarēt vtiq. ex eo parte,& in syndicatu visitari possent siquidem tunc lex iure resistit,cum nō sit modo aliquo credendū ad sui proprium beneficium maxime in necessitate,& egestate forsan constituto, q̃ valde eleganter dispositum est in.l.fi. C.de conueniend.fisci debitor.lib.10. & in l.exemplo.C.de proba.vbi dicit perniciosum esse, vt credatur scripturæ priuatæ, in qua quis asserat aliquē suum esse debitorem, vel participē in arrendamēto, vt ipse minus perdat,& in tātum hoc reputatur iniquū, quod non solū ponit casum in priuato : sed etiā si adnotationē fecerit fiscus vt ibi vnde neq.fiscū,neq.alium quēlibet ex suis subnotationibus debiti probationem præbere, oportet, & ibi Bald. & Salicet. summant.

CAPVT. XXV.

DE DEFENTIONIBVS, ET EXCVSATIONIBVS MAGISTRATVVM, IVDICVM, ET ALIORVM OFFICIALIVM CORAM VISITATORIBVS PROPONENDIS.

SVMMARIVM.

1 *HONOR, dignitas, & fama Magistratum, Iudicum, & aliorum Officialium ex informationibus querelantium quādoq. obūbratur, læditur, atq. offenditur.*

2 *Leges diuinæ, & humanæ clamant homines in odore bonæ famæ viuere debere.*

3 *Laudandus est, qui suo honori consulit.*

4 *Defendere honorem, & vitā æquiparatur.*

5 *Boni ex diuina dispensatione quandoq. incurrunt infamiam, vt probentur, vel purgentur.*

6 *Instantia ad syndicandum perempta ob lapsum temporis operatur, vt Officialis amplius syndicari, nec conueniri etiam possit coram suo ordinario in propria patria.*

7 *Reus non debet pro eadem causa, apud diuersos iudices molestari.*

8 *De exceptionibus, quæ contra testes proponuntur, & etiam contra processum ipsarum attestationum, & dicta ipsorum.*

9 *Reus vbi aliàs de eodem crimine absolutus fuerit, aut condemnatus*

non

non potest contra eum amplius procedi.

10 *Captura licet sine iudicis mandato fieri non possit, tamen haec regula limitatur:*

11 *In crimine flagranti, ubi etiam clericus capi potest dummodo ad suum iudicem dicatur.*

12 *Item quando non habetur copia iustitiae.*

13 *In falsarijs monetarum.*

14 *Et denique sine iudicis licentia capi possunt desertores militiae, publici latrones, sacrilegi, & de populatores agrorum, virginum raptores, ac tandem omnes homines facinorosi, scelerati, & banniti.*

15 *Officiales excusatur, etsi percusserint, vel vulnerauerint delinquentes capiendos si illi tempore capturae eisdem resistant.*

16 *Officialis si reum fugientem, quem aliter capere non poterat vulnerauerit, excusatur.*

17 *Officialis habens mandatum speciale à Iudice capiendi delinquentem, vt dici solet, viuũ, aut mortuum, si illum sibi resistentem vulnerauerit, aut occiderit, excusatur.*

18 *Iudex, qui reum in carceribus detinuit, vt socios, & mandatores manifestaret excusatur.*

19 *Iudex, vel Officialis, qui carceratũ relaxari iussit, quem in carcere inuenit, nesciens ex qua causa ibi detinebatur, excusatur.*

20 *Iudex, vel Officialis qui carceratũ de graui crimine conuictum in carceribus detinuit in compedibus, cippis, & cathenis, excusatur.*

21 *Qualitas custodiae est in arbitrio Iudicis constituta.*

22 *Officialis carcerans aliquem pro modica coertione excusatur, & traditur decisio Regiae Audientiae.*

23 *Custodes carcerum non tenentur, & excusatur de fuga carceratorum, quando in illorum custodia adhibuerunt solitam diligentiam retinendo eos in loco solito, & assueto, & faciendo illud, quod per alios solitum erat fieri.*

24 *In culpa non est, qui facit, quod communiter consuetum est fieri.*

25 *Custos carceris de fuga carcerati excusatur, quando verisimiliter suspicari non poterit, quod carceratus aufugere potuisset, & referũtur ibi exempla, & Senatur Burdeg. decisio.*

26 *Credulitas iusta excusat custodes carcerum, & si carceratus à carceribus fugit.*

27 *Custos ex fuga carcerati nobilis, & optimae opinionis, quem in latioribus carceribus retinebat, si ab illis aufugit excusatur.*

28 *Limita, vt non procedat, quando nobilis esset detentus pro magno debito, vel delicto graui.*

29 *Custodes carcerum excusantur de fuga carceratorum sequta propter incendium vel ruinam, & assignatur ratio num. 30.*

31 *Fuga carceratorum facta proditorie & per insidias custodes carcerum excusat.*

32 *Officialis ubi dubium est, an deliquit calore, & auctoritate officij præsumendum est, non deliquisse prætextu officij, ut excusetur.*

33 *Iudex, et officialis, qui legitimis præcedentibus indicijs reum torsit, excusatur, etiam si reus tortus in tormentis obierit: quia de illius morte non tenetur, & assignatur ratio num. 34.*

35 *Iudex, & officialis de leui negligencia, & parui momenti, non tenetur, & assignatur ratio num. 36.*

37 *Negligentia, quæ prouenit à mala sanitate, vel à naturali tarditate, non affectata, non supina, nec dolosa omnino excusat officialem.*

38 *Iudex non dicitur negligens, quando dat responsum, & se ob moram excusat; nec etiam quando est dubius propter perplexitatem opinionum, vel subtilitatem iuris, vel impeditus fuerit ob multitudinem causarum, & multo minus si pars non petijt.*

39 *Dispósita per legem in fauorem alicuius nunquam habent locum nisi petantur, etiam si lex velit fieri ipso iure.*

40 *Magistratus officio, quod incumbit, tacitam in se habet conditionem si à parte petatur.*

41 *Iudex, & officialis non dicitur negligens, nec in mora, nisi præcedente trina interpellatione facta cum importunitate, instanter, & instantissime, quæ opinio in Cathaloniæ recipitur, ut num. 42.*

43 *Iudex, qui non fuit interpellatus in expediendo processum, infra tempus statutum in syndicatu excusatur.*

44 *Iudex non tenetur causam expedire, nisi exhibito sibi processu, etiam quod statutum præfigat iudici terminum ad sententiandum.*

45 *Iudex excusatur si labatur instantia quando per eum non stetit, sed per partem, quæ fuit negligens.*

46 *Officialis seu Iudex excusatur si nõ inquirit, nec punit delinquẽtes, quando delictum non fuit notorium, nec sibi fuit denuntiatum.*

47 *Ignorantia maleficij præsumitur in Iudice, nisi scientia probetur.*

48 *Iudex excusatur, si die feriata sententiam protulerit, si sit dies ultimus, quo eius iurisdictio expiraret.*

49 *Iudex excusatur, si copiam allegationum iuris alteri parti dederit.*

50 *Iudex ex nouis allegationibus potest ostendere condemnatum ius non fouere: ut sic in syndicatu excusetur.*

51 *Iudex, qui per imperitiam male iudicauit in aliqua lege, vel materia difficili excusatur.*

52 *Ignorantia iuris dubij, & obscuri, æquiparatur ignorantiæ facti, & sic iudicem excusat.*

Iudex

53 *Iudex non tenetur actione iniuriarum etiam quod iniustè aliquem condemnet, quia non dicitur facere animo iniuriandi.*

54 *Officialis excusatur si de commissis suæ conscientiæ aliquid sine dolo contra Iustitiam per imperitiam faciat.*

55 *Magistratus, & Iudices hodie ex consuetudine de imperitia non syndicantur, adeò quod de tali consuetudine dubitari nequit, n. 56.*

57 *Magistratus, & Iudices supremi de imperitia vllo modo visitari nequeunt remissiuè.*

58 *Iudex contra communem iudicans excusatur, quando communis opinio manifesta lege, vel ratione cō uincitur.*

59 *Iudex sequendo vnam potius opinionem, quam aliam, vel alicuius approbatissimi Doctoris, vel sui Magistri excusatur in syndicatu.*

60 *Iudex excusatur; quando in casu dubio eligit, illam opinionem, quā secundum suam conscientiam credit esse veram.*

61 *Iudex excusatur in syndicatu si in dubio iudicat contra fiscum.*

62 *Iudex iudicans contra fiscum, quē ius fouere non apparet laudandus est.*

63 *Iudex, seu Officialis in arbitrarijs excusatur, adeo quod in visita non tenetur de his reddere rationem, nec potest redargui.*

64 *Iudex habens liberum arbitrium excusatur, etsi illud alicui denegauerit, quia non dicitur grauare partem arbitrium denegando.*

65 *Iudex de præsumpta, & occulta iniustitia excusatur in syndicatu cum solum teneatur de euidenti, & manifesta.*

66 *Iudex qui dubia excitauit, eximitur à dolo, & culpa cum tunc uō præsumatur ex abrupto, vel per sordes iudicasse & sic excusatur in syndicatu.*

67 *Officialis excusatur si accelerat executionem dilatione pendente propter tumultum sedandū, dum modo iustè exequatur.*

68 *Officialis qui dimiserit Cardinali condemnatum ad mortē stāte priuilegio excusatur in syndicatu.*

69 *Officialis excusatur in syndicatu iniurians verbaliter suæ iurisdictionis subiectos, insolentes, & iurisdictionem turbantes, aut irreuerenter, & importunè procedentes, & assignatur ratio num. 70.*

71 *Iudex, qui verbum quādoq. graue, & acerbum protulerit, non tenetur actione iniuriarum.*

72 *Iudex tenetur subditos iustitiam petentes, modeste, prudenter, quiete, & absq. iniuria aliqua tractare, aliàs punitur.*

73 *Officialis inquisitus de extorsione, si ante litem contestatam, vel ante te sententiam non animo tamen cōfitēdi, pecunias, aut res extortas deposuerit excusatur in syndicatu.*

Limita

74 *Limita in crimine barataria, & cæteris criminibus atrocioribus in quibus restitutio de male oblatis non liberat Officialem a pœna.*

75 *Officialis propter factũ prædecessoris excusatur in syndicatu.*

76 *Magistratus, & Officialis procedens in atrocissimis delictis contra iura, & statuta excusatur.*

77 *Intellige vt procedat in maioribus magistratibus.*

78 *Officialis transgrediens ex iusta causa pœnam statutariam eam augendo, vel minuendo excusatur in syndicatu.*

79 *Officialis non tenetur pro delicto suæ familiæ, quando delictum est extra officium, in quo familia deliquit.*

80 *Officialis excusatur in syndicatu de delictis commissis non prætextu officij, quia ad visitatores nõ pertinet de illis cognoscere.*

81 *Officialis non tenetur ex facto seu delicto sui substituti, quando ex necessitate eum substituit; & substitutus reputatus erat persona integra, & legalis.*

82 *Magistratus, qui tenetur pro suis officialibus, & ministris illos exhibendo excusatur.*

83 *Magistratus excusatur in syndicatu à exhibitione suorum officialium, & ministrorum, quando illi sunt mortui, aut banniti sine culpa, & dolo ipsius magistratus.*

84 *Magistratus in casibus in quibus pro suis ministris, & Officialibus tenetur, prius sunt ipsi Officiales, & ministri conueniendi antequã ipse Magistratus.*

85 *Magistratus non tenetur pro suis Officialibus, & familia, nisi ciuiliter tantum, licet se obligauerit ad soluendum omnem pœnã.*

86 *Iudex, seu Officialis vbi aliquid remunerationis gratia receperit, nõ tamen ex causa officij excusatur.*

87 *Iudex palam, & publicè aliquid recipiens non præsumitur recipere, pro venditione iustitiæ, sed pro alia causa, & assignatur ratio num.* 88.

89 *Iudex recipiens ea, quæ iudicibus dari solita sunt, excusatur, et traditur ratio num.* 90.

91 *Iudices non habentes salarium, vel saltim tenue an prohibeantur recipere munera à sponte dantibus.*

92 *Iudices munera recipientes ab amicis excusantur, quod declarat, vt num.*93. & 94.

95 *Iudex, seu Officialis excusatur etsi ab amicis esculenta, & poculenta receperit, & assignatur ratio num.*96. *& ampliatur vbi sunt moderata num.*97.

98 *Quod super his in Cathalonia sit dispositum remissiue.*

99 *Iudex seu Officialis excusatur, licet seruiat per substitutum, quando ex consuetudine receptum est,* quid

quod per substitutum seruire possit.

100 *Ampliatur stante facto prædecessoris.*

101 *Officialis infirmus potest durante infirmitate per substitutum seruire.*

102 *Officialis potest per substitutum seruire, quando abest pro seruitio domini Regis.*

103 *Officialis, qui habet à Principe potestatem seruiendi per substitutum vel aliter licentiam habet a Prorege aliàue superiore excusatur seruiendò officium per substituutum num. 104.*

105 *Officialis qui litigantem mulctauit, quando verbalem iniuriam, & intulerit excusatur.*

106 *Iudex, peritus, & doctus si aduocatos reorum non audit excusatur.*

107 *Iudex ex causa impunè potest denegare audientiam.*

108 *Iudex, vt dolosus punitur, vbi ex obrupto procederet, & reorum defensiones esperneret.*

109 *Iudex qui aduocatum garrulum ab officio aduocationis interdixit excusatur.*

110 *Officialis excusatur si per modicum tempus stante publica vtilitate priuaret dominum re sua.*

111 *Officialis seu Iudex excusatur, si ob breuem instantiam terminos cumulauerit.*

112 *Iudex errans ex causa rationabili excusatur in syndicatu.*

113 *Officialis detinens concubinam in loco vbi administrat excusatur in syndicatu, & assignatur ratio num 114.*

115 *Officialis à concubinatu se abstinere debet, quia res mali exempli est.*

116 *Amor puellarum subuertit rectum iudicium.*

117 *Officialis non solum a pecuniæ lucro, sed etiam a libidinoso aspectu continens esse debet.*

118 *Iudex, qui superiorum exempla sequutus fuit, licet exemplis non sit iudicandum nihilominus excusatur.*

119 *Iudex, seu Officialis an teneatur, exequendo Principis mandatum iniustum, vel, quod dubium sit, an illud fuerit iniustum cum distinctione resoluitur, vt n. 127.*

120 *Principis mandato quamvis duro obediendum est; quia illi replicari non potest cur ita facis?*

121 *Gesta per Principem legitimè gesta præsumuntur.*

122 *Officialis aliquid faciens iussu Principis non sponte, sed necessarie face præsumitur.*

123 *Supperioris iussus seruilem necessitatem præsupponit.*

124 *Officialis non debet obedire mandatis superiorum contra Leges; & Canones.*

125 *Iudex melius est pro suæ conscientiæ exoneratione, vt officio renuntiet, quam præceptum iniustũ exequatur, & traditur ratio n. 126.*

128 *Officialis seu Iudex preceptũ iniustum*

iustum Principis non debet exequi, sed illi rescribere, & secundā iussionem expectare maximè, quando illud continet executionē mortis alicuius, & assignatur ratio num. 129.

130 *Officiali licet probibeatur, in loco administrationis contrahere, tamē vbi palam, & sine oppressione, vel ex Principis licentia, vel quia in loco extat consuetudo cōtrahendi contraxerit, in syndicatu excusatur.*

131 *Thesaurarij, & alij Officiales pecuniarij pecunias regias, vel publicas in vsus proprios conuertentes excusantur, si eas suo periculo receperunt, & hoc expresso pacto illis traditæ fuerunt.*

132 *Thesaurarii possunt impunè pecunias publicas in alios vsus conuertere postquam publicè indigētiæ est prouisum.*

133 *Thesaurarius ex quibus causis licitè possit pecunias Thesaurariæ mutuò dare officialibus.*

134 *Officialis pecuniarius excusatur in syndicatū si ignoranter in crimen peculatus inciderit, vel se debitorem declarat.*

135 *Consiliarij, & Reipublicæ administratores excusantur, vbi aliquid modicum dederint iuxta morem regionis.*

136 *Decuriones seu consiliarij possunt aliquid modicum impunè dare nūtijs, qui bonum euentum belli, seu Principis Natiuitatem nuntiauerunt, ratione letitiæ.*

137 *Modicum vel immodicum datum quando dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.*

138 *Decuriones alteri decurioni pauperi, pro suis alimentis de bonis communibus dantes, in syndicatu excusatur.*

139 *Respublica pauperem decurionem, propter eius seruitium exinanitum & de pauperatum alere tenetur.*

140 *Officiales effecti senes in seruitio Principis, debent tantum ab eo cōsequi ne in senectute egeant.*

141 *Syndicus, seu Maiordomus ciuitatis non potest de illius bonis soluere, nisi de mandato consiliariorum, et procerum.*

142 *Limita in solutione paruæ quantitatis.*

143 *Deputati, & decuriones promittentes dare aliquam pecuniæ quantitatem, reuelanti vel capienti malefactorem excusantur.*

144 *Officialis ob merita sua, & maiorum suorum excusatur.*

145 *Iudices propter consuetudinem contra legem iudicantes excusantur limita in Cathalonia n. 146.*

147 *Iudices Mercatorum non tenentur in syndicatu, & si condemnent reum omissis iuris solemnitatibus, ex quo Mercatorum causa ex bono, & æquo decidendæ sunt, non inspectis iuris aspicibus.*

148 *In curia mercatorum ex pacto nudo effica-*

efficaciter agitur.

149 *Iudex in omnibus casibus in quibus de plano, & sine scriptura procedit, testes in scriptis redigere debet aliter in syndicatu tenetur.*

150 *Notarius recusans instrumentum conficere excusatur quando est valde occupatus in alijs negotijs, vel alias actus esset prohibitus, & n. 151.*

152 *Magistratus, & Iudices tenentur in syndicatu quando Bannitos remittunt. Excusantur tamen quando a Principe habet in specie concessam facultatem illos remittendi, & num. 153.*

Fuga officialis à syndicatu, licet contra ipsum iuncto iuramẽto partis plenam probationem faciat: si tamen timore visitatoris inimici, aut alterius imminentis grauaminis fugerit, talis fuga non inducit probationem contra eum vt nu. 155.

156 *Et tali casu quid officialibus istis consulendum sit.*

157 *Magistratus, & Officiales, etsi facultatibus abundent, tenentur nihilominus præstare cautionem fideiussoriam de stando syndicatui finito eorum officio.*

158 *Fideiussores Magistratuum in quibus casibus pro eis teneantur, & in quibus non.*

159 *Officialis hodie non tenetur personaliter persistere in syndicatu, vbi non habuerit, nisi ciuiles querelas, vel etiam criminales, ciuiliter intentatas quia sufficit procuratorem relinquere.*

160 *Officialis in causis syndicatus per procuratorem se defendere potest, vbi causa fuerit pecuniaria, secus si esset capitalis, quia in ea procurator non admittitur.*

CVM ex querelis, & informationibus contra Magistratus, Iudices, & alios Officiales receptis, illorũ dignitas, honor, & fama quandoq. obumbratur, læditur, atq. offenditur, eo, quia sæpius contra eosdem instantibus querelantibus proceditur, ac si essent homines malæ vitæ, & Dei, diuinarum, atque humanarum legum contemptores, negligentes, dolosi, baratarij, corrupti, iniqui, atq. culposi. Ideo iustè eis permissum est, vt pro honoris, ac dignitatis suæ defensione, suas in hoc visitationis iudicio proponere valeant defensiones, cum diuinæ, & humanæ leges clament: homines in odore bonæ famæ viuere bonumque nomen conseruare debere. Ita Salomon omniũ Sapiẽtiss. Prouer. 22. admonet. *Melius est bonum nomen quam diuitiæ multæ*, Et Eccles. 41: *Curã habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, & magni.* Di-

uus

dicta seu depositiones ipsorum testiũ quia sunt falsi, varij, contrarij, singulares, & quod non concludenter deponunt, vel huiusmodi, quibus in casibus tales testes non probant, vt late probat Clar. in pract. §. fin. quæstion. 53. n. 1. 5. & 6. Philip. Testay allega. 9. n. 64. 65. & 69.

9 Tertia est etiam alia defensio, quã querelatus in defensione proponere potest, quod scilicet de eadem querela fuerit absolutus, vel etiam condẽnatus: nam eo casu non potest vlteriꝰ contra eum procedi. Nam de criminibus de quibus quis semel fuit absolutus non potest accusatio replicari, tex. est in cap. de his accusatio. l. si cui §. ijsdem, ff. de accusatio. l. his tamẽ, §. ab alio delatum, et l. senatus, ff. eod. l. qui de crimine, C. eod. Ita dicũt cõmuniter omnes Doctor. vt attestatur Angel. de malef. in verbo, & ad querelam, n. 90. Contra. in prac. fol. 227. n. 11. nam de eiusdem hominis delicto sæpius querendum non est, l. 3. §. fi. ff. naut. caup. stab. Ancha. in d. c. de his, n. 6. Couarru. lib. 2. var. c. 10. n. 7. Clar. §. fi. q. 51. n. 6. vbi refert quod, & ita in facti contingentia consuluit, Mantua. cons. 251. lib. 1. & Ioann. de Amicis. cons. 37. in prima regula, Cancer. lib. 2. cap. 2. n. 165. & lib. 3. c. 12. n. 42. & 43.

10 Quarta, excusatur officialis etsi capturauerit aliquem sine licentia Iudicis in scriptis: etenim licet regulariter nemo capi aut carcerari possit, sine iudicis mandato, l. neminem de
11 exhib. reis, et ibi communiter DD. ve rũtamen in flagranti crimine repertus capi, & carcerari poterit, etiã si fuerit clericus, ita tamen, vt ad suũ iudicem ducatur. Farin. qui plures refert quæst. 21. nu. 137. & 141. Item quando non habetur copia iustitiæ.
12 Ripa in cap. 1. n. 89. de judic. Itẽ quãdo capitur fur ab eo cui res fuit furata, l. 1. C. quand. lice. fin. jud. se
13 vind. Item in fabarijs monetarum,
14 glos. in l. fin. C. de exhib. reis. Item sine judicis licentia capi possunt desertores militiæ, publici latrones, sacrilegi, & depopulatores agrorum, virginum raptores: vt in dict. l. 1. & 2. C. quand. sine jud. se vind. & in l. 1. D. de rap. virg. & in summa sine licentia possunt capi omnes homines facinorosi scelerati, banniti dummodo consignentur suo judici competenti infra viginti horas. Gomez. var. reso. tit. de captu. reor. n. 4.

15 Quinta excusantur officiales etsi percusserint, & vulnerauerint capiẽdum, si capturæ resistat, & non permittat se capi, vt in l. si seruus, & ibi communiter DD. not. C. de his, qui ad ecclesia. confug. Amad. in tract. de syndic. in verbo Item eo, nu. 200. vbi, quod ita vidit pluries consultum & judicatum, Paris. de Put. in simil. tractat. in verbo Resistentia, cap. 1. an si Iudex num. 3. Cathald. in eodem tractat. de syndic. quæst. 261. num. 172. Boer. decis. 170. nu. 5. in fin. & num. 6. & 7. Gram. decis. 41. per tot. Bos. in titul. de Captura. num. 12. & sequent. Anto. Gomez. varia. resolu. dict. tit. de captura reorum cap. 9. num. 6. vbi testatur de communi, Clar. in §. fin. q. 29. in princ. vbi quod de hoc nullus dubitat, quod maximè procedit quando resistentia est magna, & cũ armis, vt bene ex multis probat Farina. q. 12. n. 41. & 42.

16 Sexta excusatur officialis si reum fugientem quẽ capere volebant vulnerauerint dum aliter illũ capere nõ poterat ita scripsit Bal. in d. l. fi. n. 5. C. exhib. reis, Ang. de malef. in verb. ꝙ fama publica, n. 54. in prin. Boer. d. decis. 170. post n. 7. Amod. de syn. n. 100. in fine Gram. d. decis. 41. n. 1. Ant. Gomez. d. titul. de captura reorum cap. 9. vbi generaliter dicit satellites posse vulnerare, & occidere capiendum defendentem se cum telo; vel fuga Fabia. a Monteleonẽ

post alios quos allegat in prac. crim. verbo vel carcerantur, nu.8.ad fin.

22 Vndecima excusatur officialis si aliquem carcerari faciat pro modica coertione, pro vt sic fuit decisum in Regia Audientia, confirmando sententiam per Iudices tabulæ latam, vt refert don Ludoui.à Pegue. Regius senator decis.82.& Cancer.var.reso. p.3.c.12.in princi.

23 Duodecima, quia supra in tit.de commentaribus c.20.diximus custodes carcerum teneri de fuga carceratorum: ideo hic non abbreuiDebitur de illorum excusationibus aliqua proponere. Excusantur igitur custodes carcerum,& de fuga carceratorũ non tenentur si in illis custodiendis adhibuerunt solitam diligentiam puta illos retinendo in loco in quo alij similes carcerati retineri solebãt. Etenim custodes ab omni culpa,& negligentia excusantur,& immunes sunt si fecerunt, quod solitum est fieri, vt per Alex.in l.fi.n.1.vers.vel talis consuetudo,ff.de cust.reor.Paris.de Put. in tract.de synd.verbo carcer,& carceratus c.3.Ansi plures n.14.& 15. & in c.7.incip.pone quod carceratus n. 3.ad fine,vbi asserit non posse dici in culpa carcerarium,qui carceratos retinuit in loco solito carceris licet inde aufugerint,& idẽ affirmauit Boer. decis.217.num.5.& 6. vbi inter alia allegat,text.in l. quis sit fugitiuus.§. apud labeonẽ in fi.ibi, *Quia id fecit quod publicè facere licite arbitratur.* ff.de ędilit edict.& ibidem Crepol.in primo notabili,Cyril.in summa cri. par.c.1.rub.12.de custo.reor.§.3. n.2. in fi.Angel.Aret.inter cõsceri.diuers. cons.73.n.29. & seq.vol.1.Berta.cõs. 69.in princ.n.1.& sub.n.3.lib.1.& in fin. consilij plurimũ enim interest in his spectare consuetudinem etenim quod secundũ eam fit jure fieri: videt ꝙ imo consuetum est fieri,necessariũ est l.saccula,ff.de extraord.crimin.l. quod si nolit.§. quia assidua,ff.de ædilit edict. officialesq.debent obseruare locorum consuetudines, l.obseruare, .§.penul.ff.de offic.proconsul & in generali mandato facto custodi carcerum veniunt ea,quæ de consuetudine fieri solent,d.l.quod si nolit.§.quia assidua,& ea quæ sunt consueta fieri semper videntur inesse,l.fi.ff.de fideiusso. ideo custodia facienda est secundum consuetudinem,Bald.post Cyn.

24 in l.2.C.de Episco. aud.& hinc dicitur,quod in culpa non est qui facit, quod communiter consuetum est fieri,l.pignus,ff de pig.actio.qua de causa custodes carcerum probata solita diligentia in custodia carceratorum & quod eos in loco solito vbi alij carcerati custodiri solebant captos retinuerunt ab omni pæna erunt immunes: quia cessat culpa,vt per Boer. d. decis.217.n.5.quẽ & alios ad propositum refert Farin. q.31.n. 133.in fine.

25 Decimo tertio quãdo verisimiliter non poterat suspicari,quod carceratus aut fugerit. Tunc enim licet aufugerit excusatur custodes sic juste credentes illũ nõ fugiturũ etenim iusta ista credulitas eas excusat, vtpote quando fuit positus per custodem in aliqua instantia latissima ex qua nõ poterat idem carceratus aufugere, & inde per fenestras exire nisi cum maximè,& euidenti vitæ suæ periculo propter altitudinẽ domus,& magnam distantiam quæ erat à sublimitate illius loci ad infimitatem terræ, tunc enim si carceratus ex dicto loço se proiecerit in terram, & illęsus remanens aufugerit non tenetur custos, quia verisimiliter nunquam ex dicto loco poterit de tali proiectione,ac fuga suspicari cum non sit verisimile, quod quis ex alta turri, seu arce se in terram projciat, & in euidenti periculose submittat, vt per Boer.dicta decis. 217. post num.

quintum & 10.vbi in exemplis ibidē propositis reffert fuisse apud Senatū Burdeg.in simili casu conclusum ad fauorē custodis eo,quia talis fugiēdi periculosus modus,nō poterat per custodes verisimiliter prouideri.

26 Decima quinta,propter justā credulitatem excusatur custos,si retinēs carceratos de proximo liberandos in latioribus carceribus ab eis aufugerint,quia verisimiliter nō poterat de eorū fuga suspicari Paris. de Put. in tract.de synd.in verb.carcer,& carceratus,c.2.an potestas cap.ansi plures, n.17,Ange.de Malefic.in verb. quod fama publica præcedente, n.83.Boer. d.decis.217.n.10.ante med.versic.fateor tamen.nu.16.

27 Decima sexta, excusatur custos ex fuga carcerati nobilis, & integræ famæ,quem in latioribus carceribus retinebat juste credens,quod non esset suæ fidei,& nobilitati detracturus, nec fugiturus,vt per Paris.de Put.de synd.in verbo carcer,& carceratus,c. 2.an.potestas n.2.vers.& adde vbi allegat etiā Ange.in l.si a bone fidei ff. de rei vend.Boe.d.decis.217.n.9.per tot.& n.10.in prin.Cyrill. in summa crim.p.1.rub.12.de custo.reorū.§ 3.n. 9.ad med.Foller.in prac.cri.in verb. vel carcerentur,n.5.Roland.cons.11. n.31.lib.3.Tiraq. in tract.de nobilit. cap.20,n.28. Neuiz.in silua nuptiali in verbo est nubendum. n.55. Plures alios adducit Gabriel.in suis conclusionibus concl.8.n.55.lib.7.& prædicta excusatio maximè procederet, & locum haberet quando causa carcerationis erat leuis,vel pro paruo debito:vt tenet idē Boer. d. decis. 217. nu.10.& confert quæ dicit Menoch. de arbitr.casu 342.num. 10.vbi Iudicis arbitrio hoc casu multū tribuendum existimat. Nam licet credens viro fidedigno excusetur ad glo.in l. Titio fundus in verbo actiones, vbi
28 Bart.Castr.Alex.& cōmuniter DD. ff. de condit. & demos. verum si nobilis erat detentus pro magno debito, vel pro delicto graui,non debet custos illius nobilitati,& integritate confidere in præiudicium fisci, & creditorum,& propterea tali casu, magis debet respicerem ad causam pro qua est carceratus,quam ad qualitatem nobilitatis, ita explicat Farin.q.31.n.146.& 147.

29 Decima septima excusantur de fuga carceratorum sequuta propter incendium, vel ruinam carcerum, vt scripsit Iodoch.in pract.cri.c.17.rub. de carcerarijs,seu cōmentarientibus n.5.& ratio est, quia custos carceris
30 habetur loco depositarij, vt diximus in c.20.n.15.ac ideo succedit juris cōclusio ꝙ depositari⁹ nō tenetur de casu fortuito,sed tātum de dolo,ac lata culpa,l.si vt certo.§.nunc videndum ff.cōmod.l.contract.ff. de reg. jur. & l. 1.C. de deposito.

31 Decima septima,excusantur de fuga carcerati facta proditorie,et per insidias,quæ ipso ab custode nō poterāt præuideri,nam à proditione nemo se præcauere potest,l.si fidejusso.§. si cum debitor,ff.mand.c.Beatus 22. q. 2.vbi B.Paulus spirituDei plenus,nō potuit deuinare ea,quæ sequuta fuerunt secrete,& insidiæ,quæ non possunt præuideri culpam,non arguunt l.in rebus vers.piratarū insidijs,ff.locat.d.l.contractus in verb.tumultus, ff.de reg.jur.vt in exemplo de muliere,quæ virum ipsum carceratū habens,ipsū ex carcere extraxit,eidem accōmodata sua muliebri veste,vt a custode in exitu ianuæ nō cognosceretur,ista enim videtur magna calliditas,quā custos difficultate præuideri poterat,ideo videtur excusand⁹ si hoc modo deceptus virū muliebri veste indutū exire permisit:vt p̄ Paris. de Pute. de syndic. verb. carcer., & carceratus capit. 3. ansi plures numer.8.& in simili casu fuit absolutus quidam

Quidam custos in vrbe Romana refert Farin.quæst.31.nu.159. in fin. vbi sub num.161.162.165. 166. & seq. refert alios custodum executiones; quas per te ipsum videre poteris.

32 Decima octaua, quia officialis quandoq. imputatur de delicto commisso sub calore, colore seu contemplatione officij, ideò quando esset dubium an delictum fuisset commissum ab officiali prætextu officij, vel non tali casu non est præsumendum fuisse commissum prætextu officij ad euitandū majus delictum, & ipsum officialem sic excusandum sm. Rolan a vall. cons. lib.1.vol.3. Baiard. ad Clar. q. 35. nu. 4. Capi. decis.130. num.12. Mastril. super indult. gener. c. 40. nu. 10.

33 Decima nona, excusatur Iudex, & officialis qui præcedentibus inditijs aliquē torsit, etsi tortus obierit in tormentis ista fuit doctrina Bartol. in l. quæstionis modum ff. de quæstio. quā sequuti sunt, Guid. de Suzar. in tract. de ind. & tortu. nu. 87. in fin. vers. Si casu absque Amod. de syndi. num. 113. & 115. Patis. de Put. in simil. tract. verbo, tortura, cap. 12. an si officialis aliquem tormentauit Boss. in tit. de tortura nu.30. Anton. Gomez var. resol. tom.3. cap.13. sub. de tortur. reorum. nn.6. & in expresso Franch. Marc. q. 98. num.3. par. 2. Menoch. de arbitr. casu 349. num. 9. vbi quod ita tenent omnes Clar. in §. fin. quæst. 64. nu. 37. Bouad. lib.5. cap.3. num. 25. Mastril. de magistr. lib. 6. cap. 10. nu. 148. Farin.

34 quæst 37. num. 131. 137. 139 & 143. Vbi quod Iudex non tenetur de morte rei torti si illum torsit in loco solito, & per ministros solitos, & iuxta modum solitum adeo quod si rudens, trabes, aut funiculus fractus fuerit & tortus in terram proiectus crura fregerit, aut mortuus fuerit excusabitur ab omni culpa. Quia ad iudicem non spectat ligare, torquere, & in altum trahere, vt ibi per eum latius est videre.

Vigesima excusatur Iudex & officialis de negligentia leui, & parui momenti, vt per Patis. de Put. tradit Ioseph. Sesse de inhibit. iust. Arago. cap. 1. §.3. n.35. & c.10. §.2. nu. 46. & in ref pont. syndich. post dict. tract. n. 23. & 29. & ra. forsit; quia ex fortuita leuis negligentia inquisitio non fit v. tur? Quia non syndicantur officiales, nisi de negligentia dissoluta; & dolo proxima; & sic obseruat consuetudo dro vt attestantur omnes Rondinel. de syndic. post num. 14. Bossius in titul. de offic. corrup. numer. 26. Clarus in §. final. quæstio. 73. num. 5. Amodeus de syndicha. numer. 83. Bertazol. consilio 71. numer. 4. & alios refert Ferinac. quæstio. 111. numer. 405. & 425. Et negligentia quæ prouenit à mala sanitate vel à naturali tarditate, & non affectata: nec supina, nec dolosa, omnino excusatur, l. magna negligentia, & ibi Doctores, ff. de verbor. obligation. Baldus in l. mancipia. C. de seruí. fugit. Bartol. in l. cognitione, ff. ad syllenia, Menoch. de arbitr. casu 341. Mascard. de probat. conclusio. 1088.

Nec iustitia dicitur denegata, stantibus prædictis maxime quando Iudex dat responsum; & se ob moram excusat; & non tacet Put. in verbo (Iudices) capit. 11. & capit. 14. & 18. per tot. nec dicitur negligens quando est dubius propter perplexitatem opinionum Catal. de syndich. num. 34. Amod. in simil. tracta. num. 123. vel propter difficultatem probationū, Bald. in auth. clericos, C. de Epis. & cleri. vel propter subtilitatem iuris idem Bal. d. in l. abeb, C. Quomod. & quand. vel impeditus multitudine causarum aut aliquo alio modo Put. verbo (Negligentia) cap. 1. nu. 6. et seq. Ferin. d. q. 111. num. 434. Et tandem non dicitur negligens si pars nō petijt, l. 3. C. vt intra cert. temp. ibi, quod si litigatoribus ad mouentibus in fi. l. 4.

Gg 3 §.

.§. hoc autem iudicium, ff de dam. in-
fect. l. 1. §. Magistratibus, ff. de Magist.
conuen. ibi, *Si moniti, vel requisi-
ti non dederint.* Cathaldi de syn-
dicat. q. 42. 43. & 44. & q. 101. & 102.
Amad. in eod. tracta. n. 74. Pute. in si-
mil. tract. verbo instantia syndicatus
cap. 6. & in verbo negligentia, cap. 1.
n. 4. Boss. in pract. tit. de ofifci. corrup.
n. 25. late Anto. Gomez in 3. tom. de-
lict. cap. 9. n. 19. Auil. in cap. 1. Pretor.
glo. fiel. n. 43. Paz. in pract. tom. 1. par.
11. tempore n. 26. & seq. & facit. quod
generaliter tradit Rip. in l. de pupillo.
.§. meminisse. num. 18. ff. de nou. oper.
nunt. quod disposita per legem in fa-
39 uorem alicuius nunquam habent lo-
cum nisi petantur, etiam si lex velit fie-
ri ipso iure sequitur, Bouad. lib. 5. cap.
1. n. 145. & Cancer. p. 3. cap. 12. n. 255.
vbi quod Magistratus officio incum-
40 bit, tacitam habet coditionem si apar-
tè fuerit solicitatus, quæ solicitatio de-
41 bet esse saltem per tres vices imo cũ
importunitate, vt Iudex dicatur ne-
gligens, Bertaz. d. cons. 71. lib. 1. in cri.
n. 55. post Catald. Gram. cons. 54. n. 8.
in crim. post. Deci. qui dicit commu-
nem. Roma. cons. 427. Auil. in d. cap.
1. Prætor. d. glo. fiel. n. 46. Docto. in c.
ex ratione de appella. vbi debere fieri
protestationem instãter, & instantis-
simè, ac pluries, Neuiz. cons. 97. n. 15.
Franc. de Leonar. in prax. official. cap.
14. n. 13. Fari. d. q. 111. n. 429. cum seq.
42 & hæc opinio in Cathalonia est admo-
dum recepta, Quod scilicet Iudex, seu
officialis non dicatur negligens, nec
in mora, nisi præcedente trina inter-
pellatione, vt scripserũt nostras, Mier.
p. 1. cap. 7. de tabula, n. 66. coll. 4. fol.
mihi 84. & Cancer. dict. cap. 12. num.
266. propesi. & 264.

Vigesima prima, ex proximè di-
3 ctis infertur, quod excusatur Iudex qui
4 non fuit interpellatus in expediendo
processum infra tẽpus statutum, Bald.
in l. si ideo de ijs quibus, vt indig. Ca-
tald. de syndic. q. 87. & 88. Rim. iun.
cons. 21. n. 138. & 139. vol. 1. Cauale. de
Brach. reg. p. 5. n. 217. Bouadill. lib. 5.
cap. 1. n. 144. & seq. Cartar. deci. Gen.
22. num. 8.

44 Vigessima secuuda, excusatur etiã,
& non tenetur Iudex si causam non
determinauit, quando sibi non fuit ex-
hibitus processus. Vant. de nullit. sen-
tent. ex defectu Iud. ordin. n. 117. Cra-
uet. cons. 270. n. 2. lib. 2. Caual. decis.
6. n. 11. p. 1. vbi ampliat etiã quod sta-
tutum diceret, quod debeat Iudex in-
tra certum tempus causam expedire
Crauit. Ritu. 245. nu. 3. & seq. Couar.
pract. qq. cap. 20. sub. nu. 6. verbo in-
strumenta autem publica Borg. Ca-
uale. decis. 6. num. 11.

45 Vigessima tertia excusatur Iudex
si labatur instantia, quando per eum
non stetit, sed per partem, quæ negli-
gens fuit in interpellando iudicem, l.
2. C. de naufrag. ibi, si per negligen-
tiam, lib. 12. Amod. de synd. n. 254. in
46 fi. & similiter excusatur in non inqui-
rendo, nec puniendo delinquẽtes, quã-
do delictum non fuit notorium, nec si-
bi fuit denunciatum secundũ Amode.
de syndi. nu. 78. 79. 81. & 82. Paris. de
Put. in simil. tract. in verbo negligen-
tia. cap. 4. n. 8. & cap. 5. n. 1. & seq. vbi
47 quod in Iudice præsumitur ignoran-
tia maleficij nisi probetur scientia
Boss. in tit. de offici. corrup. n. 25.

48 Vigessima quarta Officialis, seu Iu-
dex excusatur si die feriatã sententiã
protulerit, si sit dies vltimus, quo eius
iurisdictio expiraret glo. est notabilis
in clement. fin. de iud. Amod. de synd.
n. 255. in princip.

49 Vigessima quinta excusatur Iudex
si dederit copiam allegationum iuris
alteri parti, ad notat. per Ias. in l. is
apud quem col. 3. vers. vltra scribẽtes,
C. de edend. post. pract. Papiens. in for-
ma. pet. cop. instrum. circa princi. vbi
formaliter tenet. Quod quemadmodũ
de

de omnibus actis debet fieri copia parti, ita de allegationibus iuris, & consilijs, ne Iudex circunueniatur ex falsis allegationibus, l. 1. C. si ex fals. allegat. & l. si quis obrepserit ff. de fals. quamuis ad id non compellatur, vt dixit Innoc. in cap. per tuas de testib. quem refert, & sequitur Roman. singul. 166. & post alios Duenn. regul. 5. incip. acta iudicialia, fol. 6. cœterū apud nos prædicta raro practicantur: in visita Iudex
50 ex nouis allegationibus potest defendere suam sententiā, & ostendere condemnatum ius non fouere, vt exdosetur, Bal. per illum tex. in l. Aemilius, ff. de mino. Paris. de Put. de syndic. in verbo judices ad syndicandum, cap. 2. num. 21. Boer. decis. 259. n. 9. & seq. eo maximè si sententia ex nouis probationibus in judicio appellationis reuocaretur, quia non dicitur Iudex injuste iudicasse, vt not. in cap. cum Ioannes Eremita, de fide instr. Put. vbi supra n. 22. Catald. de synd. num. 136. & 137. vers. sed idem, & n. 246.

51 Vigesima sexta excusatur Iudex qui per imperitiam male iudicauit in aliqua lege seu materia difficili ad not. per Alex. in addi. ad Bart. in l. fin. ff. de var. & extraordi. cognit. litera F. ante fin. Bald. in l. mancipia. num. 2. versicul. si autem ad id inducitur, C. de seruit. fugit. vbi, quod quando passus est, multum subtilis, & arduus, aut iudici parcitur, aut minus punitur, Rondinel. de synd. nu. 151. & 153. cum seq. Anto. Maria. Corat. in tract. de cōmun. opin. tit. 12. num. 48. & tit. 13. nu.
52 8, vbi, quod ignorantia iuris dubij, & obscuri æquiparatur ignorantiæ facti, & propterea iudicem excusat Conrard. de momenta. possel. limit. 10.
53 num. 18. Ac ideò non tenetur iniuriarum actione etsi iniuste aliquem condemnet ex quo non dicitur fecisse animo iniuriandi Paris. de put. in
54 verb. iniuria officialis, cap. 4. Et similiter excusatur si de commissis suæ conscientiæ aliquid sine dolo contra iustitiam per imperitiā faciat Amod. de syndicat. n. 256. vers. In super.

55 Vigesimaseptima; quicquid sit de iure, hodie excusantur iudices, & officiales ex consuetudine; quia & non syndicantur de sententijs per imperitiam malè latis; sed tantum de furtis male ablatis; de dolo; & barataríjs: prout de hac consuetudine testantur Amode. de synd. nu. 136. in fin. Pract. Conrad. rub. de senten. num. 33. in 5. ampliat. in fin. Grammat. consil. 54. num. 11. Clar. in § fin. quæst. 73. nu. 3. in fin. Bertaz. consl. 71. nu. 3. & consl. 81. num. 2. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 1. num. 50 & decis. 3. num. 39. & consl. 38. vers. Infertur 102. vbi testatur de cōmuni obseruantia Baiard. ad Clar. quæst. 73. post nu. 35. & seq. Franc. de Leonard. in sua praxi. offi. cap. fin. nu.
56 3. Gandi. de quæstio. & tortur. quæst. 1. num. 41. Caual. decis. 1. part. in rep. in verbo, instantia perempta adeo quod non est dubitandum de tali consuetudine. Imò statuta talem debent recipere interpretationem à generali cōsuetudine l. cum de interpretatione ff. de legib. DD. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. & talis consuetudo facit ius. §. ex non scripto inst. de natu. gen. & ciuil. & multò magis quando per supremos magistratus; ita seruatum fuit Caual. de brach. regal. p. 5. nu. 61. & 62. vbi similiter tenet; quod hodie de consuetudine generali quorū scriptis statutis, iudices nō syndicantur nisi
57 de dolo & barataria: Magistratus autem, & Iudices supremi de imperitia visitari nequeunt vllo modo latissimè probat Bouadil. lib. 5. cap. 3. num. 55. cum sequentib.

Vigesima octaua, excusatur Iudex iudicans contra communem opinionem quando manifesta lege, vel ratione communis opinio conuinceretur. Alex. in l. cum prolatis in fin. ff de re iudicat. Soci. iun. cons. 189. nu.

69 Trigesima septima, excusatur Of
ficialis iniurians verbaliter suæ iuris-
dictioni subditos insolentes, & juris-
dictionem turbantes, aut irreueren-
ter, & importune procedentes: quia
70 licitum est insolentem, & importune
agentem verbis increpare, & corri-
gere Paris. de Put. de syndic. verb. Iu-
dices cap 6. n. 7. & in vers. & idē pu-
to, Natt. cons. 462. num. 20. Caual. de
71 Brach reg. p. 5. n. 25. vbi quod Iudex,
qui recta intentione animo corrrigē
di verbum quandoq. graue & acer-
bum protulerit, non tenetur actione
injuriarū Francis. de Pont. de potest.
72 proreg. in tit. de elect. official. §. 6. vbi
ait admonēdos esse Magistratus, vt cū
subditis secum negotiantibus, & justi
tiam petentibus, modeste, prudenter,
quiete, & absq. injuria aliqua tractēt,
aliàs puniri possent grauissima pœ-
na, l. vniuersus, C. vbi caus. fiscal.

73 Trigesima octaua excusantur of-
ficiales inquisiti de extorsione, si an-
te litem contestatam, vel sententiam
non animo confitendi delictum: sed
ad redimendam propriam vexatio-
nem pecunias, aut res extortas deposi
tent ad not. per DD. in l. si reus, ff. de
procur. Rond. de synd. n. 243. & 244.
Cæpol. cauth. 16. Paris. de Put. in ver
bo oblatio, Alex. Raud. cons. 50. nu.
603. Ioseph. Cumia. de synd. c. 17. nu.
74 67. licet aliud sit in crimine barata-
riæ seu furti, & alijs atrocioribus cri
minibus in quibus restitutio de male
ablatis non liberat officialem a pena
vt in l. generaliter § 1. ff. de calum. &
ibi Bald. & fuit ita judicatū vt refert
Viui. decis. 146. n. 2. Rom. singul. 332.
Boer. decis. 153. n. 22. 34. & 35. &. late
Caualc. Resolu. crimin. casu 56. num.
97. & 98.

75 Trigesima nona, excusatur offi-
cialis propter factum suorum prædé-
cessorum nam factum prædecessoris
excusat, à dolo, & culpa, & consequen
ter à pœna, Bart. & Salycet. in l. si pig
nora. §. fin. de pig. actio. Ias. in l. 1. n. 4.
ff. quod quisq. iur. Gram in cons. 60.
Alex. in cons. 107. n. 22. lib. 2. vbi post
Ancharr. refert de facto contigisse,
quod quidam rector inquisitus, quod
tenuerat priuatos carceres, probauit
quod ita fecerunt sui prædecessores,
& fuit liberatus. Idem Alex. in cons.
240. n. 7. & cons. 33. lib. 6. Cels. Hugo
cons. 71. nu. 10. Rondinel. de synd. n.
125. vers. quod si curia, eod. tract. cap.
17. n. 66. vers. & si aliter, quem refert
& sequitur, Caualc. de Brach. regal. p.
5. n. 177. vbi inquit quod Prætor. qui
fecit, quod suis antecessoribus permis
sum fuit non est vllo modo redarguē
dus, & Mastril. de Magistr. lib. 6. cap.
10. n. 126.

76 Quadragesima, excusatur officia-
lis, vbicunque contra iura, & regulas
juris cōmunis, et statutorum procedit
in atrocissimis delictis Mars. in prac.
crim §. diligenter, n. 159. fol. mihi 45.
Farin. q. 122. n. 60. Caualc. resol. cri.
casu 200. n. 142. vbi quod prædicta
77 procedunt in majoribus Magistrati-
bus Roland. a Vall. cons. 70. nu. 26.
78 vol. primo. Similiterq. excusatur quo
tiescunq. ex alia causa penam statuta
riam auget, vel diminuit licet statuta
rie seruauerit scripserunt Bart. in l.
quid ergo. §. pœna grauior in fi. ff. de
ijs, qui not. infam. Menoch. de arbitr.
q. 99. num. 16. lib. 1. Iosep. Ludou. in
sua decis. Lucen. 15. n. 58. & seq. 1. p. Fa
rin. qui plures refert q. 17. n. 11. cum
seq. Cabal. resol. crim. casu 18. n. 6. &
13. & casu 19. n. 4.

79 Quadragesima prima excusatur
officialis pro delicto familiæ suæ quā
do delictum non est commune cum
officio, vt quia commiserit homici-
dium, vel furtum extra officium: eo
enim casu, nec criminaliter, nec ciui-
liter cōueniri potest Amod. de synd.
n. 196. vers. si autem delictum, Rom.
cons. 90. n. 3. Raud. cons. 50. per tot.
vol. 1. Boua. lib. 5. c. 1. n. 78. & 79. Fa-
rina.

in l.2.n. 3. in fi. ff.de cond. ob turp. caus.vbi,quod potest Iudex recipere secundum morem regionis Paris. de Put.de synd. verbo poculenta, c. 2.post n.1.vers. quod dici verum, & in verbo Iudex n.2.in fi.vbi amplius videtur tenere,quod consuetudo excusat a crimine concussionis; & extorsionis Bertazol.d.cons.71.n. 15.& seq.lib.1.& cons.81.n.3. & seq. & deniq.licitum est judici recipere pecuniam à parte pro gracia à Principe per ipsum officialem impetrata: vt concludit Bal.in cons.353.sub.1.vers. sed quæstio illa,lib.5. Alexan.Raud. cons.50. n.593.

91 Quadragesima sexta, excusatur officialis munera recipiendo quando nō habet salarium,vel illud est tenue quod non sufficit pro ipsius sustentatione, & familiæ, juxt text.in auth. scriptum exemplar in fi.& in l.præbiscitum.ff.de officio præsid. Angel. in l.1.in fi.C.ad l.Iul.repetund.Salycet.in l.iubemus, n.3.ante fi. C. eod. Amod.de synd.n.164. vers. aduerte tamen,vbi quod Officiales possunt accipere à sponte dantibus pro sui, & suæ familiæ sustentatione,quam aliter sustentare non possunt propter salarij paruitatem,Paris.de Put.in eod. tract. verb.corruptio,c.3.n. 3. in verbo poculenta,c.1.ante fi.& cap. 2. in princ.& n.1.Anton.Rondi. de synd. officialiū,n.66.Boer.decis.153. n. 28. Neuiz.in sylu.nuptiali lib.5.nu. 99. Menoch.de arbitr.qq.lib.2.casu 317. n 21.vbi & ipse loquitur in judice aut nullum,aut tenue habente salarium, quod possit esculenta, & poculenta non magni valoris recipere, & ita etiam loquitur Viui.decis.113.n.7.in Decia.in tract.cri.d.lib.8.c.40.n. 7. vbi, quod officialis non habens salarium,aut aliud vnde posset nutrici,licitè recipit,& licite datur,dummodo non faciat injustitiam, Mascard. de proba.concl.164.nu. 11. & 12.Capi. Blanc.de Baro. prag.4.n. 15. vbi hoc locum non habere subdit,vt Officiales pinguis se dilatent sub velamine quod careant debita prouisione:quādoquidem ijs imputandum erit, qui huiusmodi salario, & emolumentis cōtēti extitere dum officium acceptarunt,l.4.ff.ad l.Iul.repetund.

92 Quadragesima septima, excusatur Officialis si ab amicis munera receperit secundum glo.in l.1.in verb. a sobrinis,ff.ad l.Iul.repetund. Cyn. in l.1.n.4. vers.aut ratione amicitiæ, C.eod.Amod.de synd.n.169.vers.sed cum amicus, Boss. in tit.de official. corrup.n.3.Meno. de arbit.casu 517. n.4.Decia.in d.tract.cri. lib. 8. cap. 35.num.14.vers.si enim amicus,& c. 40.n.8.Mascard,de proba.lib.3.cōcl. 164.n.12.& seq.Berta.cons.71.n. 30. lib.1.Mastril.de Magist.lib.5.c.10. n.

93 161.& quando ab amicis munera receperit in toto anno ab omnibus recipere non potest vltra centum aureos secundum glo.in d.l.1.in verbo à sobrinis.ff.ad l.Iul.repetund. & est tex.in l.eadem lege in fine,ff.eod.ibi. *Neue plus doni munerisq. in anno accipiāt,quā quod sit aureorū centū*, Cyn.in d.l.1.n.4.vers. & tunc potest in centū aureorum,C.eod.& ibi etiā Angel.ante finē Alber. in l. 2. sub n. 3. ff.de cōd.ob turp.caus. glo. in c. nō licet in glos.mag.in fi.11.q.3.Paris.de Put.de synd.in verbo corruptio,c. 3. n.2.in fi.Boer.decis.153. n. 25. in fine Neuiza. in sylua nuptiali lib.5.rub. quomodo judicandū in dubio n.99. Boss.in d.tit.de official. corrup. sub. n.3.Menoch.de arbit.casu 517.nu.4.

94 sed hodie videtur non licere Iudici vllo modo ex causa amicitiæ aliquid accipere præterquam esculenta,secūdum Angel.in l.1.in fi.C. ad l.Iul.repetund.per tex.in auth. vt Iudic.fine quoq.suffrag. §. scriptum & l. scriptum el. 2. Paris.de Put.in dict.verb. corrup.

3.sub num.20.Capic.decis.151.num. 20.talis enim consuetudo excusat a pœna in syndicatu maxime stante facto prædecessoris secundum An-
122 char.in cap.cum venerabilis de con suetut, Alex.cons.8. num.9.libr.5.& cons.233.n.13.lib.6.Iosep.Cumia. de syndi.c.17.nu.6. & similiter excusa-
123 tur in casu infirmitatis:quia tunc du rante infirmitate poterit impune per substitutum deseruire, vt voluit tex.in l.2.C. de officio eius qui vic. ger.l.1 ff.de officio ejus,vbi Alex. & Angel.in authen.vt cler.apud prop. Episc.coll.6.Azeued.in l.4.lib.3.tit. 9.n.5.Et etiam quando pro seruitio Regio officialis est recessurus, nam durante absentia potest alium substi tuere talisq.absentia necessaria dicitur dict. l. 2 C. de officio ejus, qui vic.ger.Crauit. dict. Ritu.3. numer. 20. & similiter excusatur quando a Principe habet potestatem seruiēdi officium suum per substitutum l. nullus, C. de decurion.libr.10.vel aliter licentiam habet à Prorege, alioue superiore,l.t. C. de proposit. agentin reb.libr. 12. Andr.in §.firmiter,numer.33.de prohib.feud.alie nat.per Federic. vel ex lege vt dixit Auiles in cap.4.Prætor. verbo justitia, numer.1.cum sequent fol. mihi 103.

124 Quinquagesima excusatur Officialis, qui litigantem statim mulctauit quando ipsi Iudici verbalem injuriam intulerit Dyn.in l. 1.§.explicatores,ff.de efract. & expilat. Amod.de syndic.n.255.

Quinquagesima excusatur Iudex jurisperitus,& maxime doctrinæ si aduocatos eorum, non audit Amodeu.de syndicat. numer.248. versicul. item non tenetur Iudex, etenim ex causa potest Iudex denegare Audientiam capit. in nomine Domini 23.distinctione. Cauialcan.
125 de Brachi.regal.part.5. numer. 216. qui plures casus refert in quibus impune per Iudicem denegatur Audientia.licet aliàs tenerentur, & posset vti dolosus puniri maximè vbi ex abrupto procederetur,Salicet. in final.numer.3.C.de pæn.judic. mal. judic.vbi allegat, text.in l. argentarius.§. cum autem, ff de edend. & ibi Bald.in rubr.numer. 8 Rondin. de syndic.num.168.subdens,quod puniri debet ac si sperneret defentiones innocentiæ, & teneretur actione in factum Paris. de Put. de synd. in verbo allegationes.

Quinquagesima prima excusatur Iudex,qui etiam sine causæ cognitione aduocatum garrulum ab officio aduocationis interdixit secundum glo.in l.puto in verbo apud se ff.de postu.Bertaz:cons 321.num. 4. lib.1.

Quinquagesima secunda excusatur officialis si per modicum tempus stante publica vtilitate priuaret dominum re sua Gabriel,in titul.de jur.quæst.conclu.2.numer. 7. quem refert,& sequitur Carpa. super stat. Mediol.c 40.n.33.

Quinquagesima tertia excusatur Iudex si ob breuem instantiam terminos cumulauerit Put.in verbo instantia syndicatus,cap 6.per tot.vbi multa ad excusationem iudicum adducit, & ibi num.2.dicit,quod propter breuem instantiam potest Iudex omnes terminos cumulare,& statuere terminum,ad articulandum, ponendum probandum, & probatum habendum, instrumenta producendum, excipiendum,& replicandum per tex.in l.properandum,C. de judic.& ibi DD.Caual. de Brach. regal.p. 5.nu. 172.Mastril.de Magistr. lib.5.cap.10.n,139.

Quinquagesima quarta, excusatur Officialis, seu Iudex, si errauerit

Hh

uerit ex causa rationabili, iuxt. glo. in cap. temerarium 11.q.3. Amod. de synd. num. 249. vers. simili modo er rans enim ex causa probabili non te netur in syndicatu Put. de syndic. in verbo iudicare, cap. 3. num. 4. maxime si est error communis Caual. de Brach. reg. par. 5. num. 248. nam que libet causa etiam colorata excusat Iudicem à syndicatu pulchre Boss. in titul. de decret. Mediol. vt non pro ced. cri. n. 19. & in hoc proposita ad excusandũ Iudicẽ. Vide Fari. de car. n. 27. vbi multa dicit, & q. 31. nu. 18. itaq. iudex ex rationabili causa errãs excusatur probat Mastril. in d. tract. de magist. lib. 5. c. 10. n. 60. Berta. cõs.

113 81. lit. C. lib. 1. Quinquagesima quin ta excusatur officialis si cõcubinã de tinuerit in loco administration. iux. tex. in l. fi. ff. de cõcu. Amod. de synd. n. 253. vers. Item non tenetur, Pari. de Put. in eo. trac. in verb. adulteriũ officialis, n. 8. et 11. Ro. sing. 487. Raud. cõs. 50. n. 15. Boua. li. 5. c. 3. n. 126. & se.

114 Deci. li. 8. c. 36. n. 30. Pet. Gre. in syn. in. 3. p. lib. 47. c. 32. n. 28. vbi dicũt ra-

115 tionẽ esse ne prouincialibus molesti essent hoc tñ mali, ac pessimi esset exempli vnde ab eis abstinẽdũ consuluit Aui. in c. 47. Prat. glo. mãceba publica n. 5. fo. mihi. 243. inquit enim ibi, quod Iudex ab hoc peccato recedat, & cã nõ habeat: quia vt dicit Bal. in l. 2. § & cũ placuisset, ff. de orig. iu. amor puellarũ subuertit rectum iu-

116 diciũ, & Ioan. Andr. in c. quorundã de electio. in 6. nouella dicit, ꝙ nõ so lum manus Prætoris à pecuniæ lucro sed etiam oculi à libidinoso aspectu continentes esse debẽt. Et propterea in statu Ecclesiastico ex constitutio-

117 ne Nicolaij 5. incurrunt pœnam pri uationis officij, & de cætero declarã tur inhabiles ad ea obtinenda, vt refert Bajar. ad Clar. in § fornicario, n. 5. Farin. q. 137. n. 39.

118 Quinquagesima sexta, excusatur Iudex inferior si judicando sequutus fuerit exẽpla superiorum. nam licet exẽplis iudicandum non sit l. nemo, C. de senten. tñ exempla principum plurimum mouent, cap. in causis de senten. Felyn. in rub. de rescrip. vbi Deci. in prin. Socin. in tract. fallent. reg. 225. in prin prima fall. quãdo au tem casus est dubius tunc bonum est aliorum sequi exempla Socin. loco prædicto in 3. fallent. Sylua. nuptial. lib. 5. n. 26. Cæp. cons. 25. n. 16. et hinc dicitur ꝙ quãvis exẽpla nõ obligent tamen non reprehenditur Iudex, qui aliorum secutus est exempla Neuiz. d. lib. 5. n. 62. in fi. Cæphal. cõs. 96. n. 24. solis de censib. c. 3. n. 1. li. 1. tom. 2.

119 Quinquagesima septima excusatur Iudex seu officialis exequendo mandatum Principis, etiam iniustũ, vt not. Paris. de Put. de syndic. verbo familiaris in versicul. miles potestaris, quem refert, & sequitur Socin. Iun. cons. 92. num. 8. vol. 2. Natta cons. 625. nu. 7. vol. 3. Alex. Raud. post multos cons. 49. in. 29. Mascar. conclus. 1135. Tuscus conclus. 101. in verbo officialis Flam. Carr. de exequut. capto. § fin. num. 227. cum seq. Et huius conclusionis ratio colligitur, ex tex. in cap. in cap. in memoria distinctione 8. & in cap. quamuis de pœn. dist. 3. quibus probatur

1120 Principis mandato quamuis duro obediendũ esse, nec illi replicari posse, cur ita faciat: Et licet Princeps errer talis tñ error facit ius, quia, quod Principi placuit legis habet vigorẽ, l. 3. § final. ff. de adimen. lega. § sed

121 Principi inst. de iure natu. gent. & ciuil. gesta enim per Principem legitime gesta præsumuntur, l. ex facto, ff. de vulg. Nec inferiori competit auctoritas discutiendi de ratione, nam sufficit dicere: Ita Princeps vult. Ex quo ratio suæ voluntatis est in mente retenta, & iusta præsumitur, l. dubium non est, C. de

de repud. l. humanum, C. de legib. Mascard. de proba. concl. 1135. nu. 1. & seqq. vbi isto casu pro excusatione Iudicis, & officialis reddit rationem
122 generalem: quia scilicet Officialis aliquid faciens iussu Principis nõ sponte: sed necessarie facere præsumitur. iussus enim superioris præsup
123 ponit seruilem necessitatem, l. liberto in prin. ff. de hæred. inst. l. atqui natura, §. si libero homini, ff. de neg. gest. Gram. decis. 36. numer. 83. Verum licet prædicta vrgere videantur cæterum meo Iudicio, ni fallor arbitror non teneri Iudicem seu officialem obedire Principis, ac superioris præcepto injusto ex text. in cap. si dominus 11. quæstione 3. dum ibi dicitur, si bonum est, quod præcipit Imperator, & Præses, jubentis obsequi veritati, si vero malum responde ei, illud de actibus Apostolorum. *Obedire oportet magis Deo, quam hominibus*: facit, l. rescripta, C. de præcib. Imp. offerend. qua cauetur rescripta Principum contra juris dispositionem obtenta debere à judicibus refutari. l. quoniam Iudices, C. de appellat. l. per hanc, C. de offic. diuers. judic. & l. 1. in fine, C. de præpos. sacri scrinij. Quibus cauetur Officiales debere suo superiori resistere, si injusta agat; Iaco-
124 Nouel. reg. 47. in 2. fallen. vbi quod Officialis non debet obedire mandatis superiorum obtentis contra leges, & Canones, Neuiza in sylua nuptial. libr. 6. num. 48. & sequent. vbi latissimè hanc exornat opinionem, Montecel. reg. crimin. 6. num. 13. Roland. consil. 12. num. 80. & seq. lib. 3. Viui opini. 638. numer. 7. & 9. & sequen. Flami Corta. de exequut. senten. vbi licet plura in vtramque partem afferat: in hac tamen residere videtur sententia tanquam com-
125 muniori, & veriori. Ideoque tali casu melius est vt judex pro suæ conscientiæ exoneratione renunciet officio, quam injustum præceptum exequatur secundum Felyn. in cap. consanguinei, num. 8. de re judic. Marsil. in l. 1. num. 133. ff. de sycar. & in l. 1. §. si quis vltro num. 51. in fine, ff. de quæstio. Neuizza in sylua nup.
126 lib. 6. num. 50. in fine adducens inter alia melius esse pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione beneficium Boss. titul. de homicid. num. 96. in fine Roland. cons. 12. num. 83. & num. 86. in fine lib. 3. late Auile in capit. 1. Prætor. glo. mandamos numer. 14. & sequent, fol. mihi 47. Mastril. de Magistrat. lib. 3. capit. 4.
127 num. 296. cum sequent. Vnde videtur quod super his sic distingui poterit quod scilicet hæc secunda opinio procedat quando Principis, seu superioris præceptum est aperte injustum, tunc enim non tenetur Iudex obedire, & obediendo non excusatur. Quando vero est dubium an illud sit justum, vel injustum eo casu tenetur Iudex, & quilibet alter inferior obedire, & exequi ex quo in dubio præceptum præsumitur iustum, & ex iusta causa factum, tex. in cap. quid culpatur in fine 23. quæstione. 1. glo. in capit. 2. in verbo more, ad fine de maio. & obed. Cyn. in dict. l. rescripta, numer. 11. C. de præcib. imper. offeren. vbi ampliat, quod hæc præsumptio non admittit probationem in contrarium, Abb. consil 84. num. 7. part. 1. Felyn. in capit. quæ in Ecclesiarum numer. 60. de consti. Sum. Syluest. in verbo judex el. 2. q. 6. in fine Boss. d. tit. de homic. num. 98. Cephal. cons. 110. numer. 31. & seq. lib. 1. vbi, quod hoc omnes fatentur Iacob. de Graff. in suis decision. libr. 2. capit. 10. num. 24. part. 1. cæterum in omnem euentum tutius procederet Iudex qui vidit mandatum Principis

iniustum vt non exequatur, & interim consulat atque rescribat Principi, & ab eo expectet secundam iussionem,& etiam post expectet per dies triginta, vt in l. si vindicari, C. de pœn. præsertim quando præceptum continet exequutionem mortis alicuius, non enim de morte hominis cunctatio sera est dicit, tex. in cap. si quan-
129 do de rescrip. vbi eam reddit rationem, quia quandoq. Princeps male informatus rescribit, & ibi Fely. in verbo supersederi, n. 2. & 3. pluribus hanc exornat conclusionem, text. in auth. de mand. prin. §. si quis autem, & ibi glo. in verbo nuncians, Paris. de Put. de syndic. in verbo tortus c. 3. incip. mandauit Rex n. 2. & in rub. de exas. consiliar. c. 1. incip. excedunt consiliarij, n. 11. Iacob. de Graff. lib. 2. d. cap. 10. n. 21. quæ nota: quia ad multa adaptari possunt.

130 Quinquagesima octaua excusatur Magistratus seu officialis. Etsi cōtrahat in loco administrationis cum suis subditis dummodo contrahat palam, vel ex licentia Principis, & sine oppresione, vel quia in loco vbi administrat extat consuetudo cōtrahēdi. vt bene hæc omnia probātur per tex. in l. præsides, ff. si cert. petat. l. si per impresione, C. quod. met. caus. l. 1. C. de contract. Iudicis, l. principalibus, & ibi Bar. Pau. Alex. & Ias. ff. si cer. pet. quos & alios refert, & sequitur, Auil. in c. 2. Prætor. glo. de mercaderias, n. 1. ad mediū, & n. 20. 22. 23. 27. & seq. fol. mihi 79. vbi plures alios casus refert in quibus tam officiales perpetui quam temporales durāte administratione officij impune contrahere possunt quos per te ipsum videre poteris.

131 Quinquagesima nona excusantur Thesaurarij, et alij officiales pecuniarij, pecunias Regias, vel publicas in proprios vsus conuertentes, si eas suo periculo receperūt, & hoc expresso pacto illis traditæ fuerunt vt corū periculo custodirent: quia tali casu eis vtēdo, & in proprios vsus cōuertēdo pœnā nō incurrunt. Vt tenet Ioan. Fabe. in §. item, l. Iulia inst. de pub. jud. Greg. Lop. in l. 14. tit. 14. p. 6. verb. mientra estuuiesse, Decius cons. 6. Escob. de ratiocin. c. 14. n. 30.
132 Similiter q. excusātur dictas pecunias in alios vsus cōuertentes postquam publicæ indigētiæ est prouisū, Alex.
133 Raud. cons. 50. n. 464. & n. 469. vbi q Thesaurarius habēs pecunias publicas pro soluendis stipēdijs Doctorū, & militū licite potest mutuare illas pecunias: sine licentia superioris Doctoribus, & militibus indigentibus libris, armis, & æquis: vt valēāt meli⁹ officiū corū exercere, allegat Rippā de remedijs ad confer vberta n. 19.

134 Sexagesima excusantur similiter officiales pecuniarij si ignorātes in crimē peculatus inciderēt, vel dolus non interuenerit, iux. tex. in l. 1. in fi. ff. ad l. Iul. pecul. vel quia se debitores declarēt Decian. lib. 8. c. 32. n. 6. dens idē esse si pecuniā in certū vsū designatā in alios etiā Reipublicæ causa consumsisset credens id sibi licere, Curr. Iun. consil. 19. num. 3. cum sequent. quem refert, & sequitur Mastril. de Magistr. lib. 5. cap. 10. nu. 29. & 30.

135 Sexagesima prima excusantur consiliarij & administratores Reipublicæ, quando aliquid modicum dederint in sequendo consuetudinē terræ iux. tex. in c. cæterū de donat. ibi; *Data rei quantitas; & illius terræ consuetudo, est diligentius attendenda*. Cui enim libera conceditur, censetur permissa donatio, quæ fieri consueuit. vt tenet Ioan. Garcia de expensat. capit. 20. numer. nono.

136 Sexagesima secunda, similiter dona-

liter donationes modicæ factæ a Decurionibus alijsq. administratoribus Regni, vel Reipublicæ nuntijs, qui nuntiauerunt bonum euentum belli Principis, primogeniti natiuitatem & similia excusant ipsos administratores: quippe potest Respublica, & illius administratores seu consiliarij & Iurati similibus nuntijs in remunerationem publicæ letitiæ allatę aliquid arbitrio suo donare, vt in l.1.C. publicæ letitiæ per quem tex. ita tenet, Bar. in l. ambitiosa, n.2. ff. de decret. ab ordine faci. Plat. in l. penult. C. de curs. publica. Auend. de exequ. mand. Regijs 2.p.c.10.n.11. Auiles in
137 c.30. Prætor. glo. alegrias, vbi n.9. dicit, quod hoc an modicum, vel immodicum datum sit arbitrio Iudicis sit relinquendum, & idem voluit, Menoch. de arbit. casu 195.n.4.

138 Sexagesima tertia Decuriones, seu consiliarij vniuersitatum excusantur, quando dederint alicui alteri Decurioni, seu consiliario pauperi aliquid pro suis alimentis de bonis communibus, maximè quando talis decurio laborauerit in seruitio, & negotijs Reipublicæ, & ad egestatem peruenerit: nā tunc proculdubio possunt eidē alimenta de publico ærario donari ex tex. in l. decur. ff. de decur. ibi, *Decurionibus facultatibus lapsis, alimenta decerni permissū est, maxime si ob munificentiam in patria patrimonium exhauserint:* & hanc sententiam tenuit per istum tex. Auil. in c.1. Prætor. glo. salario n.8. curia pisana lib.2.c.18. litera T. Menoch. lib.1. de arbitra. casu 46.n.3. & licet Auenda. de exeq. mand. d.2.p.c.10.n.11. dixerit se hoc nunquā in praxi receptum vidisse: tamē prędicta sententia vtriq. iuri, & rationi consentanea est. Sicut enim libertus, & Ecclesia, patronos suos egenos alere tenentur, l. si quis aliberis §. solent
139 ff. delib. agnoscend. lamberti de iure patron. 3.q. principali lib.3. art. eodē modo respublica pauperem decurionem propter eius seruitium exinanitum, & de pauperatum alere tenebitur, & ita resoluit lara de alimentis in dict. §. solet per tot accedit huic sententiæ quod discipuli magistrum pauperem alere tenentur, vt de Sabino Iurisconsulto refert Ponpon. in l. 2. col. fin. vers. huic nec ample, ff. de orig. iuris quod late tradit Pet. Surd.
140 de aliment. q.53. fol.51. Hinc etiam legitur, quod officiales qui ita diu Principi inseruieruut, vt in illius seruitijs insenuerint, consequi ab ipso debent ne in senectute ipsa egeant, l. lucius, ff. de euictio, ibi, *Veteranis in premiū assigna*, Alciat. de præsum. reg.3. præsump.19. Alex. Raud. consi. 5c.n.465. Menoc. de præsump. lib.2. præsump.86.n.14. in fine.

141 Sexagesimo quarto licet syndicus vniuersitatis mayordomus aut masarius illius non possit debita ciuitatis soluere nisi de mandato prioris, & procerum, vt dicit Bar. in l. quoties notab.3. ff. ad municip. Bald. de Vbal. in tract. de constitutio. num.5 vol.1. Bal. in Rub. C. de const. pecun. vbi quod officialis publicus non potest soluere vnum nummum ex ęquitate sui capitis Auil. in cap.30. Præ-
142 glo. libramiento verum huiusmodi syndici seu officiales ciuitatuum excusantur quando quantitas per eos soluta esset parua scilicet vsq. ad quantitatem sex regalium, & ita tenuit Auiles in loco supra citato num.7. vesicul. sed consuetudo quinimo etsi soluissent vsque ad quantitatem duorum scutorum, & expensa recte facta fuisset hoc est in re ciuitati vtili, solutio illa absq. liberatione facta esset: tunc enim talis solutio iure facta dicitur: quia quantitas duorum scutorum reputatur parua, & modi-

ca,l.si quis affimauerit.§.fi. cum l.sequenti,ff.de dolo,ibi id est vsq. ad duos aureos glo.in l.hactenus, ff. de vsufruct.

Sexagesima quinta, excusantur Decuriones ac Regni deputati promittentes dare aliquam pecuniç quãtitatem reuelanti, vel capienti malefactorem.Quia licet regulariter de bonis,seu pecunijs communibus da-
143 re non possunt,vt sepe dictum est verum quantitas in hoc expensa eis excusationem tribuit ita Bar.in l.1.nu. 3.ff.de justit.& jure,vbi Ias.n.11. Aui. in cap.1. Prætor. glo.salario, num.6. Menoch.lib.1.de arbit.casu 46.n. 2.

Sexagesima sexta,vtilis etiam est probatio meritorum ipsius officialis in Principem,vel Rempublicam:nã quãdoq.remittitur pœna ei,qui multum seruiuit Principi,vt dicit glo.in §.plane in verbo ob meritũ, inst. de
144 iur.nat.gent.& ciuil.quæ in hoc ab omnibus approbatur, vt ait Gram. cons.29.post n.40. & nedum ipsius officialis seruitia verum etiam prædecessorum suorum plurimum suffragantur ad pœnæ extintionẽ iuxt. illud,quod legitur lib.3.Reg.cap.11. de Rege Salamone,qui cum in mane illud admsiisset scelus. vt mille mortibus dignus haberetur propter Dauid tamen se Dominus Regnum eius integrum relinquit, quia non custodisti præcepta mea scindã regnum tuum, & dabo illud seruo tuo: veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum. Hinc etiam cautum est in iure, quod parcendum est ei qui fidelisime seruitia præstitit,vt in l.2.§.postea cum Appius,ff.de orig.iur.& l. non omnis §. fi. ff.de re milit.late Tiraq.de pœn.tempera.casu 49. Bouadil. lib. 5.cap.1.n.158.& 159.

Sexagesima septima excusantur Iudices propter consuetudinem judicantes contra legem, vt scripserunt Bar.in l.1.in fi.princip.ff.quod quisq. iur.Ios.in l.singularia,n.48.ante finẽ ff.si cert peta.Marsil.cons.90.n.15.in
145 fine,& cons.100.n.16.Blanc.in prac. crim. §.secunda pars defentionis, n. 20.Tiraq.de pœn. temper. casu 42. nu.10.cœterum in Cathalonia hæc defentio parũ prodesset quando consuetudo esset contra Constitutiones Cathaloniç cum talis consuetudo nõ valeat contra constitutionem,& abusus dicatur: vt tot. titul. de obseruat
146 constitut.pag.47.

Sexagesima octaua, quia in hac ciuitate Barcinone,alijsq.mundi partibus existunt curiæ mercatorũ,quorum Iudices sunt,consules,& proceres,qui super negotij,& factis mercãtilibus sepe iudicare solent,qui pari-
147 ter obnoxij sunt huic censuræ visitationis, deo te scire oportet:quod tales Iudices excusantur in syndicatu,etsi inter partes procederent,& judicauerint absq.litis contestatione,& omissis solemnitatibus,ex eo quia in similibus curijs,illarum Iudices,ex bono, & æquo,& sola facti veritate, attenta iudicare,& cõdẽnare possunt, iux. doctrinã,Bart.in l.si fideiussor.§.quædam,n.1.& in l.quintus, ff. mandati asserens in curia mercatorum debere iudicari ex bono,& æquo omisis juris solemnitatibus,& nimia subtitate,& ideo judicem mercatorũ condemnare posse reum,etiã omissa litis contestatione, & idem facere posse, quoties actor intentauit directam actionem cum tantum vtilis actu cõpeteret,nam his casibus,quia in curia mercatorũ istæ juris subtilitates non attenduntur,sed ex bono,& æquo sola facti veritate attẽta judicatur,talis Iudex mercatorum reum condemnare poterit,etiam si actor istas solemnitates non seruauerit,& hoc ipsum docet Beneuen.in tract.de decocto. quomodo in causa mercato.proced. sit n.1.& 5.fol.408.Alex.cõs. 41.n.3. volu:

vol.3.Paris.cons.82.n.20.vol.1.Soci. cons.94.n.6.vol.3.Ias.cons.82.vol.1. Fulgo.cons.7.Paris.cons. 88.n. 3. & 4.vol.1.& Philip.Decius in l.in omnibus n.3.ff.de reg.iur.& in l. si tibi pecuniam,de reb.cred it.

Et hinc est,quod ex quo in curia mercatorum ex bono, & æquo procceditur,& sola facti veritas attenditur Iudex ipse mercatorum ex pacto nudo,& promissione sine causa à mercatore facta iudicare potest,mercato remq.promittentem ad obseruationem pacti nudi compellere debet, vt docet Bar.in d.l.quintus,n.1.& ibi addit,ff. mandat.& in l. fideiussor ad fi ff de fideiusso.& Bal.in l. si pro ea col.fi.n.14.C.mandat.& Salicc.in l. placuit,& ibi Alex.n.3.C. de indic. Bal.cõs.400.n.10.vol. 5.& cõs.466. n.4.eod.vol.Beneuen.in tract.de de cocto.tit.quomod. in causa mercat. proced.sit n.6,fol.412.& Marc.Blanc in tract.de comprom.num. 43.

Vnum tamen super his est animaduertendum,quod etsi Iudices,& consules mercatorum de plano,& sola facti veritate inspecta procedere,& iudicare possint,nihilominus in casib° in quibus testium dicta reciperet,tenentur ea in scriptis suscipere, quia facultas illa,quæ Iudicib° datur,quod sine scriptis, & de plano procedere possint,intelligitur circa,ea quæ respiciunt ordinem iudiciorum,& solennitatem eorum,non autem circa ea, quæ respiciunt probationem; & dicta testium,& causæ decisionẽ, quia hæc in scriptis suscipi debet aliter in syndicatu puniri possent, ex notatis p Anto.de But.in c. Quintavallis de iur.iura Are.cons.163.vers.vnde etiã Aymo.cons.265.n.4. & sylua cons. 17.n.9. Ruin.cons.88.n.14.vol.2.So cin.cons.46.n.43.& 45.vol.4.Petr. Moli.in sua pract.iud.statim in prin. fol.1.col.2.in fi.& Rom.in l.sciendũ n.64.& 65.ff.de verbo oblig.

Sexagesima nona,licet supra in c. 19.diximus notarium teneri instrumenta conficere,si a parte fuerit requisitus nihilominus excusatur talis notarius, qui instrumentum testifica ri,& recipere recusauit ,primo quan do ipse erat valde occupatus in alijs negotijs,vt ita docet Bar.in l.1 §.1.& Alex.in addit,ff.de fur.aduers° naut. cap.stabul.per tex.in auth.de tabel lio.§.& non fingant, & idem asserit Bar.in l.generali,C.de tabul.lib. 10. & Bar.Angel.Paul.Alex.et Ias.in l.si duo.§ fi.ff.si quis cautio. & Boer. in addit.ad Din.in reg.non est sine cul pa,ff.de reg.iur.& in consuet. Bitur. tit.de iurisd.omn. iudic.§.6. glo.1. post princip.

Secundo excusatur.quando actus esset vsurarius , vel alias prohibitus existeret,quoniam eo casu notarius, illud instrumentũ recipere no tenetur,imo si illud conficiat extraordinarie puniri poteri, vt docet Bar.in L.1.n.2.ff.de peri.bono.subla. lib. 10. quem refert , & sequitur, Angel. in tract.de malef.in verb.falsari°,n.46. & Felin.in c.cum dilectus in prin. de hære.Meno.de arbi.casu 381.n.31.Na uar.in manual.c.25.n.52.& addit ad sum.Ange.Clausal.in verb.Tabel.n. 5.& ibi Siluest.n.2.& 7.Hippoli.in l. si sciente n.6.ff.ad l.Cornel.de Parricid.&Guid.decis.433. & Hippolit in singul.181.ad fin.

Sexagesima similiter licet sepi° diximus Magistratus,& Iudices teneri in syndicatu quando Bannitos remitterent illisq.gratiam,& remissionem delictorum fecerint, cum eis solum permissum sit secundum legũ virtutem innocentes absoluere, & delinquentes punire ; & nullatenus pœnas remittere, nec Indulgentias concedere , quia ad hoc mandatum iurisdictionis non extenditur, l. pœnam,C.de pœnis c. irrefragabili de officio iud. ordin.l.preses,C.de tran-

rum: qui erat sui inimici, & volebat de facto ipsu carcerare, vel aliud grauamē inferre tūc enim illius fuga ex quo est causata à iusta causa nullam inducit probationem, vt per Paris. de Put. de synd. in verb. fuga officia-
156 lis, c. 2. n. 1. & 3. vers. ideo alias consultis, vbi propterea isto casu consuluit officialibus qui suspicantur de grauaminibus in syndicatu eorū, eo, quia vident sibi electos syndicatores emulos, & inimicos, vt appellantes ab iniusta syndicatorū electione, & constituto procuratore in loco syndicatus recedant, & ad superiorem cōfugiant ibidē allegando causam recessus, & offerēdo coram eo vellostare syndicatui, & alias, & ibi per Paridem, quē sequuti sunt, Paul. Ghirla. de relaxa. carcera. rub. de fuga in carceratis, nu. 11. in fi. & seq. Viui. in loco proximè citato, Masc. d. cōcl. 821. n. 10. Paz. in pract. 1. tom 8. p. in prohem. n. 12. prope fi. & n. 13. fol. mihi 206.
157 Septuagesima secunda, similiter quamuis Magistratus, & officialis teneatur præstare in ingresu officij, & administrationis cautionem fideiussoriam de bene administrando, & stando syndicatui finita eorum administratione, etsi facultatibus abundēt iux. tex. in l. fideiussores Magistratū 69. in princip. ff. de fideiussorio, & ibi not. Bar. & in l. vnica, C. de periculo eorum qui pro magistratibus l. 1. §. si
158 magistratus, ff. de magist. conuen. Nihilominus eorū fideiussores excusantur, & non tenentur, nisi solummodo ad interesse respectu dāni Reipublicæ illati non vero ad pœnā, quā Iudices delinquendo incurrunt, vt in l. libertus §. fi. ff. ad municip. & in d. l. fideiussores magistratu, ff. de fideiusso & in d. l. vnic. C. de periculo eorum vbi hoc notant. Bar. & Plat. nec etiā tenentur pro extortionibus, dānis, & violentijs illatis priuatis personis, ex tex. in l. 1. §. 1. in prin. ff. de mag. conuenis

uiend. & ibi not. Bal. nec ad id, quod Magistratus debent singularibus personis: nec etiā de male gestis extra officium suum secundum Hyppolit. in rub. de fideiusso. n. 182. nec etiam tenentur pro male gestis tempore prorogationis sui officij, vt cum Bal. & alijs resoluit Auenda. de exequu. mand. reg. 1. p. c. 2. nu. 16. quæ omnia vera sunt, & procedunt nisi promissio fideiussoris recepta esset in omnem causam, & tam generaliter, & late, quod apta essent comprehendere omnia supradicta: nam tunc in omnibus supradictis casibus fideiussores tenerentur vt docent, Bart. & Plat. in d. l. vnica, C. de periculo eorū qui pro magist. & in l. 1. C. de conueniend. fisci debito, Auil. in c. 4. Prætor. glo. sea obligādo, n. 20. & in cap. 3. Iudicum syndicatus in glo. prægonar, n. 19. Auenda. vbi sup. cap. 2. nu. 15. non tamen fidejussores Magistratuum debent prius conueniri, quam ipsi magistratus etiam si beneficio excusionis renuntiauerint iuxt. text. in l. 3. §. fi. ff. de administr. rerum ad ciuit pert. per quem iux. ita tenent Bar. ibi & addit. Alex. in additionibus, & Bertachi in repert. verbo fidejussor, Ioan. de Platea in d. l. 1. in princi. C. de couen. fisci debit. Auēd. vbi sup. dict. cap. 2. numer. 15. vers. & inspectis.
159 Septuagesimo excusatur officialis nec tentur hodie in visita, seu syndicatu personaliter persistere si non habeat nisi ciuiles quærelas, vel etiā criminales ciuiliter intentatas relicto tamen procuratore, l. 1. §. quod si intra, C. vt omnes Iudices, Put. de syndic. verbo procurator Officialis fol. 217. num. 5. Amode. Iusti. in eod. tractat. verbo qui dominus Ioannes
160 num. 218. vbi quod Officialis in causa syndicatus potest se defendere per procuratorem cum sit regulariter pecuniaria, secus autem si esset capitalis

talis, quia in tali causa non admittitur procurator, vt in l. pen. §. ad crimen, ff. de pub. iud. & in l. seruum quoque. § publice, ff. de procur. Aul. les in capit. 3. Iudicum syndicatus, num. 18. Paz in pract. primo tom. 8. par. in prohem. nu. 12. fol. mihi 206.

CAPVT XXVI.

DE SENTENTIIS CVM POENIS IN EISDEM IMPNNENDIS.

SVMMARIVM.

1 *VISITATORES tenentur diligenter considerare processum offensiuum, & defensiuum antequam sententiam proferant, & cuncta quæ ex processu resultant mature animaduertere.*

2 *Probationes querelantis, & querelati vbi pares, & æquales fuerint, tunc in fauorem Officialis, quarelati per Visitatorem est pronunciandum.*

3 *Visitatores vbi bene certi extiterint de meritis causæ, & recte perceperint pro qua parte est iustitia, tunc in illius administratione debent esse constantes solum Deũ præoculis habentes.*

4 *Peccata multoties impediũt resolure dubia causarum.*

5 *Visitatores rationẽ visitationis reddere tenentur, & vbi per dolum aliquem condemnauerint re syndicari possunt, secus autem quando per culpam, & assignatur ratio n. 7.*

6 *Visitator iniuste condemnans, abominabilis est apud Deum.*

8 *Visitator debet proferre sententiam claram, & certam, & per verba intelligibilia habentia suum proprium sensum.*

9 *Sententiæ debent proferri in loco assueto, vel saltim honesto, & publicari cum magna strepitu, & conflictu, & in scriptis pro tribunali sedendo.*

10 *Visitatores vbi fuerint personæ graues, & Illustres possunt per alium*

aliam sententias publicari, & re citari facere.

12 *Iudices tabulæ in Cathalonia tenentur causas syndicatus sententiare infra quatuor menses, aliter obnoxij sunt salarium restituere, & tantundem de bonis proprijs soluere.*

13 *Compulsio, & restitutio dicti salarij quandoque fit per Magistrũ Rationalem pro vt nouissimè fuit obseruatum.*

14 *Iudices tabulæ vt non excusentur a pæna restitutionis salarij debẽt omnes prius interpellari, etsi non fuerint iuterpellati excusantur.*

15 *Visitatores duo an possint sententiare, tertio nolente, vel impedita.*

16 *Iudices tabulæ in Cathalonia ex quo decisio causarum eisdem, vt vniuersis est commissa, non possunt vnus, sine altero processum instruere, nec sententiam, nec interlocutoriam proferre.*

17 *Visitatores vbi quatuor fuerint, si duo obsoluunt, & duo condemnant, sententia absolutoria præfertur condemnatoriæ, sed tutius est addere quintum.*

18 *Quid in Cathalonia super his sit debite prouisum, vide remissiue.*

19 *Sententiæ in causis syndicatus an proferri possint, absque assignatione ad sententiam, & sine partis instantia cum distinctione resoluitur.*

20 *In visita Regij Visitatoris, & quæ fit per visitatores domus deputationis in distincte obseruatur, quod fit assignatio ad sententiam & omnes sententiæ publicantur, tam ad fisci, quam ad partis instantiam.*

21 *Visitatores in Cathalonia tenentur iudicare, & causas definire, & sentiare primum secundum iura patriæ, & ijs deficientibus secundum ius canonicum, & eo deficiente secundum iura ciuilia, & doctorum opiniones.*

22 *Lex imponens pænam certam, illa est per visitatorem imponenda adeo, quod non poterit talem pænam a lege, vel statuto impositam augere, nec minuere, & num. 23.*

24 *Limita vbi probatio est præsumptiua, & ciuiliter agitur, quia tũc pæna minui potest.*

25 *Sublimita quando criminaliter agitur, quia tunc coniecturæ, nec præsumptiuæ probationes etiam violentæ non sufficiunt, etiam in delictis occultis, & difficilis probationis ad pænam aliquam indicendam contra officialem visitandum.*

26 *Pæna ex causa mutari potest.*

27 *Et quæ sint istæ iustæ causæ.*

28 *Punitur magis, qui infantem, quam qui perfectæ ætatis, & magis*

qui

qui clericum, quam qui laicum occidit.

29 Homicidium recens magis punitur quam antiquam.

30 Et magis si appensate, quam si casualiter committitur.

31 Pœna mitior ordinaria imponitur ei, qui justo dolore motus deliquit.

32 Pœna mortis nemo ponitur, si plures in rixa fuerint, & defunctus vnum dumtaxat vulnus habet rationem incertiudinis.

33 Limita nisi deliberato consilio, & ad hoc coadunato occiderint, quia tunc omnes debent puniri de occiso.

34 Pœna infamiæ non irrogatur infami, & alia causa.

35 Pœna hodie residet in arbitrio iudicantis, & in Cathaloniæ, communiter omnes pœnæ sunt arbitrariæ, vt n. 36.

37 Visitatores ex causa possunt, in eorum sententijs imponere pœnam arbitrariam, at cessante causa arbitradi tenentur, sequi, & imponere pœnas alegibus, & statutis terrarum impositas.

38 Iudex, qui dolo aliquem ad morte condemnauit, & tradidit tenetur, & ipse pœna mortis secus si per imperitiam, qui tunc mitiori pœna punitur, vt numer. 39.

40 Visitatores officiales visitandos ad mortem condemnare possunt.

41 Sententia condemnatoria ad morte si sit proferenda, quid per visitatorem seruari debeat.

42 Iudex per imperitiam iniustitiam faciens tenetur in quantum religioni iudicantis æquum visum fuerit.

43 Et quid sit teneri in quantum religioni iudicatis æquum videbitur declaratur.

44 Iudex propter dolum præsumptum tenetur ad solutionem expensarũ & ita practicatur in Regio senatu Cathaloniæ ex particulari lege Principatus.

45 Iudex baratariam committens priuatur officio cingulo, dignitate, & facultate alia officia in futurum habendi, & quandoq. exilio punitur, vel etiam grauius secundum qualitatem facti. n. 46.

47 Pœna quadrupli punitur Iudex barataria m commitens.

48 Iudex propter negligentiam dissolutam, & dolo proximam potest officio priuari, & etiam salario priuatur. n. 49.

50 Negligentia iudicialis, quando prouenit ex dolo, vel dolo proxima est, facit Iudicem teneri ad omne interesse, secus si processit, ex culpa, seu imperitia, quia tunc non facit ipsum teneri, nisi ad id tantum, quod religioni iudicantis videbitur.

51 Visitatores in pœnis inflingendis nõ debent esse procliues cum impo-

nendum

ponendum pœnam priuationis officij, & assignatur ratio. n.53.

53 Pœna priuationis officij in quibus casibus de iure communi incurratur.

54 Visitatores clementes, & misecordes esse debent, plura de pietate, & misericordia notatu digna referuntur.

55 Iudex maiorem honorem consequitur in absoluendo, quam in condemnando.

56 Iudex seu officialis semel per sententiam officio priuatus non potest amplius ad illud officium redire. Quod & de iure municipali procedit vbi propter fraudem corruptionem, barattariam aut aliam magnam culpam quæ dolo æquiparetur fuerit condemnatus vt num. 57. 59. secus vbi delictum esset leue, quia tunc ad officium redire poterit n. 58.

60 Delictum quando dicatur magnum graue, vel paruum vide remissiue.

61 Thesaurarij, & pecuniarum exactores, bonorumque publicorum vsurpatores, pœnis corporalibus, & quando mortis, plecti, & puniri possunt ac etiam condemnari ad restitutionem eius, quod vsurpauerunt cum maiori interesse.

62 Pœna deportationis, & totius substantiæ amissionem condemnari debent officiales frumentum, & publicam pecuniam vsurpantes.

63 Administrator, publicus, summa cum rectitudine debet officium gerere, veridicamque rationem suæ administrationis reddere, alias si ratio vera, & recta non fuerit vt falsus a lege punitur.

64 Sententia debet fieri de officio bene gesto. & debet visitator in tali sententia officialem visitatum commendari, & si male se gessit vituperare vt n. 65.

66 Officialis qui absolutus fuit in syndicatu potest agere actione iniuriarum aduersus quærelantē quī non probauit.

67 Officialem accusans indibitē acriter puniendus est.

68 Officialis agens actione iniuriarū aduersus quærelantem, quid probare debeat vide remissiue.

69 Officiales plures in officio subornati, & vna sententia condemnati insolidum tenentur, licet inter eos locum habeat remedium diuisionis, in exequutione, quod declara si omnes sint soluendo. num. 70.

71 Officialis, seu Iudex in visita condemnatus, non tenetur, nisi in quantum facere potest adeò, quod non potest carcerari.

72 Sententia an mittatur prius executioni contra officialem condemnatum, quam contra fideiussores.

73 *Visitator vt suspectus recusari potest, & redditur ratio n. 74.*

75 *Sententia lata per visitatorem rerecusatum est nulla, sicut omnia acta per eundem facta post recusationem.*

76 *Visitatores si non protulerunt sententias intra terminū eis datum ad sententiādū an lapso termino possint illas proferri cum distinctione resoluitur.*

77 *Sententia absolutoria lata ob contumaciam non comparentium illud speciale habet, vt officialis amplius molestari non potest, quia etiam quod non sit aliquid probatum transit in auctoritatem rei iudicatæ.*

78 *Visitatores possunt suas sententias exequi, si non fuerit appellatum, & similiter vbi ab ipsorum sententias est prohibitum appellari, num. 79.*

80 *Materia sententiæ diffusa & prolixa est, & de ea autor remittit ad eam tractantes, & scribentes.*

81 *Officialis condemnatus per visitatorem quando fideiussoribus relexetur.*

82 *Visitatores tres vbi in diuersa rota tres differentes pœnas intullerint pœna mitior exequi debet.*

83 *Offitialis cognoscens cum violentia carnaliter mulierem pretextu officij quādo torqueri debet & qua pœna puniri possit remissiue.*

84 *Visitatores plures vbi in sententiando discordes fuerint sentētiæ plurium standum est,*

85 *Visitator vnus solus num absque consensu suorum coniudicum sententiam proferre possit, & quid si alij coniudices interesse noluerint vel non potuerint aliaq. dubia circa hanc sententiarum materiam vide remissiue.*

1 VBI nihil superest ad agēdum, tam ex parte querelātis, quam ex parte officialis querelati, tunc visitatores debent diligenter considerare processum, tam offensiuum, quam defensiuum, & recta trutina perdendere, quid ex ipso processu resultet, & priusquam sententiam proferant cuncta mature animaduertere, vt inquit tex. in cap. iudicantem 30. quæst. 5. & cap. graue 35. quæst. 9. Et postquam fuerint bene instructi debet celeriter ad sententiam procedere iux. tex. in cap. iurgantium ibi *celeri sententia* cum ibi notat de sent. & re iudic. tradit Alex. consil. 113. num. 3. vol. 3. Bald. in consil. 204. col. 2. lib. 3. Crauet. in cons. 279. Et
2 si viso processu probationes querelantis, & querelati pares, & æquales inuenerint numero, & dignitate testium, in officialis fauorem pronunciare tenentur, vt in cap. inter dilectos de fid. instr. c. ex literis de probat. nam cum sunt iura partium obscura, reo fauendum est, vt in regul. cum

cum sunt iuta de regul.iur. in 6. latè Iaf.in l.non est nouum,num.1. C.de edend.& Menoc.de arbitr. casu 98.
3 Et vbi bene certi extiterint de meritis causæ,& perceperint pro qua parte iustitia est, tunc debent esse constantes in administratione iustitiæ solum Deum præoculis habentes,vt in c.1.de re iud.lib.6. diuinūq. auxiliū implorare,& Spiritum Sanctum inuocare debent, qui illuminat omnē intellectum purgētq.se a peccatis, & purificent eorū conscientias,etenim propter peccata multoties nescimus
4 soluere dubia causarū refert. Afflict. decis.vltim.& Sylua nuptialis lib.6. n.5.habeantq.visitatores ante oculos doctrinam tex.in cap.1.de senten.& re iud. lib. 6. vbi Summus Pontifex cum iudicibus loquendo dicit *Caueant Iudices, & prudenter attēdant, vt in processibus casarū, nihil vēdicet odiū, vel fauor vsurpet, timor exulet, premium, aut expectatio premij iustitiam nō auertat. Sed stateram gestet in manibus, lances appendant, æquo libramine, vt in omnibus, quæ in causis agenda fuerint præsertim in concipiendis, & ferendis sententijs præoculis solum Deum habeāt*,ad quod facit tex. in cap.4.& in cap.quicunq. 2. q.3.
5 Aduertant etiam quod rationem suæ visitationis reddere tenentur,vt legitur in sancto Concilio Tridentino sess.24.cap. 3. vers. visitatores etiam & Mier.cap.9. num. 88. part.2.col. la.6, fol.mihi 27. vbi super his eum distinctione respondit, quod scilicet
6 Iudices tabulę per dolū aliquē in suis sententijs iudicantē syndicari debēt si autem per culpam non, quia sunt
7 Iudices conscientię,& habent latum arbitrium, & sic dato, quod ipsi resyndicari possent non tamen effugiēt diuinum iudicium: nam qui iustifi-
8 cat impium, & condemnat iniustæ, vterq. abominabilis est apud Deum
9 Prouerb.cap.17. oportet ideo, quod quando protulerit sententias proferat ipsas non dolosas, sed iustas, claras,& certas,& per verba propria,& intelligibilia habētia suum propriū sensum,vt in §.curare inst.de actio. ad notat. per Afflict. in constit. ab omnibus nu.6. Afin.in praxi.§.3. c. 24.Menoch.de arbitra.iudic.quæst. 60. num.3. Ioseph.Cumia de syndi.
10 cap.24.num.100. Vincent.de Ann. singul.473. Sententiæ enim diffinitiuæ: si Iudex habet certam sedem, ibi debēt proferri alias sufficit, quod in loco honesto proferantur ex tex. in l.pen.ff.de iust, & iur. illum antē oportet pro auctoritate magestatis iustitiæ, quod cum magno strepitu, & conflictu publicentur iux. tex. in l. 1.C.comminatio.vel epistol.Bald. in l. ab eo, C. quomodo & quando Iudex, & Bouadilla lib.3. cap.14. n. 90.Et in scriptis pro tribunali sedēdo proferendæ sunt ad notat per Mastril. de magistra. lib. 6. cap. 11. num. 4. vbi etiam, quod quandoq. licet sint scriptis proferri per tex. & ibi glos. in §. necessitatem in auth. vt iudic. fine quoq. suffragio Rondinel. de synd.num. 146. Quando
11 vero visitatores fuerint personæ graues, & illustres tunc per alium possunt sententias publicare facere iux. tex. in.l. 2.C.de de senten. ex breu. recitand.& not.Pet. Calafat. in rub. de offi.cius n.24.
12 In Cathalonia autem autem visitatores (quod Iudices tabulæ appellantus) tenentur causas vicariorum, & aliorum officialium ordinariorū inferiorum sentētiare, & terminare intra quatuor menses aliter cōpellūtur salarium restituere, & tātundem de bonis soluere iux. tex. c.12. curiæ
13 1599.Quæ cōpulsio dict.restitutionis

salarij quandoq. fit per Magistrū Rationalem,cui ratione sui mune ris incumbit Officiales negligentes in eorum officijs punire, & coercere iux.const.vnicam Regis Ferdinandi Secundi tit. de offic. de mestre Rational pag. & ita in eodem officio magistri Rationalis fuit obseruatum contra Iudices tabulæ villæ Ceruariç mense Iunij 1612.qui ob eorum negligentiam in non declarando, & sententiando causas officialium, infra terminum dicti capituli curiæ 12. fuerunt in dicto salario, & illius restitutione mulctati, & puniti,& compulsio,& restitutio cū debito effecta fuit exequuta, vt videre poteris in procedi mentis factis in dicto officio magistri Rationalis contra dictos Iudices tabulæ prædictæ villæ Ceruariæ, quæ sunt in libro regestri 9. fol. 232.& in libro cuius titulus est de significations de num. 21. fol. 48. reconditis in dicto officio,quæ nota quia casus peregrinus est.

14 Qualiter autem Iudices tabulæ excusantur,etsi non declarauerint infra terminum dicti capituli curię vide apud Iacob. Cancer.part. 3.cap.12.nu.265.vsq. 271.vbi subdit,quod si ex tribus iuditibus tabulæ duo tantum sunt interpellati non incidunt in pœnam etsi sententiæ non fuerint promulgatæ intra dictum tempus eiusq. ratio fundatur, quia isti tres iudices iudicant vt vniuersi, & omnes habēt tur vice vnius, ac ideo vnus sine alio sententiare non potest, & cōsequenter concludit,quod nisi omnes tres Iudices fuerint interpellati nō potest dici mora commissa in sententiando ac proinde nō incidunt in dictam pœnam,vt ibi per eum latins est videre.

15 Sed nunquid & istis tribus Iudicibus duo possint procedere, & sententiare tertio nolente,vel impedito, vide Bald. in l. obseruare, quæst.25. ff. de offic.præsid.sed in Cathalonia serua quod dicit Mier. part.2. cap.9. de forma procedendi in iuditio tabulæ numer. 30. & 31. collat.6. fol. mihi 24. Cancer. dict.part. 3. cap. 12.num. 269. &

16 270.vbi ex Abbate,& alijs refert, quod ex quo istis tribus Iudicibus tabulæ, vt vniuersis est commissa causę decisio,quod vnus sine alio nec processum instruere, nec sententiam,nec interlocutoriam pro ferre posse.

17 Ex prædictis infertur ad aliud dubium an si sint quatuor visitatores,& in sententia duo absoluāt, & alij duo condemnent, quæ sententia est tali casu pręferenda, & certum est sententiam absolutoria esse præferendam arg. text. in l. inter pares ff.de re iudic.l. Arrianus ff.de actio.& obligatio. Paris. de Put.de synd.in verb. An si potestas sub num. 22. sed tutius esset

18 addere quintum Iudicem, ideoq. in Cathalonia sunt tres Iudices tabulæ,& in visita regiorum officialium, qui non purgāt tabulam est vnus Regius visitator cū duobus Iudicibus collateralibus,& in visita dominorū Deputatorum sunt nouem visitatores, & sic nūquam cōtigit votū æquale propter incōueniens,q. inde ex eo oriri potest.

19 Succelsiue in hac materia dubitari potest,an sit in hoc iuditio assignandum,ad sententiam,& an il la publicari possit sine partis instātia quo ad primā huius dubij partem responde, quod quicquid sit de iure apud iudices tabulæ serua tur in Cathalonia,quod assignatio ad sentētiam fit voce pręconis intimando omnibus generaliter, vt veniant ad audiendam sententias ita Mier.p art.2.dict. cap. 9. num. 91.collat. 6.fol.mihi 27.& ibi sub

num.

numer.87.aliam dicti dubij partem satisfacet cum distinctione, quod sci licet, aut Iudex tabulæ processit ex officio, & motuproprio inquirendo, & sioe partis instantia, aut processit ad querelā partis, primo casu sententiam publicare poterit sine instantia, quia officialis querelatus nunquā peteret sententiam, si timeret condemnari, quia reorum est fugere, vt in capit.1.4.quæstione 4. secundo casu requiritur instantia ad publicationem sententiæ, quia qnandoq. partes conueniunt intere compromittendo, vel transigendo aut tacendo, aut alias, & tunc Iudicis officium conquiescere debet, nam si partes tacuerunt quid ad iudicem.

20 Veruntamen in Regia visita quæ fit per regium visitatorum, & in visita quæ fit per visitatores Deputatorum in omnibus obseruatur, quod fit assignatio ad sententiam in dictis causis, & omnes sententiæ publicantur tam ad fisci, quam ad partis instantiam: nisi exptesse fuerit per que relantes dictis causis renuntiatum, & ita practicatur.

Scire quoq. oportet in hac materia sententiarum, quod visitatores in Cathalonia obnoxij sunt iudicare, & sententias proferre primum secundum iura patriæ Cathaloniæ, & ijs deficientibuus secundum ius canonicum, & eo deficiēte secundū ius canonicum, & eo deficiente secundum iura ciuilia, & doctorum opiniones iux.constitut. 40. curiarum anni 1599. quæ licet loquatur in Doctoribus Regiæ Audientiæ extendi etiam potest ad visitatores quorum officium est obseruari facere leges, & iura patriæ ac proinde secundum illas merito iudicare debeot absurdum enim esset quod ipsi iudicare posseut in Cathalonia contra iura patriæ, & diuersimode ab alijs iudicibus in hoc Principatu iudicantibus, & quod visitatores teneantur iudicare secundum iura patriç probat expresse text. in capit. 5. curiæ curiarum anni 1599. ibi, *iudicant conforme las leys de la terra.*

22 Vnde infertur quod vbi per legē seu constitutionem patriæ fuerit imposita aliqua specialis pœna contra officialem in officio delinquentem vtiq. certum est quod vbi clare constiterit ipsum officialem in illam pœnam incidisse talis pœna est ei in

23 sententia imponenda non enim visitatores possunt pœnam ordinatiā a lege vel statuto impositam augere nec minuere, vt not. Ioseph. Cumia. de syndicat, capit. 24. numer. 20. Boss. in titul. de coniect. numer. 24. nisi in casu quo non esset vera pro-

24 batio: sed præsumptiua, quia tunc minui potest pœna, Si ciuiliter ageretur, secus si criminaliter: quoniam generaliter vbi criminaliter

25 agitur, non sufficiunt coniecturæ nec præsumptiuę probationes etiam violente: & etiam si esset crimen difficilis probationis secundum communē opinionem de qua testatur Boss. in in tit. de de official. corrup. num. 14. & 19. & tenet Marsil. cons. 132. n. 14. Hinc dicitur qōtra officiales syndicandos non admittuntur indicia quantumuis indubitata ad illos condemnandum, vt ex reecpta sententia post. Deci. Aduertit. Hieron. Giacha in cons. de synd. n. 107. Menoch. de præsump. lib. 1. præsump. 97. quos & alios refert, & sequitur egregius Senator Ioan. Gallego in suo respon so de syndic. par. 1. n. 34. 35. & 36. vbi præcipue hanc opinionem procedere existimat quando ageretur de syndicandis viris Illustribus, & de priuatione officiorum eorum nam tunc inquit quod nec in delictis ocultis & difficilis probationis indicia, & præsum-

Ii 2

præsumptiones etiam violentæ contra eos non admitterentur.

Et quamuis regulariter visitatores in eorum sententijs non possint recedere, a pœna ordinaria imposita per legem seu statutum nec illam augere, nec minuere vt dictum est, verum prædicta limitantur, & non
26 procedunt, vbi esset causa iusta augẽdi, vel minuendi pœnam, quia tunc est in arbitrio visitatorum grauiori pœna quam leges velint, vel leniori reum ex causa condemnare, l. quid ergo. §. pœna grauior vbi glo. Bar. & alij ff. de his, qui not. infam. & l. & si seuerior, ff. ex quibus caus. infam.
27 irrog. Boss. in tit. de pœn. num. 8. vbi subdit causas quibus augeri, vel minui pœna debet, esse declaratas per tex. in l. aut facta vsq. ad finem, ff. de pœn. Felin. in cap. qualiter. §. corrigendum de accusatio ponit septem causas, sed multæ aliæ sunt causæ, veluti propter ætatem vt si sit valde senex, aut valde iuuenis, DD. in l. fere in omnibus, ff. de reg. iur. vel si maxima sit peritia, in aliquo artifice vel professore literarum, l. ad bestias, ff. de pœn. vel propter qualitatem personarum in quibus commit-
28 titur delictum in plus, vel minus, vt majori afficiatur pœna, qui infantẽ, quam qui perfectæ ætatis hominem occidit, Salicet. in l. pœn. C. de sicar. & magis, qui clericũ, quam qui laicum occidit, iux. glo. in cap. sicut qui
29 17. q. 4. & magni recens, quam antiquum punitur homicidium, l. si diu-
30 tino vbi glo. C. de pen. & magis qui data opera appẽsate, & apostato modo quam qui causaliter hominem occidit vel delictum committit, l. diuus vbi Bart. & DD. ff. de sicar. & in l. si quis seruo, C. de fur. Item si magno
31 dolore motus quis deliquisset, quia tunc non debet comdemnari, nec imponi pœna ordinaria delicti, sed minor, l. si cũ adulteriũ incestu. §. Imperatores, ff. de adult. Angel. de malef. in verbo & dictus Titius se defendendo vers. aduersus Aret. cons.
32 165. Item propter multitudinem delinquentium ratione incertitudinis vt si plures fuerunt in rixa & homicidium est certum: sed homicida incertus, vt quia vulneratus non habet nisi vnum vulnus: quia nemo pœna mortis puniri debet glo. in l. item mela. §. sed si seruus plurium, ff. ad l. aquil. Marsil. in l. 1. n. 71. limit. 16. ff.
33 de sicar. Nisi deliberato consilio, & ad hoc coadunato occiderint, quia tunc omnes debent puniri de occi-
34 so Gram. cons. 4. Item si ex forma legis irrogari deberet infamia, & ipse reus ex alio delicto effectus fuisset infamis: quia tunc pœna per Iudicẽ alterari debet, et alia imponi per tex. in l. nouerint, C. vt infra cert. temp. vbi Angel. Roma. in l. si vero. §. de viro ff. sol. matr. Corset. in singu. suis in verbo pœna.

35 Et propter dictas causas quibus pœna augere, vel minuere iudex potest, dicitur hodie omnis pœna: etiã iure determinata arbitraria iudici, iux. glo. in l. hodie, ff. de pœn. cũ concor. per Mirant. in pen. in 4. disti. 1. nu. 55. in sua praxi Menoch. de arbitr. q. 87. Clar. q. 85. n. 10. Farina. q. 5. n. 8. Gram. voto 23. nu. 18. Chril. de relax. carcer. tit. de exequ. senten. q. 6. Tiraquel. de pœn. temper. in præf. n. 16. Boer. decis. 254. n. 22. Osasc. decis. 80. n. fin. & Mier. p. 2. c. 12. n. 96. versi pro hoc facit coll. 9 fol. mihi
36 99. vbi subdit, quod in Cathalonia pœnæ communiter iuxta vsaticos, & iura patriæ sunt arbitriæ, quia non vtimur legibus Romanis vel alijs, nisi ad arbitrium, & in subsidium, & sic ex prædictis concluditur visitato-
37 res in eorum sententijs licite posse ex iusta causa arbitrare in pœnis infligendis, & arbitrando eosdem officiales culpabiles condemnare in

aliqua pæna arbitraria extraordinaria cæterum vbi causa arbitrandi iusta cessaret tenentur tunc illos condemnare in pænis ordinarijs per leges, & statuta terrarum impositis. Et vt prædicta facilius comprehendantur, aliqua exempla proponere decreui, vt ex illis etiam innotescat in quibus penis Iudices, & Officiales in eorum officijs delinquentes condemnari possint in sententijs per visitatores contra illos proferendis sub forma sequenti.

38 Primum exemplum erit quando Iudex dolo aliquem ad mortem cōdemnauerit, & tradidit, nam tunc tenetur pæna legis Corneliæ de sicarijs secundum Ioan. Fabr. in §. 1. n. 2. versi. si autem per dolum, inst. de oblig. quæ ex delict. nascunt. Alber. in l. 2. n. 2. & 3. ff. quod quisq. iur. Bal. in rub. C. de pæn. iudic. qui mal. iudi. n. 6. vbi quod Iudex qui de facto fecit aliquem suspendi punitur per similitudinem supplicij Amodus de syndi. nu. 149. in fi. Paris. de Put. in eod. tract. in verbo male iudicans, c. 1. n. 11. Anto. Rondin. in simili tract. n. 208. & 225. Boss. in tit. de offici. corrup. n. 11. in fi. & Cyril. in sum. crim. rub. de pæn. judic. male iudica. §. fi. n. 4. & nu. 11. in fin. & seq. Boer. decis. 153. n. 8.

39 Et tamen vbi constiterit, quod talis Iudex per imperitiam ad mortē condemnauit, & condemnationem exequutus fuit tunc non punitur pæna mortis, sed arbitrio iudicis, vt tenet idem Fabe. in d. §. 1. vers. quod si cōdēnauit hominem ad mortē, inst. quæ ex delict. nascunt Alber. in d. l. 2. n. 2. in fi. & 3. ff. quod quisq. iur. vbi quod si potestas centum homines decapitaret contra ius, non debet ipse decapitari, nisi dolus probaretur Boe. d. decis. 153. n. 12. Cyril. in loco proxime citato d. §. fi. n. 1. & sic vides quod in eodem fam facto, & delicto ex circunstantiæ imperitiæ excusatur Iudex a pæna ordinaria delicti, & punitur solum pæna arbitraria
ac insuper ex prædictis apparet etiā
quod visitatores possunt Iudices, &
40 officiales in officijs delinquentes pæna mortis puniri prout in terminis
sic annotauit Iosep. Cum. in prax. de
synd. c. 24. nu. 39. vbi subdit, quod si
41 sententia condemnatoria ad mortē
esset proferenda per syndicatorem:
pridie quam sententiam ferret, reo
condemnato indicet, quod se bene disponat, vt religioso confiteatur sua peccata, & postridie eo ducto ad tribunal iustitiæ, Iudice pro tribunali sedente sententia condēnatoria proferatur.

42 Secundum exemplum erit in eodem Iudice qui per imperitiam iniustam protulerit sententiam aut aliquid aliud iniuste fecerit is siquidem punitur in quantum religioni iudicantis visum fuerit iux. text. expræs. in l. fi. in fi. ff. de var. & extra ordina. cognit ibi, *Et in quantum de ea re æquum religioni iudicantis visum fuerit pænam sustinebit*, Alex. in l. 4. §. in eum n. 7. in fin. & 8. ff. de damn. infect. vbi infert ex hoc iudici datum esse arbitrium condemnandi ex causa etiam in minus quā sit interesse Cathal. in tract. de synd. 124. n. 69. Paris. de Put. de syndic. in verb. Iudex male judicans, c. 1. n. 7. & 8. & in verb. negligentia cap. 2. n. 9. Anto. Ron. de synd. n. 40. Francis. March. decis. 686. n. 3. p. 1. Boss. in tit. de official. corrup. n. 22.

43 Sed pulchrum erit scire quid sit teneri in quantum religioni iudicātis æquum videbitur, & ad quantum isto casu iudicans possit condemnari vide glo. in §. 1. instit. de obli. quæ ex quasi delict. nascunt vbi, quod isto casu iudicans poterit secūdum, quod officialis plus, & minus errauerit, ita &

& ipsa in plus, vel minus condemnare Alex. in l. argentarius. §. cum autē n. 10. ff. de edend. inquit, quod quandoq. condemnabit ad totum interesse, & quandoq. ad minus, secundum qualitatem culpæ, Boss. in tit. de offi cial. corrup. n. 24. vers. & sensus conclusionis subdit, quod interdum iudicans condemnauit ad omnem litis æstimationem, interdum ad mediū interesse, & interdum ad nihil.

44 In Cathalonia autem super his extat constitutio vnica sub tit. de pena del Iutge qui ab dol judicara, p. 525. in qua disponitur, quod vbi Iudex seu relator dolo iudicauerit, & sic partem grauauerit si reuocatis ejus procedimentis, aut sentētia, pars ageret contra ipsum Iudicem pro sumptibus ratione suæ iniustitiæ ei causatis & Regio consilio visum fuerit dictum Iudicem, cum dolo grauasse partem tenetur eidem soluere omnes expensas prout religioni dicti Regij consilij videretur omni supplicatione, & recursu remotis, quæ quidem constitutio interpretata fuit per Iacob. Cancer. p. 3. c. 12. n. 272. & seq. vt intelligatur tantum in dolo præsumpto, in quo incurrit Iudex si in jure vulgato erret, vel non facit quod ratione sui officij scit, vel scire debet, l. 2. ff. quod quisq. iur. Crauet. cons. 18. n. 14. Farina. q. 111. nu. 32. & Menoch. de præsu. lib. 5. præs. 3. n. 66. non autem dolo vero voluntario Iudicis nam tunc dicta constitutio iniqua esset cum graue crimen Iudicis impunitum remaneret, & in mera partis libera voluntate illius punitio penderet nihil de eo conquerendo intra triginta dies, vt in dicta constitutione legitur, ibi, *Los quals passats no puga esser de aqui auant res dit contra dit Iutge.* Non enim vtiq. condigna punitio veri doli foret, cum sola restitutione expensarū quæ est pœna dictæ constitutionis cum vera punitio doli mali sit infamiæ, & officij priuationis, vt post Bald. Farina. Ceruant. & alios, not. Cancer. in loco proxime citato dict. num. 272. ad med.

45 Tertium exemplum proponi potest in Iudice barattariam committente, qui vbi de tali crimine conuinctus fuerit debet per Visitatores in sententia condemnari ad priuationem officij & dignitatis etenim Iudex qui barattariam committit priuatur officio, quod de presenti habet, & facultate alia habendi in futurum, l. iudices C. de dignitatibus lib. 12. ibi *ablatis codicillorum insignibus*, & in fine, ibi, *Nec sibi post hac de eo honore blandiantur, quo se ipsos indignos iudicauerunt*, & ibi Ioan. de Plat. num. 2. generaliter notat quod ad officium in quo quis deliquit amplius redire non potest, quod & idem voluit Paris. de pur. de synd. in verb. officiali, cap. 10. nu. 5. & in verb. barataria, num. 2. 3. & 4. Anton. Rondinel. in eod. tract. num. 57. Fran. Marc. decis. 686. nu. 7. part. 1. Clar. in pract. §. fin. quæst. 73. num. 2. vbi refert quod alias Parisijs quidam Regius consiliarius pro furtis, & sceleribus per eum commissis fuit exauthoratus, degradatus, & suis insignibus spoliatus, & ibi etiam remissiue ponit formam degradationis Doctoris. Baiard. ad clar. d. quæst. 73. nu. 19. inquit, quod isto casu Iudex vltra priuationem officij incurrit etiā pœnam degradationis, & priuationis dignitatis ex Capic. Guid. Pap. Lancello, & Bonacos. in locis per eum relatis, Menoch. de arbit. casu 342. nu. 7. vbi dixit hos iudices esse exauthorandos, Decia. in tract. crimin. lib. 8. cap. 34. num. 7. hoc ampliat etiam in Iudicibus Senatorio ordine insignitis & num. 14. inquit, quod hęc priuatio

uatio Magistratus, & officij, statim & ipso iure etiam officio non finito inducitur, & confert tex. in Authen. nouo iure, C. de pœn. iudic. qui mal. iudicauit ibi: *Dignitate seu cingulo amisso*, & ibi Butrig. in verb. Cingulo, dicit hanc esse verbalem degradationem.

46 Puniri etiam possunt tales Iudices furta, & baratarias committentes pœna legis Iuliæ repetundarum, scilicet exilio vel etiã grauius secundum qualitatem facti, vt est tex. in l. lex Iulia. §. fi. ff. ad l. Iuliam repet. & ita videtur colligi ex glos. fin. in l. 1. C. ad l. Iul. Magest. quam sequũtur cœteri vt attestatur Grammat. consil. 35. num. 9. quinimo etiam pro tali crimine in corpus verbera sustinebunt vt in Authen. vt iudic. sine quoq. suffrag. §. si quis autem præter. & ibi hoc notat Angel. in 1. notab. Anto. Rondinel. de syndica. num. 57. Grammat. dict. consil. 35. num. 11. Boss. in dict. tit. de official. corrup. in prin. Decia. in tract. crimi-
47 nal. lib. 8. cap. 39. num. 15. in fin. coguntur etiam per soluere quadruplum eius, quod acceperunt, & in hoc omnes conueniunt, vt dicit Boss. in loco præallegato verum non semper istud quadruplum applicatur fisco, . sed tantummodo quando versatur turpido ex parte vtriusq. scilicet dantis, & recipientis etenim quando turpido est solummodo ex parte vnius, tunc dimidium quadrupli applicatur fisco, & dimidium alteri parti ita dicit glos. in l. 1. C. ad l. Iul. repet. quã sequuntur DD. vt attestatur Cassa. super consuet. Burg. in tit. des confiscations. §. 1. in princip. num. 21. vers. Nonus casus.

48 Quartum exemplum proponitur in Iudice seu alio oficiali neg-ligente quem in sententia per visitatores proferenda condemnari posse, ad officij priuationem, quando negligentia est dissoluta & dolo proxima, nemo est, qui dubitet cum expeditum sit, quod Iudex propter negligentiam dissolutam & dolo proximum potest officio priuari, vt in l. si quos C. de offic. præfect. prætor. & ibi scholiũ glos. & Bald. in l. mancipia. C. de serui. fugit. Pute. de syndic. verb. Potestas, cap. 2. in prin. & verb. negligentia, cap. 3. nu. 7. Auend. in cap. 1. Prætor. nu. 31. vers. Decima causa, & in cap. 3. num. 6. Boss. in dict. tit. de official. corrup. num. 24. Iul. Clar. in pract. dict. §. fin. quæst. 73. num. 3. Auiles in cap. 1. Prętor. glo. fiel, num. 37. & seq. & in cap. 6. verbo, diligentia, num. 1. Farin. quæst.
49 111. nu. 419. vbi, quod Iudex propter negligentiam priuatur officio, & deponitur. Quinimo etiam Iudex negligens, in suo officio priuatur salario, & eius bona illi officio confiscantur l. ordinariorum, & ibi late Ioan. de Platea C. de cohortal lib. 10. & in l. Iudices num. 1. & 5. C. de anno. & tribut. lib. 10. & in l. fin. incip. purpuræ C. de vestibus Olober. lib. 11. & in l. Iudices C. de dignit. lib. 12. Bart. in l. iudices C. de anno. & tribut. lib. 10. & in l. Meuia in prin. ff. de annuis legat Corset. in singul. verb. salarium Fran. March. decis. 646. num. 1. vers. & isto casu, part. 1. Pute. de syndicat. in verb. Potestas, cap. 7. in princip. Decia. in l. si quis in conscribendo post num. 11. C. de pact. vbi dixit, quod secundum qualitatem negligentiæ salarium officiali, aut in totum tollitur, aut diminuitur Farina. quæst. 39. num. 43. prope finem & Bouadill. qui alios refert lib. 5. cap. 1. num. 153.

50 Pariter possunt Iudices negligẽ-

tes

tes condẽnari per visitatores in eorum sententijs ad totale interesse, & ad omnem jacturam partis maxime quando negligentia fuerit dissoluta, & dolo proxima, & multo magis si fuerit dolo commissa, secus si non ex dolo, sed ex culpa, vel imperitia fuerit perfecta. Quia tunc condemnari non possunt nisi arbitrarie in quantum scilicet bono viro equum videretur secũdum Alex. in l. si quis in conscribendo num. 5. in princip. C. de pact. & ibi etiam Iacob. de sancto Greg. num. 6. plures alios refert Farina. d. quæst. 111. num. 403. 404. & seq.

51 Scire autem oportet quod in pœnis infligendis visitatores in corũ sententijs non debent esse procliues, ad condemnandum Iudices & officiales in pœnam priuationis officij, siquidem pœna priuationis officij regulariter imponi non potest, nisi in casibus à iure expressis iux. glos. sing. in cap. fin. de iure patro. communiter aprobatam per Felin. Decium & Barbat. in cap. ex parte de rescrip. Auil. in cap. 9. prætor glos. (ley) num. 2. fol. mihi 137. singulariter insignis Peralta in l. 3. §. qui fideicommissariam n. 88. ff. de legat. 3. post Ias. in l. illum num. 12. C. de collatio. late Didacus Perez ad Seguram in tractatu de bonis lucraris const. matrimo. num. 66. Baeça de inope debitore cap. 16. num. 61. Roland. consl. 27. num. 14. vol. 1. Tiraq. in l. si vnquam verbo recusatur nu. 248. cum seq. C. de reuocand. donatio Amode Iustin in tracta. de synd.

52 in verbo olim potestatem. Casus autem in quibus pœna priuationis officij imponi potest plures sunt in iure siquidem multos refert Ias. in l. fin. C. de fideicom. Auiles in d. cap. 9. glos. 1. num. 1. & seq. Azeued. in l. 9. in fine tit. 5. lib. 3. recop. & latius in l. 23. tit. 25. lib. 4. DD. in l. si quos C. de offi. præfect. prætor. Bar. in d. l. Iudices C. de anno. & tribuit lib. 10. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 73. nu. 1. & sequen. pract. noster Calic. in Margarit fisci fol. 110. qui enumerat 501. casus in quibus est imposita pœna priuationis, militiæ sacerdotij, cinguli, officij, vel dignitatis alios refert Cathaldi. de syndicat. q. 256. num. 171. & Bouadil. lib. 5. cap. 1. nu. 169.

Vnde visitatores summa cũ moderatione antequam ad pœnã prædictam accedant procedere debent: nam licet iuri, & rationi congruit, acerrime puniatur is, qui in officio deliquit, & eo priuetur vt dicit tex. in l. si aliquid, & ibi Ioan. de Plat. & communiter DD. C. de suscept. lib. 12. & in l. si quis C. de offic. præfect. prætor. l. Iudices C. de dignitat. lib. 12. Decius in capitulo vt nostrum, num. 4. de appella. vbi de Milite, Equite, Doctore, & Notario in eorum officio delinquentibus Capic. decis. 121. num. 17. Franc. Marck. decis. 390. num. 2. & decis. 654. Capel-

53 la Tholosa. decis. 370. & ibi Aufrer. in addit. Veruntamen, quia talis pœna priuationis officij irrogat infamiam, & magnum dedecus vt in l. qui cum vno §. exauctoratus ff. de re milit. d. l. Iudices C. de dignitat. lib. 12. l. moris ff. de pœnis. Præterea summe attendere debent, quod vbi crimen alia mitiori pœna corrigi & emendari possit a priuationis pœna se abstineant iux celebrem Osorij sentẽtiã lib. 8. de regis instit. ibi *qui in officio sibi commisso delinquerint, & honore priuentur, & grauem pœnam peccati luant: nisi sit eiusmodi peccatum, quod medio cri pœna corrigi, & emendari possit, in humanum enim est spem de illo, qui leue aliquod flagitium admisit*

misit abjicere. Quis enim est, qui vitæ cursum sine aliquo lapsu, possit conficere? Magni tamen refert qualis ipse lapsus exterit, qui enim pecunia corruptus, aut malitia, & improbitate cecatus male suum officium gerit, acerrime plectendus est; malum enim quo premitur, vix sanari potest, is autem, qui per rei alicuius imperitiam, aut in curia errauit facile potest ad officium reuocari. Hæc ille.

54 Hinc legitur quod Iudices debēt esse magis proniores ad lenitatem, quam ad seueritem. iux. tex. in l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. l. respiciēdum ff. de pœn. cap. eos vero 50. dist. cap. fin. de transact. Melius enim est peccare in pietate & clementia, quam in credulitate, & atrocitate, vt in cap. alligant 36. quæst. 7. vbi inquit tex. si Deus est benignus in misericordia eius, minister non debet esse tenax & facit tex. in ca. licet 45. dist. ibi *Plus erga corrigendos agat beneuolentia, quam seueritas, plus cohortatio, quā communicatio plus charitas, quam potestas,* & confert tex. in cap. vera iustitia 45. dist. vbi: *dicitur, quod vera iustitia est misereri delinquentibus,* & in cap. plerunque. §. illi enim 2. quæst. 7. legitur. Quod qui de sua iustitia præsumunt, & misericordiam peccantibus negandā putant à Domino percussi intereunt, quia iustitia sine misericordia erit illis qui nolunt facere misericordiam delinquentibus, quibus per Salamonem dicitur (Noli esse nimis Iustiu) Præceptum enim est à Deo proditum, quod simus misericordes iux. illud Lucæ 6. *Estote misericordes, quoniam ego misericors sum.* & Mathei c. 6. inquit, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Misericordia, & veritas te non deserant, circunda gutturi, & describe in tabulis cordis, inuenies gratiam corā Deo, & hominibus melius est propter misericordiam rationem reddere quam propter inclementiam nā Deus ipse misericordiā maluit quā sacrificium Oseæ capit. 6. fugienda igitur est sententia quæ misericordiam vetat, dict. cap. vera iustitia 45.

55 dist. ideoq. oportet misericordia vti quia maiorem honorem consequitur Iudex in absoluendo quam in condemnando, & in dubijs potius debet absoluere, quam condemnare, quinimo in condemnando semper debet minorem pœnam eligere iux. tex. in l. penult. in fi. ff. de pœn. Paul. Castr. in consil. 197. in finalib. verbis Ancharr. consil. 25. Philipp. Decian. consil. 189. col. fin. Bald. in consl. 403. vol. 3. vbi quod iustius peccatur in absoluendo, quam in condemnando sequitur Ioan. Neuiz. in sylua Nuptiali in vltima charta.

56 Ac propterea super infligenda, pœna priuationis officij plurimum debent visitatores animaduertere, nam officialis seu Iudex officio per sententiam, semel priuatus amplius ad illud officium reasumi nec redire potest iux. tex. in capit. non potest 2. quæst. 7. & not. In textu glos. in l. si aliquid C. de suscep. & arcar. libr. 11. l. fin. ff. de offic. procur. Cessar. Plat. in l. ad splendioris C. de diuers. officijs, lib. 11. Put. de syndicat. verbo (Iudices) ca. 8. in prin. & num. 1. Dulcet in eod. tractatu. in fin. Tiraquel. de pœn. temper. causa 58. versiculo sexto nume. 7. & sequen. Bellug. in specul. Princip. rubr. 26. de priuationi officiorum num. 7. Bald. in l. 2. ff de sena. vbi inquit, quod boni homines

nes debent diligi, quia Deus, eos diligit, mali vero debent expelli ab omni honore, quia seruiunt diabolo, & sunt sine conscientia. In Cathalo-
57 nia vero officialis per sententiam condemnatus, propter fraudem, corruptionem, baratatiam, aut aliam magnam culpam, quæ dolo æquiparatur, amplius ad officium redire nequit, vt habetur. vt in const. 4. vers. *è si condemnat sera en alguna cosa lo official per raho del offici, que null temps no tinga offici nostre* & in constit. 6. ibi. *per frau, ò per corruptio, ò per gran culpa per ell comesa* sub tit. de de offici
58 de Iutges de taula. Pro leui tamen culpa poterit officialis redire ad officia. not. Mier. par. 1. cap. 2. num. 3.
59 colla. 4. fol. mihi 70. vbi etiam subdit, quod officialis cõdemnatus propter fraudem, & corruptionem, aut propter magnam culpam nunquam
* potest tenere officium regium, & ita fuit iudicatum in regia Audientia, vt refert Cancer par. 3. cap. 12. num. 94. & 95. Fontanella de pact. nuptia. lib. primo tom. glos. 10. part. 1. nu.
60 58. fol. mihi 149. vbi sub nu. 58 dicit quando dicatur delictum magnum, graue, & quando paruum, vt ibi per eum latius videre poteris.

61 Præterea visitatores in eorũ sententijs, possunt publicos, vel regios administratores corporalibus pœnis ob dolos, & fraudes in administratione commissos condemnare, & punire, & loquendo in Regio Thesaurario, vel tributorum exactore, est text. elegans in Auth. de mandatis principium §. coges, vbi Thesaurarius, vel exactor, qui aliqua bona vel pecunias a se collectas, vel receptas occultauit doloseve retinuit, nõ reddendo rationem illarum pœna amputationis manus punitur, & ita tenet Acur. ibi verb. manus amputationem quã sequitur Sociu. cons. 56. vers. (quinto & vltim.) repetito in cõsil. 213. lib. 1. Osascus decis. 70. n. 9. in fine. Et loquendo in decurioribus reipublicæ plumbatorum ictibus fustigandos fore voluit Iustinianus in l. quælibet 40. C. de decurio. lib. 10. l. 2. & 3. C. de his qui ex public. eod. lib. l. fin. C. de cond. in pub. horre. eod. lib. & tit. ad l. Iul. pecula. Puteus de synd. verb. Iudices cap. 3. post. euidentalia Cæphal. cons. crimin. 39. n. 61. & 62. Bonifac. in Peregin. verb. furtum col. 4. fol. 219. Auenda. in c. 10. prætor. 2. par. num. 34. Mexia de pane condu. nu. 67. Petr. Grego. de syntagma. iur. 2. pat. lib. 18. cap. 14. n. 10. late Tiber. Decian. 2. tom. crim. lib. 8. cap. 28. & seq. vsq. ad 41. Quinimo, & Thesaurarium, vel alium publicum administratorem, qui aliquid ex Regio patrimonio sibi dolose occultauit, & approptiauit, nec in rationibus intulit pœna mortis condemnari poterit, iuxt. text. in §. item lex Iulia. peculatus inst. de pub. iudit. nec non & in alijs pœnis isti administratores incurrũt de quibus habetur in l. placet. C. de excusa. mune. lib. 10. l. de hinc C. de super exactor tribuit eod. lib. l. Iudices 12. C. de dignita. eod. lib. vide Decia. in 2. tom. crimi. lib. 6. cap. 29. n. 8. & Bonadil. lib. 5. c. 4. n. 86. vbi dicit, quod non solum isti vsurpatores bonorũ publicorum regaliumve pœna arbitraria corporali castigari possunt verum, & pœna mortis per prædicta iura puniendi sunt, quinimo & vltra prædictas pœnas sunt condemnandi ad restitutionem eius, quod vsurpauerunt cum maiori interesse ex glo. in l. cum quidam. §. eos, qui verbo notum est, ff. de vsur. quam sequitur Bonadil. d. l. 5. c. 4. n. 86.

62 Rursus si officialis Horrei, vel positi publici aliquid tritici, vel pecuniæ

niæ vsurpauerit, vel in ipsius proprios vsus conuerterit, aliquidve ex hoc lucrauerit deportationis pœnæ subjicitur, & in totius substantiæ suæ amissionem condemnari debet juxta text. in l. 3. C. de condi. in publi. orreis ac rursus tale lucrum huiusmodi posito applicabitur ex Plat. in l. 1. C. de auro publi. perseq. id-
63 que tenet Auendan. 2. part. de exeq. mand. cap. 24. num. 3. ideoque oportet, quod administrator summa cum rectitudine in officio se gerat veridicamque rationem suę administrationis reddat, alias autem si ratio vera, & recta non fuerit, vt falsus a lege punitur, vt in l. 1. §. tutores, ff. de falsis, ibi *perinde puniantur ac si falsum commisissent*, & ibi hoc tenet Bar. ac itidem perpetua infamia notantur vt in l. 1. ff. de his, qui notantur infam. neque ab Imperiali beneficio, vlla absolutione huiusmodi notæ fruuntur, vt in l. fin. C. arbitr. tutelæ Damaud. de tutore c. 5. num. 4.

64 Denique sicut seuere contra Iudices, & officiales proceditur in visita seu syndicatu illos condemnando in pœnis priuationis officij, exilij, & aliarum, vt supra ostensum fuit, ita visitatores in eorum sententijs, quando dicti Iudices & officiales laudabiliter se habuerunt in ipsorum officijs debent sententiam proferre de officio bene gesto, & per literas certiorem facere Dominum Regem, Proregem aliumque dominum superiorem de sententijs & decretis latis in fauorem dictorum iudicum, & officialium iuxta text. in l. fin. C. de professo. & medic. lib. 10. l. per hanc, C. de num. & actuar. lib. 12. vbi Imperator Anastasius prouidet, vt in fine officij detur sententia absolutoria ad hoc vt officialis seu Iudex reddatur sufficiens ad promotionem aliorum officiorum. Iudex enim qui in officio laudabiliter se habuit est publice commendandus, vt l. iustissimos, C. de officio Rector. prouin. & l. 1. C. de stat. & imagin. vbi vbi Bar. plura cumulat de honore faciendo officialibus in fine officij, & ex hoc laude virtuosi iudices disponuntur magis ad virtutem, & econtra si male gesserunt sunt vituperandi secūdū Paris. de Put. de syn. verbo commodo autē fol. 37. & facit tex. & ibi Ioan. de Plat. in l. vni. C. de quęstor. & magistr. offico. lib. 12. vbi qui in administratione publicorum officiorum se bene gesserunt debēt clamorisis laudibus populi cōmendari.

65 Et è conuerso, qui male se gesserunt tanquam iniusti, & malefici quærelarum vocibus sunt vno ore accusandi, vt in dict. l. iustissimos, & l. quoniam venerabilis, C. de Episcop. & Cleric. Hinc dixit Platea. in d. l. vnica, C. de Questor. & Magistra. quod Rex delectatur cum audit officiales suas collaudari a subditis de bono regimine officij, plura tradit Auil. in cap. 3. iudicium syndicatus num. 12. fol. mihi 265. Et ex his probatur bona syndicatorum officialium fama, Bertazol. consil. 81. sub num. 7. Rauden. consil. 49. num. 124. vnde Bald. in titulo de pace Constan. dixit, quod officiali in signum bonæ administrationis dabantur per communitates aliqua iocalia, vel armatura, seu vexilla, quæ deinde in signum bonæ administrationis deferebant ad alia officia. & in eorum introitu ponebant in fenestris Palatij, & not. Azeued in l. 7. n. 1. & 2. tit. 7. lib. 3. recopil.

66 Ex prædictis infertur, quod Iudex seu officialis absolutus per Visitatorem, potest acusatorem, seu quærelantem prosequi & acusare de iniusta quærela, & iniuria sibi illata, vt in auth. vt iudic. sine quoque

suffragio, §. ex aduerso, Parif. de
Puteo. in verbo (iniuria officialis)
Cumia. in sua praxi. de synd capit.
24 num. 76. Auil. in cap. 1. prætor
in verbo (donation) num. 41. cum
sequen. Cancer lib. 2. cap. 2. n. 165. in
fine, & lib. 3. cap. 12. num. 45. & talis
97 accusans indebite officialem in visi-
ta seu sindicatu debet acriter puniri
vt tradit Testay allega. 9. num. 228.
Alex. Raud. cons. 50. num. 479. &
seq. Cumia. in dicto cap. 24. n. 76.
68 vbi ponit quod in isto casu probare
debeat officialis.

69 Vlterius vbi plures fuerunt officia
les in officio subordinati, & vnica
sententia per visitatorem omnes cō-
demnati fuerint teneutur tunc inso-
lidum, quamvis in exequutione lo-
cum habeat inter eos remedium di-
uisionis iuxt. text. in l. si multis, ff. de
publica. vbi DD. communiter Pa-
rif. de Put. de syndic. in verbo plu-
res officiales, Dom. de Ponte. decis.
10. num. 3. qui hoc intelligit si omnes
70 sint soluendo subdens ita fuisse deci-
* sum in supremo consilio, ceterum ta
lis officialis seu Iudex in syndicatu
71 condemnatus non tenetur nisi in
quantum facere potest, ita Marc. An
ton. de Amat. decis. 16. num. 16. & ibi
num. 26. dicit quod habens tale pri-
uilegium carcerari non potest.

72 His subsequitur, quod sententia
lata contra officialem debet prius
exequutioni mandari contra eum,
quam contra eius fideiussores, eo
quod ipsi conueniri non possunt, ni-
si excussione præcedente dato, quod
renuntiassent beneficio de fideiusso-
ribus per tex. in l. 2. §. fin. ff. de admi-
nistra. rer. ad ciuit. pertinen. & ibi
Bart. & Alex. idem Bart. in l. 1. C.
de conuenien. fisc. debit. lib. 10. Pa-
rif. de Put. de synd. in verbo (subji-
cio) n. 11. in fin. fol. 121. Amod. Iusti.
in eod. tract. num. 207. & 208. Nisi
tamen renuntiatum esset excussio-
nis beneficio, alijsq. priuilegijs, quo
in casu fideiussores teneptur etiam
non excusso principali ad notat. per
Bart. in l. 1. ff. de administr. rer. ad
ciuit. pertin. Auil. in cap. 10. iudic.
syndic. num. 4. fol. mihi 274. vbi ad-
monet visitatores quatenus in hu-
iusmodi fideiussionibus recipiendis
recipiant fideiussionem late vt com-
præhendat omnem causam, & con-
demnationem, quæ contra officia-
lem euenire posset, quomodocunque
qualitercunque, & ex quacunque
causa, vt ibi per eum quem sequitur
* Gutier. lib. 1. qq. pract. quest. 40. n.
2. in fi. referens ita fuisse iudicatum,
de quo vide latissime Bouadil. lib. 5.
c. 1. n. 85.

73 Demum quia Visitator vt suspec-
tus recusari potest, vt tradit Parif. de
Put. de synd. in verbo suspicio, Boua-
dil. lib. 5. c. 1. n. 236. Mastril. de Magi-
str. lib. 6. cap. 3. n. 20. & 21. vbi ex sua
decis. 151. n. 77. inquit quod Prorex
potest etiam recusari vti suspectus &
late diximus supra in cap. 6. per tot.
74 quare Doctorum ratio est, quia cor-
da geris imperator lites sine suspicio
ne ventilari l. apertissimi, C. de iudic.
l. specialis, C. eod. Tiber. Decia. in 2.
tom. crimin. lib. 4. c. 6. num. 2. & seq.
Hinc fit, quod sententia lata per Vi-
75 sitatorem recusatum vti suspectum
est nulla, sicut, & omnia alia acta per
eundem facta post recusationem, vt
not. Osasc. decis. Pedem. 84. num. 4.
& 5. vbi testatur de communi, & ma-
gis communi opinione Bursat. cons.
21. n. 22. lib. 1. & ante omnes Franc.
in cap. cum speciale de appella. sub-
dens quod proposita recusatione Iu-
dex nulliter procedit, quamuis in ta-
li casu adiunctum dari debere, & nō
remouendum esse Visitatorem scrip
serunt Marant. in specula. part. 4.
dist. 5. num. 40. & Iacob. Lautent.
in tract. de Iudice suspecto, cap. 5.
num. 24.

Sed

76 Sed an Visitatores, qui sub pœna tenentur proferre sententias, intra terminum eis per statuta terrarum præfixum, si intra illum eas non protulerint, possint lapso termino postea proferre. Responde; quod si tempus statuti, ad sententiandum, non statuitur instantiæ, sed Iudici, si ille intra illud tempus non declarauerit incidit in pœnam (dummodo fuerit requisitus) & tamen vtiq. post tempus poterit declarare, & sententiare, ex tex. in l. vnica, C. vt omnes iudices, tam ciuiles, quam crimi. late Roma. consil. 415. & 417. in fine. Marsil. singul. 183. num. 1. Corra. cõs. 45. num. 16. & 17. vol. 2. Paul. Castr. cons. 184. vol. 1. & cons. 1. n. 5. vol. 3. Paris. de Pute. de syndic. verbo instantia col. 2. plures refert don Ludouic. a Peguer. in praxi rubr. 10. num. 4. & rub. 24. de sentent. post num. 1. Iacob. Cancer p. 3. c. 12. n. 78. 79. & 80. & 244. vsq. 258. vbi subdit ex Romano, & alijs, quod vbicunq. statutum ad finiendum causam præfigit terminum personę Iudicis verbis in eum directis lapsus termini nunquam excludit Iudicem, a cognitione, & pronuntiatione, & ex Mier. tradit instantiam syndicatus durare vsque ad triginta annos, & alia circa hæc refert quæ per te videas.

77 Illud autem te scire oportet, quod causa syndicatus, seu visitationis benignitatis causa id habet speciale, vt sententia lata ex eo quod nõ est probatum transit in auctoritatem rei iudicatæ, etiam sit fiat absolutio ob cõtumatiam non comparentium adeo quod officialis visitandus amplius molestari non potest ex tex. in l. si eo tempore C. de remis. pigno. e. si. ext. qui matri. accus. non poss. & ita resoluit, Paris. de Puteo de synd. in verb. officialis: finito officio, Auil. in cap. 3. iud. syndic. n. 11. Paz. qui alios refert in cap. vnico, 1. tom. octau. partis n. 11. ad medium fol. mihi 206. & nouissime Ioan. Gallego in suo responso de synd. p. 1. c. 4. de sententia. absolutoria n. 13. & seq. vbi plura eruditione digna ad propositum refert.

78 Sententias vero a Visitatoribus prolatas, vbi ab eis appellatum non fuerit licite exequi posse nulli dubiũ est, notat Mastril. in tract. de Magist. 79 lib. 6. c. 11. n. 7. Et similiter Visitatores suas sententias exequi poterunt; quando per statuta terrarum prohibita esset ab eis appellatio prout in Cathalonia prohibetur a sententijs latis per Visitatores domus Deputationis iux. c. 1. nouæ reformationis curiarum anni 1599.

Et quia materia sententiæ nimis prolixa est; & integrum codicem requirit habetq. titulos, & tractatus peculiares, vt in ff. de re iudica. & in C. de sentent. & in volumine Decretalium, & in lib. 6. & in Clementinis & apud nos in tit. de sentent. in vol. 1. const. pag. 400. & per D. Ludouic. a Peguet. in sua pract. Rub. de sentẽtijs per Iacob. Cancer lib. 3. cap. 17. & Marant. de ordine iudic. in 3. p. sextę partis actu. 1. per totum, & Rebuf. in repetitione legis, quod iussit ff. de re iudic. Panormita. in cap. querelam, n. 10. de electio. Iosep Cumia. in praxi. de synd. cap. 24. de sententijs per tot. Mastril. in tract. de Magistra. lib. 6. cap. 11. per tot. Bouadil. lib. 5. c. 1. n. 140. de la remissió de las sentencias, & nouissime per Egregium Senator Ioan. Gallego in respons. de syndic. p. 1. c. 4. de sentẽtia absolutoria. Quibus in locis latissimo sermone agitur quid sit sententia, quibus verbis concipienda, in cuius personã proferenda, quid continere debeat, in quo diferat ab interlocutoria, & alia quã plurima ad materiam visitationis applicandas referuntur, ideo consulto sola remissione contentus omnia supradicta omitto.

CAPVT XXVII.

DE APPELLATIONIBVS INTERPONENDIS A SENTENTIIS CONTRA MAGISTRATUS, & officiales latis, vbi circa visitationem Ecclesiasticam respectu appellationum, aliqua notabilia notantur.

SVMMARIVM.

1 *APPELLATIONIS remedium grauatis, oppreßis commune refugium est, ac valde necessarium nuncupaturq. antidotum seu theriaca contra venenum primi Iudicis, præsidiumque innocentiæ, arx, & tutißimũ refugium persecutionem patientibus, vt n. 2.*

3 *Iudex, qui in casu appellabili appellationem denegat mortaliter peccat.*

4 *Materia appellationis plenius plenius, quam alia est tractanda.*

5 *Appellari potest, a sententia lata in syndicatu contra Magistrutũ, Iudicem, & officialem.*

6 *Nulli officialium C. quorum appella. non reci. declaratur.*

7 *Officialis in Cathalonia dumtaxat semel tantum appellare potest a sententia per Iudices tabulæ contra ipsum lata.*

Iudices causarum appellationum Iudicum tabulæ infra triginta dies causas appellationum terminare, & declarare debent.

9 *Officialis cõdemnatus per Iudices tabulæ in quantitate, vel re valoris quingentorum solidorum, vel minoris non potest in Cathalonia appellare.*

10 *Officialis in iudicio tabulæ condemnatus in quantitate, vel re valoris vltra quingentos solidos, vel etiam de minori tangente infamiam, vel inflingente pœnã corporalem potest appellare.*

11 *Officialis vbi a syndicatu fuerit absolutus eius aduersarius poterit semel appellare.*

12 *Fiscus in causis sindicatus non appellat in Cathalonia.*

13 *Appellare quando licet tertio pluribus exemplis demonstratur, n. 13. & 14.*

14 *In appellatione licet non sit exprimenda causa, fallit tamen quãdo*

do appellatio interponitur per tertium.

16 Iudex causa appellationis habet iurisdictionem limitatam, circa ea, quæ in prima instantia vertebãtur, & non super alijs.

17 Appellans licet regulariter possit in causa appellationis deducere, allegare & probare, quod in priori iudicio fuerat prætermissum, verũ in iudicio syndicatus nõ licet eidẽ appellanti nouas querelas proponere, nec noua instrumenta producere, cũ causa appellationis syndicatus ex eisdẽ actis terminãda sit num. 17. quod maximè procedit in Catholonia, vt ibidem numer. 18. & redditur ratio num. 19.

20 Appellare an possit fiscus, & quod possit, sex referuntur fundamenta. n. 21. 22. 23. 24. 25. 26.

27 Fiscus in Cathalonia de consuetudine, & legibus eiusdem Principatus non appellat.

28 Consuetudo Cathaloniæ, à principio prohibuit appellationem Fisco.

29 Constitutio Cathaloniæ similiter prohibuit Fisco, & qua ex causa id statutum fuit.

30 Fiscus in Cathalonia potest appellare in causis ciuilibus, vbi iurasset noua instrumenta, vel documenta, ad eius notitiam peruenisse, ex quibus sperasset sententiam, contra eum latam retractandã, vel in melius commutandam fore.

31 Appellare non licet Fisco in Cathalonia in causis syndicatus, nec alijs, & redditur ratio. num. 32. 33. 34.

35 Fiscus sicut in Catholonia non potest appellare à sententia contra eum in syndicatu lata, ita non potest adherere appellationi per tertium interpositæ n. 35. quod tamen declara, vt eidem n. 36. 37. & 38.

39 Appellatio nulla non deuoluit iurisdictionem ad superiorem ad effectum cognoscendi de merito causæ.

40 Pœnæ appellantium malè, & temere quæ sint.

41 Responsio ad argumenta pro fisco allegata num. 41. & sequentibus.

48 Appellatio recursus, nec supplicatio non admittitur in Cathalonia à sententijs latis per Visitatores domus insignis Deputationis, quod & in Aragonia idem obseruãtur in sententijs latis per Deputatos illius Regni, n. 49.

50 Appellatio nõ admittitur à sentẽtia cõfirmatoria lata per iudicẽ causarũ appellationũ Iudicum tabulæ, verũ litium est dicere de nullitate vbi nullitas est notoria, & ita practicatur, & obseruauatur in Regia Audientia, vt num. 51.

A sen-

52 A sententia reuocatoria lata per Iudicem causarũ appellationũ an liceat appellare.

53 Appellans in syndicatu non potest nouas probationes facere, sed grauamen iustificare tenetur ex eisdem actis.

54 Appellatio interposita à sententijs latis per Iudices tabulæ in aliquibus casibus est repellanda per judicem appellationum.

55 Appellans nõ obtinens sententiam sui fauorem est in omnibus expensis condemnandus, secus autem quando sententia judicis appellationis est reuocatoria primæ sententiæ, quia tunc vtraq. pars censetur habere juxtam causam litigandi.

56 Appellare non licet officiali condemnato per dolum aut baratariam, sed ad superiorem recurrere poterit, n. 57.

58 Administrator condemnatus ad reddendas rationes suæ administrationis quamuis appellet cogitur eas reddere non obstante appellatione.

59 Executio sententiæ non suspenditur, contra curatorem, condemnatum ad reddendam rationẽ, per appellationem per ipsum interpositam.

60 Officiales condemnati appellant coram eodem Visitatore, & si sit absens n. 61.

62 Episcopus visitans prouinciam à visitatione, per eum facta super morum correctione nõ admittitur appellatio, & aßignatur ratio n. 63.

64 Ampliatur etiam quod ad sedem Apostolicam fuisset appellatum, & inhibitio inde sequuta, quia nihilominus talis appellatio, & inhibitio, non suspenderet executionem eorum, quæ Episcopus decerneret, super his, quæ spectant ad visitationem, aut morum correctionem.

65 A Præcepto facto per Episcopum in actu visitationis alicui, de residendo in ecclesia non admittitur appellatio, nisi ex causa rationabili.

66 Abbas corrigendo monachum subditum suum, à tali correctione non datur appellatio, sed ab excessu correctionis bene admittitur num. 67.

68 Prælati in visitatione quandoque excedere solent vide remißiue multa de excessu prælatorum, & nu. 69. explicantur aliquos casus.

70 Appellatio vbi ab excessu interponitur requiritur, quod in appellatione exprimatur causa grauaminis, & aßignatur ratio num. 71.

72 Abbas quando est nimis seuerus in corrigẽdo tũc ab isto excessu appellatio interponenda est ad capitulũ, & illud adhiberi debet.

APPEL-

1 APPELLATIONIS remedium oppressis, & grauatis commune refugium est, ac ideo valde frequens, & necessarium: vt inquit Iuris Consultus in l.1.in principio l.a sententia, ff.de appellatio.cap.omnis oppressus,cap. ideo.2. q. 7. Hinc Diuus Bernardus in lib. 1. de consideratione ad Eugenium testatur, appellationem esse grande, & generalem bonum mundo, idq. tam necessarium hominibus, quam sol mortalibus: nam sol iustitiæ est prodens, & redarguens opera tenebrarum. Quo circa Bald. in l. 1.in fine, C.de momenta.possess.
2 asserit appellationem esse antidotũ seu theriacam contra venanum primi Iudicis, & in cap. cum speciali §. porro extra de appellationib. & ibi DD. vocatur appellatio præsidium innocentiæ,portus securus nauigantibus, arx, & refugium tutissimum persecutionẽ patientibus. Hinc ideo
3 dicitur, quod Iudex, qui in casu appellabili appellationẽ denegat mortaliter peccat, secundum Nauar. in manua.cap.25.num.14.quem refert, & sequitur Bouadilla lib. 5. cap.3. n. 78. sub litera H. vnde glos. in l.1.in
4 princip. ff.de appellatio. dixit quod de hac appellationis materia plenius quam de alia est tractandum: nos vero cum presenti solummodo attingemus magis, quotidiana, & in praxi necessaria circa materiam visionis.

5 Premito igitur primum, quod de iure communi a sententia lata contra Magistratum, Iudicem, & Officialem in visita, seu syndicatu appellari potest secundum Specul. in tit.de appellatio.§.3.Paris.de Put.de syndicatu, verbo (Appellatio) cap.1. nu. 16. & 18. hanc esse ait magis communẽ & veriorem opinionem Caual. de Brachio regali. part. 5. n. 250.Auil. in cap. 9.iudic.syndicat.glos.Apelle Bouadil.lib.5.cap.1.num.247. Sigismund.Scaccia in tract. quæst. 17. limit.16.9.& vers.quidquid sit,cui cõclusioni non refragatur tex.in l. nul-
6 li officialium. C.quorum appellatio. non recepi cap.ei, qui appellat.§.nulli quoq.2. quæst.6.vbi probari videtur prohibitam esse appellationem a sententia contra Iudicem in syndicatu lata: Nam respondetur tex. illum non loqui de appellatione interponenda a sententia Iudicis syndicatoris, sed de appellatione interponenda a sententia Iudicis condemnantis suum officialem, a qua merito appellatio interdicitur, cum maxima præsumptio sit, quod Iudex aduersus suum officialem iniustam sententiã non proferat, ita illum tex. intelligit glos. ibi & in d. cap. ei qui.§. nulli quoq.2. q. 6. quam interpretationẽ sequitur ibi Bar. & Paul. de Castr. & Auiles in d.cap.9. iudic. syndic.glo. appelle.num.1.& Marant.de ordine iud.6.p.actu. 2.num.290. late Sigismund. Scaccia in tracta. de appella. q.17. limit. 16.n.1.3.4.& 5.

7 In Cathalonia vero officialis condemnatus semel tantam libere potest appellare, quia extat Cõstitutio 4.incip.Tot Veguer,ibi *mas aquell official se puxa appellar a Nos vna vegada, tans solament*, sub tit. de de offici de Iutges de taula pag.121. & adeo permittitur officialibus condemnatis appellare a sententijs contra ipsos latis, quia in eadem Constitutione dominus Rex promittit assignare, & deputare duos Iuris peritos idoneos, vnum in Ciuitate Barcinone, & alium in Ciuitate Illerdæ pro determinandis, & decidendis appellationib. quæ emit-

tuntur

8 tantur a Iudicibus Tabularum. Qui
quidem Iudices appellationum secũ-
dum const.7.incip.ordenã de cõsell
eiusdem tituli vers. *E nos ara de present*
pag.124. tenentur præstare sacramẽ
tum, & homagium domino Regi
quod determinabunt secundum iustitiam,
& eorum bonam conscientiã
dictas appellationes hoc est quamli-
bet earum infra triginta dies conti-
nuè subsequentes, postquam appella
tio facta fuerit.

9 Præterea officialis per Iudices ta-
bulæ condemnatus in quãtitate, vel
re valoris quingentorum solidorum
vel minoris non potest a tali condẽ-
natione appellare, prout sic legitur
in dicta const. 7. incip. ordenam, &
in versic. ibi, E si algu dels dits offi-
cials, pag.124.

10 Sed vbi officialis in iuditio tabu-
lę fuerit condemnatus in quantitate,
vel re valoris vltra dictos quingen-
tos solidos, vel etiam de minori tan-
gente infamiam, vel infligente pœ
nam corporalem poterit tunc appel
11 lare semel tantum. Et similiter si fue
rit officialis absolutus poterit aduer-
sarius appellare semel tantum in ca-
sibus in quibus officialis condemna-
tus posset appellare, & etiam qui-
libet poterit se iuuare beneficio ap-
pellationis alterius partis, vt hæc om
nia notantur in dicta const. 7. incip.
ordenam, vers. mas de condemna-
cio de major valor dicta pag. 124.
super quo vide notata per DD. in l.
omnem C. quando prouo. non est
necesse, l. ampliorem. C. de appela.
& specul. in tit. de appella. §. in qui-
bus 2. p.

12 Notandum tamen est, quod in
Cathalonia fiscus a sententijs contra
se latis non appellat, vt probatur in
consti. Serenissimi Regis Martini
quæ est septima incip. per toltre ve-
xasions, sub tit. de appellations, quæ
constitutio locum etiam habet, &
procedit in iuditio visitationis in
quo non licet fisco appellare, vt not.
Mier. part. 1. cap. 7. de tabula. num.
83. colla. 4. fol. mihi 85. latæ & erudi-
te probat Ioan Gallego in d. suo res
ponso de syndicat. part. 1. cap. 9. per
totum.

13 Præterea circa hanc appellationis
materiam, quoddam egregium, ac
bene enucleatum dubium, referre,
ac proponendum duxi, quod in hac
patria acerrimè disceptatum fuit, per
subtilissimum ac doctissimum Iose-
phum Ferrer Regię Audientię Prin
cipatus Cathaloniæ dignissimũ Se-
natorem, & nunc illius Decanum,
Dominum meum summè colendũ,
cuius tanti viri opera pro huius opus
culi ornatu transcribere in eo decre-
ui. An scilicet Don Alexandro de
Lentorn in ciuitate Barcinone popu
lato, vel Fisco Regiæ Visitæ in dicto
Principatu Cathaloniæ contra Re-
gios officiales dicti Principatus fac-
tæ licuerit appellare, a sententia cõ-
tra dictum Fiscum quærelantem, &
pro eodem Iosepho Ferrer Regio
Senatore, in dicto Syndicatu lata 5.
Ianuarij 1613. Et an fisco licuerit ad-
hærere, prout adhæsit appellationi
per dictum don Alexandrum a dicta
sententia interpositæ die 14. dictorũ
mensis, & anni, cui dubio per eundẽ
egregium Senatorem sic responsum
14 & satisfactum fuit. Quod licet, alio
condemnato, tertius cuius interest,
ratione sui Interesse, quandoque ad-
mittatur ad appellandum, vt dicunt
I.C. Marcellus in l. 4. ab executore,
§. alio condemnato, ff. de appellat. &
relation. & Vlpian. in l. 1. ff. de appel-
lat. recip. tamen decipiuntur nonul-
li Doctores, quorum vnus post alium
frequenter currunt, vt dicit Anto-
nin. Thesau. in decis. Pedemon. de-
cis. 134. num. 15. qui affirmarunt que-
lecunq. interesse sufficere, vt tertius
appellare possit; tũ quia Innocen. P.
3. in

nes debent diligi, quia Deus, eos diligit, mali vero debent expelli ab omni honore, quia seruiunt diabolo, & sunt sine conscientia. In Cathalo-
57 nia vero officialis per sententiam condemnatus, propter fraudem, corruptionem, baratariam, aut aliam magnam culpam, quæ dolo æquiparatur, amplius ad officium redire nequit, vt habetur. vt in const. 4. vers. *è si condemnat sera en alguna cosa lo official per raho del offici, que null temps no tinga offici nostre* & in constit. 6. ibi. *per frau, ò per corruptio, ò per gran culpa per ell comesa* sub tit. de de offici
58 de Iutges de taula. Pro leui tamen culpa poterit officialis redire ad officia. not. Mier. par. 1. cap. 2. num. 3.
59 colla. 4. fol. mihi 70. vbi etiam subdit, quod officialis cōdemnatus propter fraudem, & corruptionem, aut propter magnam culpam nunquam
* potest tenere officium regium, & ita fuit iudicatum in regia Audientia, vt refert Cancer par. 3. cap. 12. num. 94. & 95. Fontanella de pact. nuptialib. primo tom. glos. 10. part. 1. nu.
60 58. fol. mihi 149. vbi sub nu. 58 dicit quando dicatur delictum magnum, graue, & quando paruum, vt ibi per eum latius videre poteris.

61 Præterea visitatores in eorū sententijs, possunt publicos, vel regios administratores corporalibus pœnis ob dolos, & fraudes in administratione commissos condemnare, & punire, & loquendo in Regio Thesaurario, vel tributorum exactore, est text. elegans in Auth. de mandatis principium §. coges, vbi Thesaurarius, vel exactor, qui aliqua bona vel pecunias a se collectas, vel receptas ocultauit dolosève retinuit, nō reddendo rationem illarum pœna amputationis manus punitur, & ita tenet Acur. ibi verb. manus amputationem quā sequitur Socin. consl. 56. vers. (quinto & vltim.) repetito in cōsil. 213. lib. 1. Olascus decis. 70. n. 9. in fine. Et loquendo in decurioribus reipublicæ plumbatorum ictibus fustigandos fore voluit Iustinianus in l. quælibet 40. C. de decurio. lib. 10. l. 2. & 3. C. de his qui ex public. eod. lib. l. fin. C. de cond. in pub. horre. eod. lib. & tit. ad l. Iul. pecula. Puteus de synd. verb. Iudices cap. 3. post. euidentalia Cæphal. consl. crimin. 39. n. 61. & 62. Bonifac. in Peregin. verb. furtum col. 4. fol. 219. Auenda. in c. 10. prætor. 2. par. num. 34. Mexia de pane condu. nu. 67. Petr. Grego. de syntagma. iur. 2. par. lib. 18. cap. 14. n. 10. late Tiber. Decian. 2. tom. crim. lib. 8. cap. 28. & seq. vsq. ad 41. Quinimo, & Thesaurarium, vel alium publicum administratorem, qui aliquid ex Regio patrimonio sibi dolose ocultauit, & appropriauit, nec in rationibus intulit pœna mortis condemnari poterit, iuxt. text. in §. item lex Iulia. peculatus inst. de pub. iudit. nec non & in alijs pœnis isti administratores incurrūt de quibus habetur in l. placet. C. de excusa. mune. lib. 10. l. de hinc C. de super exactor tribuit eod. lib. l. Iudices 12. C. de dignita. eod. lib. vide Decia. in 2. tom. crimi. lib. 6. cap. 29. n. 8. & Bonadil. lib. 5. c. 4. n. 86. vbi dicit, quod non solum isti vsurpatores bonorū publicorum regaliumve pœna arbitraria corporali castigari possunt verum, & pœna mortis per prædicta iura puniendi sunt, quinimo & vltra prædictas pœnas sunt condemnandi ad restitutionem eius, quod vsurpauerunt cum maiori interesse ex glo. in l. cum quidam. §. eos, qui verbo notum est, ff. de vsur. quam sequitur Bouadil. d. l. 5. c. 4. n. 86.

62 Rursus si officialis Horrei, vel positi publici aliquid tritici, vel pecuniæ

niæ vsurpauerit, vel in ipsius proprios vsus conuerterit, aliquidve ex hoc lucrauerit deportationis pœnæ subjicitur, & in totius substantiæ suæ amissionem condemnari debet iuxta text. in l. 3. C. de condi. in publi. orreis ac rursus tale lucrum huiusmodi posito applicabitur ex Plat, in l. 1. C. de auro publi. perseq. id-
63 que tenet Auendan. 2. part. de exeq. mand. cap. 24. num. 3. ideoque oportet, quod administrator summa cum rectitudine in officio se gerat veridicamque rationem suę administrationis reddat, alias autem si ratio vera, & recta non fuerit, vt falsus a lege punitur, vt in l. 1. §. tutores, ff. de falsis, ibi *perinde puniantur ac si falsum commisissent*, & ibi hoc tenet Bar. ac itidem perpetua infamia notantur vt in l. 1. ff. de his, qui notantur infam. neque ab Imperiali beneficio, vlla absolutione huiusmodi notæ fruuntur, vt in l. fin. C. arbitr. tutelæ Damaud. de tutore c. 5. num. 4.

64 Denique sicut seuere contra Iudices, & officiales proceditur in visita seu syndicatu illos condemnando in pœnis priuationis officij, exilij, & aliarum, vt supra ostensum fuit, ita visitatores in eorum sententijs, quando dicti Iudices & officiales laudabiliter se habuerunt in ipsorum officijs debent sententiam proferre de officio bene gesto, & per literas certiorem facere Dominum Regem, Proregem aliumque dominum superiorem de sententijs & decretis latis in fauorem dictorum iudicum, & officialium iuxt. text. in l. fin. C. de professo, & medic. lib. 10. l. per hanc, C. de num. & actuar. lib. 12. vbi Imperator Anastasius prouidet, vt in fine officij detur sententia absolutoria ad hoc vt officialis seu Iudex reddatur sufficiens ad promotionem aliorum officiorum. Iudex enim qui in officio laudabiliter se habuit est publice commendandus, vt l. iustissimos, C. de officio Rector. prouin. & l. 1. C. de stat. & imagin. vbi vbi Bar. plura cumulat de honore faciendo officialibus in fine officij, & ex hoc laude virtuosi iudices disponuntur magis ad virtutem, & ècontra si male gesserunt sunt vituperandi secũdũ Paris. de Put. de syn. verbo commodo autẽ fol. 37. & facit tex. & ibi Ioan. de Plat. in l. vni. C. de questor. & magistr. offico. lib. 12. vbi qui in administratione publicorum officiorum se bene gesserunt debẽt clamorisis laudibus populi cõmendari.

65 Et è conuerso, qui male se gesserunt tanquam iniusti, & malefici quærelarum vocibus sunt vno ore accusandi, vt in dict. l. iustissimos, & l. quoniam venerabilis, C. de Episcop. & Cleric. Hinc dixit Platea. in d. l. vnica, C. de Questor. & Magistra. quod Rex delectatur cum audit officiales suas collaudari a subditis de bono regimine officij, plura tradit Auil. in cap. 3. iudicium syndicatus num. 12. fol. mihi 265. Et ex his probatur bona syndicatorum officialium fama, Bertazol. consil. 81. sub num. 7. Rauden. consil. 49. num. 124. vnde Bald. in titulo de paceConstan. dixit, quod officiali in signum bonæ administrationis dabantur per communitates aliqua iocalia, vel armatura, seu vexilla, quæ deinde in signum bonæ administrationis deferebant ad alia officia. & in eorum introitu ponebant in fenestris Palatij, & not. Azeued in l. 7. n. 1. & 2. tit. 7. lib. 3. recopil.

66 Ex prædictis infertur, quod Iudex seu officialis absolutus per Visitatorem, potest acusatorem, seu quærelantem prosequi & acusare de iniusta quærela, & iniuria sibi illata, vt in auth. vt iudic. sine quoque

Kk suffragio

suffragio, §. ex aduerso, Parif. de Puteo. in verbo (iniuria officialis) Cumia. in sua praxi. de synd. capit. 24 num. 76. Auil. in cap. 1. prætor in verbo (donation) num. 41. cum sequen. Cancer lib. 2. cap. 2. n. 165. in fine, & lib. 3. cap. 12. num. 45. & talis
97 accusans indebite officialem in visita seu sindicatu debet acriter puniri vt tradit Testay allega. 9. num. 228. Alex. Raud. consf. 50. num. 479. & seq. Cumia. in dicto cap. 24. n. 76.
68 vbi ponit quod in isto casu probare debeat officialis.

69 Vlterius vbi plures fuerunt officiales in officio subordinati, & vnica sententia per visitatorem omnes cõdemnati fuerint tenentur tunc insolidum, quamvis in exequutione locum habeat inter eos remedium diuisionis iuxt. text. in l. si multis, ff. de publica. vbi DD. communiter Parif. de Put. de syndic. in verbo plures officiales, Dom. de Ponte. decis. 10. num. 3. qui hoc intelligit si omnes
70 sint soluendo subdens ita fuisse decisum in supremo consilio, ceterum talis officialis seu iudex in syndicatu
71 condemnatus non tenetur nisi in quantum facere potest, ita Marc. Anton. de Amat. decis. 16. num. 16. & ibi num. 26. dicit quod habens tale priuilegium carcerati non potest.

72 His subsequitur, quod sententia lata contra officialem debet prius exequutioni mandari contra eum, quam contra eius fideiussores, eo quod ipsi conueniri non possunt, nisi excussione præcedente dato, quod renuntiassent beneficio de fideiussoribus per tex. in l. 2. §. fin. ff. de administra. rer. ad ciuit. pertinen. & ibi Bart. & Alex. idem Bart. in l. 1. C. de conuenien. fisc. debit. lib. 10. Parif. de Put. de synd. in verbo (subjicio) n. 11. in fin. fol. 121. Amod. Iusti. in eod. tract. num. 207. & 208. Nisi tamen renuntiatum esset excussionis beneficio, alijsq. priuilegijs, quo in casu fideiussores tenentur etiam non excusso principali ad notat. per Bart. in l. 1. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertin. Auil. in cap. 10. iudic. syndic. num. 4. fol. mihi 274. vbi admonet visitatores quatenus in huiusmodi fideiussionibus recipiendis recipiant fideiussionem late vt compræhendat omnem causam, & condemnationem, quæ contra officialem euenire posset, quomodocunque qualitercunque, & ex quacunque causa, vt ibi per eum quem sequitur
* Gutier. lib. 1. qq. pract. quest. 40. n. 2. in fi. referens ita fuisse iudicatum, de quo vide latissime Bouadil. lib. 5. c. 1. n. 85.

73 Demum quia Visitator vt suspectus recusari potest, vt tradit Parif. de Put. de synd. in verbo suspicio, Bouadil. lib. 5. c. 1. n. 236. Mastril. de Magistr. lib. 6. cap. 3. n. 20. & 21. vbi ex sua decis. 151. n. 77. inquit quod Prorrex potest etiam recusari vti suspectus & late diximus supra in cap. 6. per tot.
74 quare Doctorum ratio est, quia corda gerit imperator lites sine suspicione ventilari l. apertissimi, C. de iudit. l. specialis, C. eod. Tiber. Decia. in 1. tom. crimin. lib. 4. c. 6. num. 2. & seq. Hinc fit, quod sententia lata per Vi-
75 sitatorem recusatum vti suspectum est nulla, sicut, & omnia alia acta per eundem facta post recusationem, vt not. Ossasc. decis. Pedem. 84. num. 4. & 5. vbi testatur de communi, & magis communi opinione Bursat. cons. 21. n. 22. lib. 1. & ante omnes Franc. in cap. cum speciale de appella. subdens quod proposita recusatione Iudex nulliter procedit, quamuis in tali casu adiunctum dari debere, & nõ remouendum esse Visitatorem scripserunt Marant. in specula. part. 4. dist. 5. num. 40. & Iacob. Laurent. in tract. de Iudice suspecto, cap. 5. num. 24.

Sed

76 Sed an Visitatores, qui sub pœna tenentur proferre sententias, intra terminum eis per statuta terrarum præfixum, si intra illum eas non protulerint, possint lapso termino postea proferre. Responde, quod si tempus statuti, ad sententiandum, non statuitur Instantiæ, sed Iudici, si ille intra illud tempus non declarauerit incidit in pœnam (dummodo fuerit requisitus) & tamen vtiq. post tempus poterit declarare, & sententiare, ex tex. in l. vnica, C. vt omnes iudices, tam ciuiles, quam crimi. late Roma. consil. 415. & 417. in fine. Marsil. singul. 183. num. 1. Corra, cōs. 45. num. 16. & 17. vol. 2. Paul. Castr. cons. 184. vol. 1. & cons. 1. n. 5. vol. 3. Paris. de Pute. de syndic. verbo instantia col. 2. plures refert don Ludouic. a Peguer. in praxi rubr. 10. num. 4. & rub. 24. de sentent. post num. 1. Iacob. Cancer p. 3. c. 12. n. 78. 79. & 80. & 244. vsq. 258. vbi subdit ex Romano, & alijs, quod vbicunq. statutum ad finiendum causam præfigit terminum personę Iudicis verbis in eum directis lapsus termini nunquam excludit Iudicem, a cognitione, & pronuntiatione, & ex Mier. tradit instantiam syndicatus durare vsque ad triginta annos, & alia circa hæc refert quæ per te videas.

77 Illud autem te scire oportet, quod causa syndicatus, seu visitationis benignitatis causa id habet speciale, vt sententia lata ex eo quod nō est probatum transit in auctoritatem rei iudicatæ, etiam sit fiat absolutio ob cōtumatiam non comparentium adeo quod officialis visitandus amplius molestari non potest ex tex. in l. si eo tempore C. de remis. pigno. c. si. ext. qui matri. acus. non poss. & ita resoluit, Paris. de Puteo de synd. in verb. officialis: finito officio, Auil. in cap. 3. iud. syndic. n. 11. Paz, qui alios refert in cap. vnico, 1. tom. octau. partis n. 11. ad medium fol. mihi 206. & nouissime Ioan. Gallego in suo respon. so de synd. p. 1. c. 4. de sententia. absolutoria n. 13. & seq. vbi plura eruditione digna ad propositum refert.

78 Sententias vero a Visitatoribus prolatas, vbi ab eis appellatum non fuerit licite exequi posse nulli dubiū est, notat Mastril. in tract. de Magist. lib. 6. c. 11. n. 7. Et similiter Visitatores suas sententias exequi poterunt, quando per statuta terrarum prohibita esset ab eis appellatio prout in Cathalonia prohibetur a sententijs latis per Visitatores domus Deputationis iux. c. 1. nouæ reformationis curiarum anni 1599.

79 Et quia materia sententiæ nimis prolixa est; & integrum codicem requirit habetq. titulos, & tractatus peculiares, vt in ff. de re iudica. & in C. de sentent. & in volumine Decretalium, & in lib. 6. & in Clementinis & apud nos in tit. de sentent. in vol. 1. const. pag. 400. & per D. Ludouic. a Peguer. in sua pract. Rub. de sentētijs per Iacob. Cancer lib. 3. cap. 17. & Marant. de ordine iudic. in 3. p. sextę partis actu. i. per totum, & Rebuf. in repetitione legis, quod iussit ff. de re iudic. Panormita. in cap. querelam, n. 10. de electio. Iosep Cumia. in praxi. de synd. cap. 24. de sententijs per tot. Mastril. in tract. de Magistra. lib. 6. cap. 11. per tot. Bouadil. lib. 5. c. 1. n. 140. de la remissió de las sentencias, & nouissime per Egregium Senator Ioan. Gallego in respons. de syndic. p. 1. c. 4. de sentētia absolutoria. Quibus in locis latissimo sermone agitur quid sit sententia, quibus verbis concipienda, in cuius personā proferenda, quid continere debeat, in quo diferat ab interlocutoria, & alia quā plurima ad materiam visitationis applicandas referuntur, ideo consulto sola remissione contentus omnia supradicta omitto.

Kk 2 Insuper

CAPVT XXVII.

DE APPELLATIONIBVS INTERPONENDIS A SENTENTIIS CONTRA MAGISTRATUS, & officiales latis, vbi circa visitationem Ecclesiasticam respectu appellationum, aliqua notabilia notantur.

SVMMARIVM.

1 *APPELLATIONIS remedium grauatis, oppressis commune refugium est, ac valde necessarium nuncupaturq. antidotum seu theriaca contra venenum primi Iudicis, præsidium que innocentiæ, arx, & tutissimũ refugium persecutionem patientibus, vt n.* 2.

3 *Iudex, qui in casu appellabili appellationem denegat mortaliter peccat.*

4 *Materia appellationis plenius plenius, quam alia est tractanda.*

5 *Appellari potest, a sententia lata in syndicatu contra Magistrvtũ, Iudicem, & officialem.*

6 *Nulli officialium C. quorum appella non reci. declaratur.*

7 *Officialis in Cathalonia dumtaxat semel tantum appellare potest a sententia per Iudices tabulæ contra ipsum lata.*

Iudices causarum appellationum Iudicum tabulæ infra triginta dies causas appellationum terminare, & declarare debent.

9 *Officialis cõdemnatus per Iudices tabulæ in quantitate, vel re valoris quingentorum solidorum, vel minoris non potest in Cathalonia appellare.*

10 *Officialis in iudicio tabulæ condemnatus in quantitate, vel re valoris vltra quingentos solidos, vel etiam de minori tangente infamiam, vel inflingente pœnã corporalem potest appellare.*

11 *Officialis vbi a syndicatu fuerit absolutus eius aduersarius poterit semel appellare.*

12 *Fiscus in causis sindicatus non appellat in Cathalonia.*

13 *Appellare quando licet tertio pluribus exemplis demonstratur, n.* 13. & 14.

14 *In appellatione licet non sit exprimenda causa, fallit tamen quã-* do

do appellatio interponitur per tertium.

16 *Iudex causa appellationis habet iurisdictionem limitatam, circa ea, quæ in prima instantia vertebãtur, & non super alijs.*

17 *Appellans licet regulariter possit in causa appellationis deducere, allegare & probare, quod in priori iudicio fuerat prætermissum, verũ in iudicio syndicatus nõ licet eidẽ appellanti nouas querelas proponere, nec noua instrumenta producere, cũ causa appellationis syndicatus ex eisdẽ actis terminãda sit num. 17. quod maximè procedit in Catholonia, vt ibidem numer. 18. & redditur ratio num. 19.*

20 *Appellare an possit fiscus, & quod possit, sex referuntur fundamenta n. 21. 22. 23. 24. 25. 26.*

27 *Fiscus in Cathalonia de consuetudine, & legibus eiusdem Principatus non appellat.*

28 *Consuetudo Cathaloniæ, a principio prohibuit appellationem Fisco.*

29 *Constitutio Cathaloniæ similiter prohibuit Fisco, & qua ex causa id statutum fuit.*

30 *Fiscus in Cathalonia potest appellare in causis ciuilibus, vbi iurasset noua instrumenta, vel documenta, ad eius notitiam peruenisse, ex quibus sperasset sententiam contra eum latam retractandã, vel in melius commutandam fore.*

31 *Appellare non licet Fisco in Cathalonia in causis syndicatus, nec alijs, & redditur ratio. num. 32. 33. 34.*

35 *Fiscus sicut in Catholonia non potest appellare a sententia contra eum in syndicatu lata, ita non potest adherere appellationi per tertium interpositæ n. 35. quod tamen declara, vt eidem n. 36. 37. & 38.*

39 *Appellatio nulla non deuoluit iurisdictionem ad superiorem ad effectum cognoscendi de merito causæ.*

40 *Pœnæ appellantium malè, & temere quæ sint.*

41 *Responsio ad argumenta pro fisco allegata num. 41. & sequentibus.*

48 *Appellatio recursus, nec supplicatio non admittitur in Cathalonia a sententijs latis per Visitatores domus insignis Deputationis, quod & in Aragonia idem obseruatur in sententijs latis per Deputatos illius Regni, n. 49.*

50 *Appellatio nõ admittitur a sententia cõfirmatoria lata per iudicẽ causarũ appellationũ Iudicum tabulæ, verũ licitum est dicere de nullitate vbi nullitas est notoria, & ita practicatur, & obseruatur in Regia Audientia, vt num. 51.*

A sen-

52 *A sententia reuocatoria lata per Iudicem causarũ appellationũ an liceat appellare.*

53 *Appellans in syndicatu non potest nouas probationes facere, sed grauamen iustificare tenetur ex eisdem actis.*

54 *Appellatio interposita à sententijs latis per Iudices tabulæ in aliquibus casibus est repellanda per judicem appellationum.*

55 *Appellans nõ obtinens sententiam sui fauorem est in omnibus expensis condemnandus. secus autem quando sententia judicis appellationis est reuocatoria primæ sententiæ, quia tunc vtraq. pars censetur habere justam causam litigandi.*

56 *Appellare non licet officiali condemnato per dolum aut baratariam, sed ad superiorem recurrere poterit, n. 57.*

58 *Administrator condemnatus ad reddendas rationes suæ administrationis quamuis appellet cogitur eas reddere non obstante appellatione.*

59 *Executio sententiæ non suspenditur, contra curatorem, condemnatum ad reddendam rationẽ, per appellationem per ipsum interpositam.*

60 *Officiales condemnati appellant coram eodem Visitatore, & si sit absens n. 61.*

92 *Episcopus visitans prouinciam à visitatione, per eum facta super morum correctione nõ admittitur appellatio, & aßignatur ratio n. 63.*

64 *Ampliatur etiam quod ad sedem Apostolicam fuisset appellatum, & inhibitio inde sequuta, quia nihilominus talis appellatio, & inhibitio, non suspenderet executionem eorum, quæ Episcopus decerneret, super his, quæ spectant ad visitationem, aut morum correctionem.*

65 A *Præcepto facto per Episcopum in actu visitationis alicui, de residendo in ecclesia non admittitur appellatio, nisi ex causa rationabili.*

66 *Abbas corrigendo monachum subditum suum, à tali correctione non datur appellatio, sed ab excessu correctionis bene admittitur num. 67.*

68 *Prælati in visitatione quandoque excedere solent vide remißiue multa de excessu prælatorum, & nu. 69. explicantur aliquos casus.*

70 *Appellatio vbi ab excessu interponitur requiritur, quod in appellatione exprimatur causa grauaminis, & aßignatur ratio num. 71.*

72 *Abbas quando est nimis seuerus in corrigẽdo tũc ab isto excessu appellatio interponenda est ad capitulũ, & illud adhiberi debet.*

APPEL-

8 tantur a Iudicibus Tabularum. Qui quidem Iudices appellationum secundum const. 7. incip. ordenā de cō sell eiusdem tituli vers. *E sot ara de present* pag. 124. tenentur præstare sacramētum, & homagium domino Regi quod determinabunt secundum iustitiam, & eorum bonam conscientiā dictas appellationes hoc est quamlibet earum infra triginta dies continuè subsequentes, postquam appellatio facta fuerit.

9 Præterea officialis per Iudices tabulæ condemnatus in quātitate, vel re valoris quingentorum solidorum vel minoris non potest a tali condēnatione appellare, prout sic legitur in dicta const. 7. incip. ordenam, & in versic. ibi, E si algu dels dits officials, pag. 124.

10 Sed vbi officialis in iuditio tabulę fuerit condemnatus in quantitate, vel re valoris vltra dictos quingentos solidos, vel etiam de minori tangente infamiam, vel inflingente pœnam corporalem poterit tunc appel-

11 lare semel tantum. Et similiter si fuerit officialis absolutus poterit aduersarius appellare semel tantum in casibus in quibus officialis condemnatus posset appellare, & etiam quilibet poterit se iuuare beneficio appellationis alterius partis, vt hæc omnia notantur in dicta const. 7. incip. ordenam, vers. mas de condemnacio de maior valor dicta pag. 124. super quo vide notata per DD. in l. omnem C. quando prouo. non est necesse, l. ampliorem, C. de appella. & specul. in tit. de appella. §. in quibus 2. p.

12 Notandum tamen est, quod in Cathalonia fiscus a sententijs contra se latis non appellat, vt probatur in constit. Serenissimi Regis Martini quæ est septima incip. per tolre vexations, sub tit. de appellations, quæ constitutio locum etiam habet, & procedit in iuditio visitationis in quo non licet fisco appellare, vt not. Mier. part. 1. cap. 7. de tabula. num. 83. colla. 4. fol. mihi 85. latæ & erudite probat Ioan Gallego in d. suo responso de syndicat. part. 1. cap. 9. per totum.

13 Præterea circa hanc appellationis materiam, quoddam egregium, ac bene enucleatum dubium, referre, ac proponendum duxi, quod in hac patria acerrimè disceptatum fuit, per subtilissimum ac doctissimum Iosephum Ferrer Regię Audientię Principatus Cathaloniæ dignissimū Senatorem, & nunc illius Decanum, Dominum meum summè colendū, cuius tanti viri opera pro huius opusculi ornatu transcribere in eo decreui. An scilicet Don Alexandro de Lentorn in ciuitate Barcinone populato, vel Fisco Regiæ Visitæ in dicto Principatu Cathaloniæ contra Regios officiales dicti Principatus factæ licuerit appellare, a sententia cōtra dictum Fiscum querelantem, & pro eodem Iosepho Ferrer Regio Senatore, in dicto Syndicatu lata 5. Ianuarij 1613. Et an fisco licuerit adhærere, prout adhæsit appellationi per dictum don Alexandrum a dicta sententia interpositæ die 14. dictorū mensis, & anni, cui dubio per eundē egregium Senatorem sic responsum

14 & satisfactum fuit. Quod licet, alio condemnato, tertius cuius interest, ratione sui Interesse, quandoque admittatur ad appellandum, vt dicunt I.C. Marcellus in l. 4. ab executore, §. alio condemnato, ff. de appellat. & relation. & Vlpian. in l. 1. ff. de appellat. recip. tamen decipiuntur nōnulli Doctores, quorum vnus post alium frequenter currunt, vt dicit Antonin. Thesau. in decis. Pedemon. decis. 134. num. 15. qui affirmarunt quecunq. interesse sufficere, vt tertius appellare posit: tū quia Innocen. P. 3. in

16 Item ex eo dictus don Alexander vt tertius voluntariè appellans audiri non debet, quod nouissimè per eũ in suo libello appellatorio exposita, nouas querelas continent, super quibus in iudicio appellationis, etiam si dicto don Alexandro appellare licuisset, quod negatur, ius dici non posset, cum iudex causæ appellationis habeat iurisdictionem per deuolutionem circa ea tantũ, quæ in prima instantia vertebantur, & non super alijs, vt dicit Mat. de Afflict. in decis. Neapolit. decis. 155. n. 3. Quod
17 multo magis procedit in appellationibus quæ interponuntur a sententijs in syndicatu latis, nam licet regulariter in alijs causis, appellans possit in causa appellationis deducere, allegare, & probare, quod in priori iudicio fuerat prætermissum, vt disposuerunt Imperatores Dioclesianus & Maximianus in l. 6. eos qui, §. si quid autem in agendo, C. de appellat. & Imperator Iustini. in l. 35. in offerendis §. fin. C. eo, & in l. 4. per hanc C. de tempor. & repa. appel. tamen in iudicio syndicatus non licet appellanti nouas querelas proponere, nec noua instrumenta producere, sed causa appellationis ex eisdem actis processus primitiui, terminanda, vt scribit Bouadil. in Polit. lib. 5.
18 cap. 1. num. 122. cum seq. Et demum ex eo appellatio per dictũ don Alexandrum interposita admitti nõ potest, quia in capit. 5. Curiarum per inuictissimum dominum Regẽ nostrum Philippum in Regno Aragonũ secundũ huius nominis in ciuitã. Barcinone celebratum in ann. 1599. quo hæc nouissima forma visitæ introducta fuit, expresse præfigitur omnibus & singulis querelas in syndicatu offerre volẽtibus terminus quadraginta dierum, qui computari debent a die quo in singulis Vicarijs Principatus Cathaloniæ post aduentum noui visitatoris vel Iudicis syndicatoris visita palam & publice per loca solita publicatur, quæ publicata fuit in ciuitate Barcin. vbi dictus dõ Alexander domiciliatus est die 9. Ian. 1612. & eum intra quadraginta dies tunc proximos & immediatè sequentes nullatenus fuerit conquæstus de dicto Senatore Iosepho Ferrer, nec potuisset audiri, si post dictos quadraginta dies de eo conquæri voluisset, igitur multo minus admitti nunc potest dicta appellatio per eum intempestiuè interposita 14. Ianua. 1613. a sententia absolutoria in dicta regia visita pro dicto Ferrer lata die
19 5. dictorum mensis & anni. Nam quando certus terminus a lege præfigitur ad dandum quærelas, elapso termino, quærelantibus penitus audientia denegatur, & præscripta est actio si quæ eis competeret, & sua cuique negligentia imputanda est, & omnes scire debent iura vigilantibus, & non dormientibus subuenire, & post lapsum termini dictorum quadraginta dierum omnes regij officiales dictæ regiæ visitæ subiecti, præscriptione tuti fiunt: vt dicit Th. Mier. tom. 1. collat. 4. fol. 83. col. 1. n. 36. super consti. 2. domini Regis Iacobi secundi edita in curijs generalibus Barcino. anni 1311. incipienti ordenam de consell, quæ in noua compilat. Constitutionum Cathaloniæ est const. 7. sub. tit. de offici de Iutges de taula, pag. 122. vbi n. 39. affirmat visitatores in syndicatu cognoscere nõ posse de quærelis per partes ante dictum tempus sibi traditis, & multo minus de quærelis post tẽpus in capitulo curiæ præfixum oblatis, de quibus late tractat Bouadil. in Polit. lib. 5. c. 1. num. 170. cum seq. & cap. 3. n. 133. & nouissime Iacob. Cancer in 3. par. variar. resol. cap. 12. de officio Iudicum tabulæ n. 21. cum seq. dicens quod temporis lapsus est

fos;

fortior defectus, quam renunciatio expressa vel tacita: & quod exinde processus in syndicatu post lapsum dicti termini factus est nullus, & q; vbi pars permitit labi tempus, statim ius quæsitum fuit Regijs Officialib° taliter quod super factis præteritis, ad instantiam partis, non possunt amplius molestari. Et quod don Alexãdro non licebat in prima instantia post lapsum dictorum quadraginta dierũ, multo minus ei licebit in causa appellationis, post lapsum vnius anni, nam quod vna via prohibetur, alia non permittitur, reg. cum quid de regu. iur. in 6. nec debet indirecte cuipiam concedi, quod ei directe prohibitum est, l. palam §. si cum palam ff. de ritu nupti. latè Surd. in consil. 301. n. 75. & in consl. 427. nu. 40. Et quod Iudices syndicatores non possint recedere à prefixione termini d. c. 5. cur. Barcin. ann. 1599. constanter tenet Thom. Mier. in d. colla. 4. fol. 83. col. 1. num. 39. dicens quod syndicatores, qui debent punire officiales non seruãtes cõstitutiones Cathaloniæ nihil contra eas facere possunt, imò eas ad litteram seruare debent, provt expresse in eodem cap. 5. continetur. Ex quibus etiam constat sententiam absolutoriam pro dicto Ferrer in syndicatu latam nullum preiuditium parasse, nec parare potuisse dicto don Alexandro, cum etiam ante dictam sententiam ius, si quod antea sibi competeret præscriptum esset per lapsum supradictorum 40. dierum. Et hæc quoad appellationem tertij, pro nunc satis sint dicta.

20 Quo vero ad appellationem & seu adhæsionem fisci procuratoris, dubitatur an fisco liceat appellare a sententijs contra eum, & pro Regijs Officialibus in syndicatu latis, aut saltẽ adhęrere appellationibus, quæ per partes instantes à dictis sententijs interponi solent. In qua quæstione pro fisco allegari possunt quæ sequuntur.

21 Primo quod in iudicijs seruanda est æqualitas reg. ĩ iuditijs de re. iur. ĩ 6. & ibi latè Dyn, sed priuatus a sententia pro fisco lata appellare potest siue causa sit ciuilis, siue criminalis l. non tantum ff. de appella. l. litigatorib. C. eod. l. furti in princ. ff. de his qui notan. in fam. & l. 3. C. de re iudicat. ergo & fiscus, qui non debet esse deterioris conditionis, sed melioris Specul. in tit. de testi §. post quã sub numer. 7. Ias. in l. 1. numer. 36. ff. solu. matr. ita argumentatur Anton. Peregrin. in suo tract. de iure fisci li. 7. tit. 4. num. 12. & 13.

22 Secundo quia fisco nulla lege reperitur prohibitum, quominus appellare possit a sententijs quæ contra eum feruntur: ergo nec probabilier dubitari potest, an fisco ius appellandi competat, ita argumentantur Anton. Gabr. in ærario commu. opin. lib. 7. concl. 14. num. 1. & Peregrin. in d. tractat. de iur. fis. lib. 7. titul. 4. num. 1.

23 Tertio quia licet de iure Cod. fisco dumtaxat permissum fuerit, quod ope restitu. in integ. possit intra triennium instare retractationem sententiarum quibus contra eum iudicatũ fuerit, & post id tempus, si præuaricatio arguatur, vel manifesta fraus probetur, provt statuit Imp. Alexan. in l. vnic. de sentent. aduers. fisc. latis lib. 10. C. tamen de iure ff. communiter receptum est fisco appellationem esse permissam ex resp. I. C. Marcel. in l. 9. illud ff. de appellat. & rela. qui interrogatus, an pupillus vel respub. in integ. restitui deberent, cum aduersus eos pro libertate iudicatum esset respondit quod licet minor, & respub. quæ iure minoris vti solet, generaliter possint in integ. restitutio. implorare l. 1. C. de offi. eius qui vic. alicu. iudicis obti. & in l. 4. respub.

pub. C. ex quibus causis maior, & in l. Rempubli. de iure Reipubli.lib.11. C.tamen hoc beneficiũ restitutionis in integ. eis concedendum non esse aduersus sententias pro libertate latas, sed appellationem fore necessariam, vnde inferunt communiter DD. Reipublicæ ius appellãdi competere, & consequenter fisco.

24 Quarto, quia fiscus regius visitæ appellauit in pluribus causis, in quibus contra eum, in nouissimo syndicatu iudicatum fuit, & forsan idem fecit in syndicatu proxime præterito, & minime sunt mutanda, quæ certam habuerunt interpretationẽ, l. minime, ff. de legib.

25 Quintò quia in cap. cur. anni 1599. quo hæc nouissima forma visitę introducta fuit, expresse dispositũ est, quod à sententijs visitæ prędictæ liceat appellare ad suam R. M. in supremo Reg. Coro. Aragon. cõcilo, quod cũ generaliter permissum fuerit, etiam fisco censetur permissum, nam vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de pretio, ff. de publi. in rem ac. & semper specialia generalibus insunt, l. semper, ff. de regul. iur. nam quod prædicatur de genere, prędicatur etiam de qualibet eius specie, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. prestan.

26 Sexto & vltimo, quia si fiscus appellare potest, vt ex prædictis constat, dubium non est, quin etiam adhęrere potuerit appellationi per dictũ dõ Alexandrũ interpositæ, nam si id quod plus est licet multo magis licebit id quod est minus, l. non debet, ff. de reg. iuris, nec in ea. §. sed qui occidere, ff. ad leg. Iul. de adult. l. in tuis, ff. de libe. & posthu. Et appellatione alterius quis iuuari potest, etiã si non appellauerit, nec appellare potuerit, voluit Imper. Iustin. in l. fi. C. de appell.

27 Sed prædictis non obstantibus, in Principatu Cathaloniæ de consuetudine, & legibus dicti Principatus cõtraria opinio verior & æquior est, & ab ea nullatenus recedere possumus, vt ex sequent. apparebit.

Nam quicquid sit de iure cõmuni Romano id in Principatu Cathaloniæ attendendũ nõ est: Imo tam in procedendo, quam in iudicãdo, ius propriũ Cathalanorũ in Principatu Cathaloniæ obseruãdũ est, & iuri Cęsareo præferendũ, & etiã Pontificio, in tẽporalibus, prout expresse fuit dispositũ per dominũ Regẽ Petrũ 3. in prag. data Barcinonæ 23. Februarij 1380. quæ in noua cõpila. pragma. Cathalonię est prag. sub tit. de leys, vsatges, y cõst. pag. 28. quod etiã nouissimè cofirmatũ fuit per serenissimum dominum Regem nostrũ in cõst. 40. curiarũ Barcinonæ anno 1599. & expresse in materia syndicat' circa quã versamur per suam Maiestatem dispositum fuit in c. 45. dictarum curia. anni 1599. quo hæc noua forma visitæ regiorum officialium erecta fuit, quod visitatores, & seu syndicatores ante omnia teneantur iurare, & sentẽtiam excommunicationis audire, quibus adstringantur ad obseruantiam iuris communis Cathalanorum, & quidem esset res mali exempli, & cõsequenter vitanda, l. obseruandum, ff. de iudicijs, l. exẽplo, C. de probat. quod ij qui singulis sexennijs cũ magnis sumptibus generalis Cathaloniæ ad dictum principatum accedunt, ad effectum præcipue puniendi regios officiales non seruantes leges & consuetudines Cathaloniæ, quod eas ipsi non seruarẽt, vt dicit Mier. tom. 1 collat. 4. colum. 1. num. 38. fol. 83. super const. dñi Regis Iacobi 2. curi. Barcin. anno 1311.. incipit, Ordenã de consell: quæ in noua Cõpila. est 7 titu. de offic. de Iutges de taula, pagi. 12. Et super const. domini Regis Ferdinã. primi cur. Barc. annni 1413

incipit, Per tal que las leys del Principat de Cathalunya, quæ est prima in corpore voluminis nouæ compil. const. Cathaloniæ, pag. 1. vbi Mier. tom. 2. collat. 9. fol. 89. colu. 2. num. 6 declarat appellatione iuris communis Cathalanorum contineri quasdã leges Gothicas, vsaticos Barcinonæ, stabilitos per Raym. Bereng. Comitẽ Barcinonæ, quarum eius nominis & cõstitutiones Cathaloniæ capitula curiarũ cõsuetudines generales & speciales ac priuilegia.

28 Hoc autem ius Cathalo. quo fisco ius appellandi à sententijs contra eũ latis generaliter denegatur, ab initio erat quodam ius non scriptum, sed consuetudinarium dicti Principatus, à multis seculis receptum, & inconcusse obseruatum, vt scriptum reliquit Iacob. Cali. in quodam opuscu. suo inscripto Margarita fisci, dub. 4. num. 5. quod scribere cõpleuit die 1. Maij 1424. prout ipse dixit in vlti. col. dicti opuscu. in vers. 8. & vlt. pagi. 136. colum. 2. cui de dicta consuetudine attestanti plena fides adhibẽda est, nedum propter eius antiquitatem, sed etiam quia ipse in dicto Principatu Cathaloniæ fuit Regius Consiliarius, & fisci aduocatus serenissimi domini Regis Ferdinandi 1. prout ipse refert in princ. dicti opusculi pag. 3. col. 1. in vers. Et quia dudũ, ante num. 3. Quod ius appellandi, etiã dato quod de iure ciuili fisco competijsset: de consuetudine generali vel particulari alicuius Prouinciæ, sibi tolli potuisse probant Iul. Clar in sua pract. crimin. in §. fin. q. 94. num. 3. & Mynsing. in suis centur. centur. 4. obseruat. 41. num. 1. & Gayl. de pace publ. lib. 1. c. 20. num. 36. Nam sicut cõsuetudine in dicto Principatu Cathaloniæ acquisiuit fiscus quod etiã si sit pars actor vel reus in causa nihilominus eius patronus in decisione illius habet votum decisiuũ tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vt refertur in Constitu. domini Regis Martini cur. Barcinonæ anno 1409. incipit, Per tolre vexacions, quæ in noua compilat. const. Cathaloniæ est 7. sub titu. de appellat. pag. 408. quod procedit siue fisci patronus sit de numero Doctorum regij concilij Principatus Cathaloniæ, siue non, vt testatur Michael Ferrer, qui fuit primarius dicti Regij concilij, in 3. p. obseru. Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, c. 7. & 8. Et sicut fiscus plura alia priuilegia & prærogatiuas acquisiuit, in quibus fuit factus melioris conditionis, quã sint priuati, quarum 92. recenset Calic. in sua marga. fisci. dubi 3. per totum, ita etiam consuetudine illius prouinciæ in hac parte potuit fieri deterioris conditionis, vt dicit idem Calic. in dicta Marga fisci, dubio 4. in princi. iuncto nu. 15. Et consuetudinis tanta est auctoritas, quod argumentum ab ea sumptum necessarium reputatur, etiam de iure ciuili, & vim legis obtinet, vt dicit Vlpian. I.C. in l. prospexit. in princip. ff. qui & à quib. & in l. 1. ff. de donatio. inter, &c. Et quod consuetudines Cathaloniæ in dicto Principatu, pro legibus habeantur, constat ex vsat. Barcinonæ, incipit, Vnaquæque gens, posito in noua compil. const. Cathaloniæ. sub tit. de vsat. constit. &c, pag. 42. Et ista consuetudo denegandi fisco appellationem tã tam in se cõtinet æquitatẽ, quod etiã in Curia Romana approbata fuerit, ex dispositione Bullæ Pij Papæ 4. quæ incipit, Reformatio tribunalis Auditoris Cameræ, in versic. Minus etiam, quæ est 74. fol. 755. Et in regno Neapolit. recepta, vt dicunt Maranta de ordi. iudi. part. 6. actu 2. princip. in versic. Et quandoque appellatur, num. 328. limitat. 22. Carauit. super rit. 258. num. 1. & Thom. Gramma. decis. 14. in fi. in tota Italia dictà

con-

consuetudinem seruari dicit Farin. in suis qq. crim. q. 101. num. 32. & dictam consuetudinem laudat Sigism. Scaccia in tract. de appell. lib. 3. ca. 2. q. 17. limit. 49. nu. 1. vbi nu. 3. scribit dictam consuetudinem generaliter seruari in omnibus Prouincijs & locis in quibus iura particularia prohibent appellationem, quia sub generali prohibitione intelligũtur etiã fisco appellationem prohibuisse: Idẽ tenet Magon. deci. Lucen. 58.

Et ista consuetudo denegandi fisco appellationem in Principatu Cathaloniæ originem traxit ex antiquissima consuetudine ciuitatis Barcinonæ vbi ab vrbe condita fisci procuratores, nũquam fuerunt soliti appellare à sentẽtijs cõtra eos latis, quinimo nec ab eis appellare possunt, de qua consuetudine ciuitatis Barcinon. testatur Iaco. de Monte Iudaico super vsat. incipit. De omnib⁹ causis. Quæ consuetudo Barcinonæ, ex eo fuit introducta, quod in dicta ciuitate dominus qui dat iudicẽ ad cognoscendũ de causa in qua ipse habet interesse, non appellat a sententia contra eum lata, vt constat ex cap. 16 priuilegij vulgo dicti recognouerũt proceres per Dominũ Regẽ Petrũ 2. dictæ ciuita. Barcinonæ cõcessi in mẽse Ianuar. 1283. posito in vol. nouæ cõpil. pragma. Catha. sub tit. de las cõsuetuts de Barcelona, pag. 23. seu verius 32. Et hinc est quod cum fiscus representet personam sui principis, à quo iudices dãtur, æquum semper visum fuit, quod fiscus non appellaret a sentẽtijs, quæ contra eum, & in fauorem subditorum eiusdem principis proferuntur: quia non est verisimile iudices à principe datos contra eundem principem vel eius fiscum, & in fauorem subditorum iudicaturos fore, nisi iustitia exigente argumen. eorum quæ trádunt Doct. in §. fin, inst. pro socio. & in l. 1 §. 5. ff. si mẽfor falf. mod. dixer. & in l. nam & seruus, in fin. ff. de negoc. gest. & in l. nulli officialiũ, 3. C. quorum appella. non recipiuntur.

29 Et quia non obstante dicta vniuersali, & antiquissima consuetudine ciuitatis Barcinonæ & totius principatus Cathaloniæ, fisci procuratores dictam consuetudinem interrumpere, & seu impugnare tentabant à sentẽtijs contra eos latis de facto, appellando, & subditis ac vasallis domini Regis vexationes & molestias inferendo: ideo in curijs generalibus per Serenissimum dominum Regem Martinum in ciuitate Barcinonæ celebratis de anno 1409. ad tollendas dictas vexationes fiscalium, ad supplicationem trium stamentorum principatus Cathaloniæ fuit factum cap. curiæ dictas consuetudines & iura non scripta ad ius scriptum redigendo, & generaliter cautum fuit, quod nullus fisci procurator in dicto principatu appellare vllo modo posset à senten-

30 tijs criminalibus cõtra eum latis, seu in posterũ ferendis, nec à sententijs contra eum latis in causis ciuilibus, nisi in vno tantum casu in dicto cap. curiæ expresso, videlicet quãdo post latam sententiam in causa ciuili fisci procurator iurasset noua instrumenta, vel documenta ad eius notitiam peruenisse, ex quibus sperasset sententiam contra eum latã retractãdam vel in melius commutandã fore, prout in dicto cap. Curiæ continetur, quod in noua cõpilatione est 7. sub titu. de appellat. pag. 408. quo etiam cautum fuit, quod vbi postea constasset fiscum malitiosè appellasse, condemnaretur in expensis de proprijs bonis ipsius soluendis, vel in defectum bonorum, in alia pœna æquiualenti, hoc est, quod si non haberet in ære lueret in corpore, vt declarat Thomas Mier. tom. 2. col. lat. 8. fol. 69. colum. 3. num. 1. & fol.

72.col.1.n. 61.super dicta const. seu çap.curiæ Reg. Martini.

31 Et hinc est quod etiam si iudiciũ syndicatus,circa quod versamur, judicium ciuile diceretur,nõ potuisset in casu occurrenti fisci procurator appellare, cum non iurauerit, quinimo nec asseruerit aliqua noua instrumenta ad eius notitiam peruenisse,& de appellat.i cau faciuili per fiscum interposita,non præstito pri⁹ d.iuramento, nullam rationem haberi posse,obstante supradicto capit. Reg. Martini. affirmat idem Thomas Mieres tom.secundo collat. 8. fol. 71.col.4.num.55.quanto magis quod in causa appell.interpositæ a senten.in synd.lata per eum cui ius appellandi competit,non possunt noua instrumenta produci vt supra dictum est:ex traditis per Bouad.in po

32 lit.li. 5.c.1.n.122.cum seq. At judiciũ syndicatus judicium criminale est, & non ciuile,vt patet ex modo procedendi,quia in eo proceditur,&pro cedendum est juxta c.5.cur. Barcin. an.1599. per processum offensionũ, & defentionum, & vtrobiq.testes recipiuntur non citata parte ad videndum illos iurare, a reo exiguntur confessiones,eidem publicatur inquisitio,& traditur copia illius,cum termino ad se defendẽdũ,& tandẽ condemnatur quandoq. si casus expostulet ad pœnam corporis,vel honoris afflictiuã,quæ procedimenta criminalia sunt,& non ciuilia. Quibus consequens est, vt concludamus a sentẽtijs in iudicio syndic. contra fiscum latis in Princip. Cathalo. eum nullatenus appellare posse,prout cõcludit Tho.Mier.super d.c.cut Reg. Marti.per illum tex.tom.1. colla. 8. fol.69.col.1.n.1.& 2.

33 Et nemo decipiatur existimans ius appellandi per d.const.seu. c.cur. Reg.Marti.in Principa.Cathalo.fisco dumtaxat denegatum fuisse in causis vertentibus in R.Aud.d. Principatus,ex quo in eis fisci aduocatus habet votum decisiuum prout legitur in eodem c.cur.domini Regis Marti.quinimo ex jure consuetudinario ciuita.Barcin.& Princi.Cathalon. supra relato generaliter fisco interdictum fuit ne a sententijs contra eum latis appellare posset, & ratio finalis d. prohibitionis nullatenus fundatur in voto quod fiscus præbet in causis fiscalibus ciuilibus, vel criminalibus in Reg. Aud. Princip. Cathalon.vertentibus,imo fundatur in illa consuetudine scripta ciuitatis Barcinon.quæ legitur in supradicto priuilegio Reg. Petr. secundi vulgo dicti Recognouerũt proceres, capit. 16.posito in volum. 2.pragm.Catha. sub tit.de consuetu.de Barc.p.23.seu verius 32.quo cauetur ꝙ dñus qui dat iudicem in causa non appellet a sent.contra eum in ea causa lata. Item dicta prohibitio facta fuit ad tollendas vexationes,& ne fiscus per huiusmodi appellationes, subditos vexare posset, hæc causa finalis d. prohibitionis, satis deprehenditur ex proœmio d.c.cur.dñi Reg.Mar. incip.Per tolre vexacions, vbi legitur.Per tolre vexacions que de algũ temps en ça per part del fisch son estades fetes a molts, sie merce vostra senyor estatuir prouehir y ordenar,que ningũ procurador fiscal puga apellar,& postea sequitur. Plau a sa Magestat.Nã causa finalis alicui⁹ dispositionis ex illius prohæmio sumenda est,Surd.in decis. 298.nu. 30.cum sequent.Et cum timor dictæ vexationis æque militet in quibuscunq.tribunalibus, & multo magis in judicio syndicatus in quo vigent odia, & rancores: hinc est quod sub dict.generali prohibitione (introducta de iure consuetudinario ciuitat.Barcino.& totius Princip. Cathalon.confirmata per dict.cap.cur.

domi-

domini Reg. Marti.) ne in liceat fisco appellare a sentētijs contra eū latis, comprehenduntur etiā sententiæ contra fiscū latæ in iudicio syndicat⁹ Et dictam prohibitionem generaliter esse intelligendam, tam in causis Reg. Audien. in quibus fiscus vouet, quàm in alijs quibuscunque tribunal. Principat. Cathalon. in quibus fisci patronus non habet votum decisiuum, affirmat, Mieres in dict. cap. cur. domini Reg. Martin. tom. 2. colla. 8. fol. 70. col. 3. nu. 29. & 30. & fol. 71. collat. 2. nu. 47. Nam cum fiscus regulariter non teneatur subire onus expensarum litis, etiam si in causa succūbat, vt dicant Bal. in l. qui crimen n. 20. C. qui accus. non pos. & Boe. in decis. 324. subditos passim vexaret, & hoc modo obuiatur calumnijs, & vexationibus fiscalium, de quibus non semper multum confiditur, vt dicunt Grammat. decis. 60. numer. 21. Crauet. consil. 168. dub. 2. Bertazol. consil. 390. & 391. & Bajar. ad Iul. Clar. in § fin. q. 62. num. 4. & Cali. in Marga. fisc. dub. 4. n. 15. in fi. vbi testatur se vidisse plures regū litteras directas vicario, & Bajulo fisci, & consequenter alijs curijs extra Reg. Audien. quibus fisco iniungebatur, ne a sententijs contra eū latis
33 appelaret. Et in terminis quod a sentētijs contra fiscū latis in judicio tabulç vel syndicatus, quod idem est, vt dicit Iac. Can. in 3. p. var. res. c. 12. de offic. jud. tab. n. 1. 3, & 6. non liceat fisco appellare in Princip. Cathalo. tenet idem Mier. tom. 1. coll. 4. fol. 85. col. 3. n. 83. super const. 2. dñ Reg. Iacob. 2. cur. Barcinon. anni 1311. quæ est 7. const. de offic. de Iutge de taula pagina 122. anni 1311. qua fuerat data forma singulis trienniјs syndicandi regios officiales temporales, & seu triennales Principatus Cathaloniç, qui nominantur vicarij & baiuli, vbi Mier. expresse dicit. Nota quod si in iudicio tabulæ vel syndicatus, regius officialis fuerit absolutus, & sententia fuerit contra fiscum lata, fiscus ab ea non poterit appellare, iuxta supra dict. cap. curiar. Reg. Martin. quod incipit, per tolre vexations. Et auctoritas Thom. Mier. in Principatu Cathaloniæ semper magna fuit, qui super constitut. Cathaloniæ scripsit de anno 1439. vt ipse dicit in præf. fol. 2. col. 2.

34 Et hoc quidem æquissimum est, ne super minimis causis, qualis est ista de cuius appellatione modo agitur, Senatores supremi Principatus Cathaloniç inquietentur, & magnis fatigentur dispendijs, ita vt forsan totius litis æstimatio ad sumptus iudiciales non sufficiat: vt dicit Imperat. Iustinian. in nouell. constitu. 23. & seu in authent. de appellat. § illud etiam coll. 4. Et cum appellationis auxilium odiosum sit, ex quo in se continet quærelā iniquitatis sententia iudicis syndicatoris a quo idē fisci procurator creatus fuerat, vt dicit Anton. Fab. in suo C. lib. 7. tit. 15. def. 8. num. 4. in allegat. ideo in causa syndicatus non est fisco concedēdum, sed omnino denegandum ex reg. odia de regul. iur. Et in terminis, quod procurator fiscalis deputatus ab eod. iudice syndicatus, nec de iure ciuili admitatur ad appellandū a sententia per suum iudicem contra se lata, tenet Innocen. in cap. clamor de testib. quem sequitur Gabr. in volu. commu. lib. 7. opin. conclus. 14. num. 7. Et quod fiscus, qui congratulari deberet cum suo Principe, cuius causam ipse agit, de bono statu Reipublic. de innocencia, probitate, & integritate Regiorum officialium, & præcipuè Senatorum, de qua tunc verè dicitur constare, quā quærelati in syndicatu absoluti fuerunt; quod tunc idem fiscus ab huiusmodi sententijs absolutorijs, pro

 regijs

regijs officialibus, in syndicatu latis, prouocare velit, in Principatu Cathalon. nunquam hactenus fuerat auditum.

35 Et eadem ratione, eodemque iure quibus fiscus prohibetur appellare a senten. contra eum in syndicatu lata, censetur etiam prohibitus ne adhaerere potuerit, provt de facto & nulliter adhaesit, appellationi temere, & in casu prohibitio interpositae per don Alexand. de Lentorn, ne contra

36 regulas iuris in cap. (cum quid de regul. iur. capit. 1. de cler. coniun. In 6.) quod fisco vna via prohibetur, alia permitatur: nam licet appellatus de iure ciuili iuuari possit appellatione per suum aduersarium interposita, & ei adhaerendo, contra senten. in causa appellationis excipere, & ea quae desiderat proponere, & petere quod aliquid addatur sententiae vel ab ea detrahatur, vel quod sententia aliter reformetur, vt dicit Imperat. Iustinian. in l. final. C. de appellat. quod etiam approbauit consuetudo Barcinon. scripta in supradicto priuil. recognouerunt proceres in cap. 16. vbi dicitur dominus qui dat iudicem, non appellat a sentent. contra eũ lata, nisi subditus appellaret, quia tunc dominus potest petere meliora mentum, vtendo appellatione ipsius

37 subditi. Hoc tamen dumtaxat procedit, quam appellatio interponitur ab aduersario, veluti si in casu occurrenti interposita esset per Iosephus Ferrer, pro quo dicta sententia in syndicatu lata fuit, tunc fiscus bene potuisset adhaerere dicti appellationi & se illa iuuare, non obstante quod in aliquibus parlamentis & signanter in parlam. Tholos. contrarium seruatur, nam in illa curia nisi quis appellet, sententia in eius vtilitatẽ non reformatur, vt dicit Aufrer. in addit. ad decis. capell. Tholos. in addit. ad decis. 358. Sed d. Ioseph. Ferrer non appellauit a d. sententia imo decisionem illius recte factam fuisse confitetur, nec fiscus a dicta sententia appellauit, nec appellare potuit, & sic quo ad fiscum etiam in iudicatum transacta fuit, quo fit, vt de adhaesione fisci procuratoris visitae facta appellationi per don Alexandrum nulliter interpositae, nulla ratio haberi possit, tam ex praedicta causa, quam etiam ex eo, quod adhaesio praedicta per fisci procuratorem facta, non fuit subscripta per fisci patronum d. visitae, & in Principatu Cathalon. fisci procurator solus non auditur, imo procuratoribus fiscalibus penitus audientia denegatur, nisi quaten⁹ venerint cum scedula aduocati fiscalis, & si cõtrarium facere tentauerint, poena priuationis officii eis imponitur, in const. 4. sub tit. de aduocats y procuradors fiscals pagina 108. quia in omnibus actibus fiscalibus tam iudicialibus quam extraiuditialibus adesse debet praesentia vel consensus aduocati fiscalis. vt dicit Imper. Alexand. in l. 2. C. si aduers. fiscvm, quod etiam confirmatum fuit per constitut. 5. sub tit. de aduocats y procuradors fiscals pagina 108. quod cum generaliter dispositum fuerit propter requiem reipub. & ad auferendas vexationes subditorum, & ad eos releuandum a laboribus & sumptibus, vt in dicta constit. dicitur, generaliter accipiendum est, tam in iuditio quam extra, vt dicit Mier. tom. 2. coll. 9. fol. 101. col. 4. num. 13. super constit. 4. supra allegat. & deficiente d. subscriptione fisci aduocati, in dubitatum est corruere actum d. adhaesionis fisci procuratoris ex defectu formae substantialis & statutariae, vt dicit I. C. Vlp. in l. 8. cum hi §. si praetor ff. de transact.

38 Et ex eo potissimum adhaesio d. fisci procuratoris rejiciẽda est, quod ipse adhaesit appellationi per don Alex.

38 Per don Alex. de Lentorn nulliter In & in casu prohibito interpositæ, nã cum principalis apellatio non subsistat, vt supra probatum est, nec adhæsio, quæ eam sequitur, locum habere potest, vt dicit I. C. in l. cum principalis. t39. & in l. nihil, in ff. de reg. iur. late Dyn. in regu. cũ quid prohibetur, de reg. iur. quia accessorium non potest esse dignius & potẽtius suo principali, vt dicit idẽ P. I. C. in l. si rem 24. §. 1. in vers. si quis, iuncto §. seq. ff. de rei vendic. Cum igitur nulla sit appellatio per d. don Alexandrum interposita, pariter nulla censeri debet adhæsio per fisci procuratorem visitæ, d. appellationi facta, & qui non potest cognoscere de appellatione prędicta, minus poterit cognoscere de dicta adhæsione, vt dicitur in l. 1. C. de ordi. iudi, & in l. 3. C. de iudi. Quod intelligo de meritis
39 causæ appellationis, vel adhæsionis, nam quoties constat appellationem nulliter, & in casu prohibito interpositam fuisse, per talem appellationẽ, vel per adhæsionem ei factam nõ deuoluitur iurisdictio ad superiorẽ, ad effectum cognoscedi de meritis causæ, sed tantum an fuerit appellatum in casu de iure permisso, vel à iure prohibito, & contra formam consti. & vbi apparet contra formam constitut. non debet superior amplius appellantes nec adhærentes audire, ex quo sibi euidenter constat per talem inualidam appellationem non fore iurisdictionem ad eum deuolutam, vt dicit Mier. tom. 1. collat. 4. fol. 86. col. 1. & 2. n. 92. & probat Anto. Fab. in suo C. lib. 1. tit. 12. def. 5. n. 3. & nu. 5. vbi ait quod quãdo appellatio est nulliter interposita in eodẽ statu est sententia in quo esset, si ab ea appellatũ non fuisset, & quod iudex causæ appella. declarare debet appellationem fore inualidam, & appellantes condemnatos in expensis temitere, vt dicit Mier. vbi prox. num. 93. quinimo ne omnibus passim appellandi facultas præbeatur, male & temere appellantes condignam pænam sustinere debet l. eos qui §. 6. ne temere C. de appell. & in l. 5. ab executione in fin. C. quor. appel. non recip. vbi temerarios prouocatores 50. librar. argentũ animaduertione mulctandos esse statuitur, & alij voluerunt, vltra d. pœnam, etiam extra ordinem esse puniendos vt dicit Acurs. in d. §. ne temere in verb. pænam in fin. quem sequitur Bart. ibidem. Et licet nonnulli dixerint sufficere, quod male appellantes condemnentur in expẽsis, damnis, & interesse, & quod non debent alijs pœnis affligi: tamen isti non loquuntur de appellatio. nedum temere sed etiam calumniosè interpositis, per tertium qui in priori iudicio nõ egetat, aduersus quem ad est pręsumptio doli, vt dicunt Couar. in pract. c. 15. in princ. & Viui. decisio. 291. n. 6. nec loquuntur de appella. quæ interponuntur calumniosè à sententijs absolutorijs pro regijs official. in syndicatu latis: nam huiusmodi calũniatores similitudine supplicij puniendi sunt, & in eandẽ pœnam incurrunt, qua calumniatus puniendus esset, si de his de quibus impetitur conuinceretur, iuxta dictum Philosophi: Qui fodit foueam, incidit in eã: sagitta non lædit lapidẽ, at tamen resiliens sæpè dirigentem vulnerare consueuit, & hoc voluerũt Impe. in l. f. C. de accusatio. & fisco regio incumbit Senatoriam dignitatẽ defendere, & contra eos qui famã te giorum cõsiliatiorũ denigrate proponunt insurgere, nam quando calũnia fit sacratis personis magistratib' vel Senatoribus, etiam si aliter atrox non esset ex qualitate personæ atrox efficitur, & actius punitur, vt voluit Rom. Ponti. in c. vni. de calũniat. ꝙ multis exẽplis pbat Meno. de arbitr. casu

casu 322. & Farin. tit. de accusa. q. 16. num. 17. & cum don Alexander libello appellatorio voluerit calumniare d. Ferrer reg. Senato. de quibus in syndicatu non fuerat impetitus, vt ex quærela per fiscum in syndica. obla. manifeste constat, & de his de quibus nullum præcedit, nec præcedere potest indicium, clare liquet dictum don Alex. de vera & atroci calumnia esse conuictum, qualibet enim mēdax & malitiosa infamacio calumnia est, vt tenet Soto de iust. & iu. lib. 4. q. 6. art. 3. col. 7. vbi secundū eum vera & euidens calumnia dicitur, quando nullo præcedente indicio, quis famam alterius denigrare proponit, idem tenent Angelus in l. athleta. §. calumniator, ff. de his qui not. infam. & Barbat. in cons. 47. col. 2. lib. 1.

Ex prædictis facile desumitur res-
41 ponsum ad fundamenta in contrarium supra pro fisco adducta. Nam.

Ad 1. respondetur, quod sicut in
42 multis fiscus de consuetudine, & ex legis dispositione fuit effectus melioris conditionis quam sint alij homines priuati, ita etiam de consuetudine & ex legis dispositione potuit in aliquibus fieri deterioris conditionis, & in iure appellandi fiscum effectum fuisse deterioris cōditionis in principa. Cathal. satis constat ex supradictis, vbi Cali. in terminis allegatus est.

Ad 2. similiter respondetur, quod
43 quicquid sit de iure communi Romanor. in Catha. tamen, iam dictum est, ex particulari illius iure, tam scripto, quam non scripto appellatio fisco prohibitam esse.

Ad tertium fundamentum etiam
44 respondetur, quod licet ex magis recepta sententia de iure ciuili Romanor. dicatur fisco permissa appellatio ex ibi allegata l. illud, ff. de appella. tamen ibi I.C. nō dixit id procedere in causis criminalibus, & multo minus à sententijs in syndicatu latis, imo legem prædictam ad causas ciuiles tantum restringendam esse, affirmare non dubitauit Peregrin. in tract. de iure fisci lib. 7. tit. 4. de sent. aduers. fisc. latis. n. 1. in prin. Et etiam si contrarium de iure Romanor. esse fatemur, nihilominus de iure cōmuni Cathalanorum, quod in his sequē dum est, semper fuit fisco prohibita appellatio, vt supra probatum est. Et istud syndicatus iudicium hoc saltē habet præcipuum, vt in eo non licuerit vnquam, nec liceat, de iure ciuili Romanorum fisco appellare à sentētijs contra eum latis: nam cum vtroque iure Pontificio & Cæsareo iudicibus in syndica. condemnatis prohibitum esset appellare, vt in c. ei qui appellat §. nulli quoq. 2. q. 6. & in l. 3. C. quor. appellat. non recip. non est verisimile legum latores voluisse fisco permittere quod officialibus prohibebant.

45 Ad 4. sumptum ex aliquibus appellationibus per fiscum de facto interpositis, & seu ex aliquibus vexationibus per fiscum factis, respondetur. Primo legibus & non exemplis iudicandū esse, vt inquit I.C. in l. sed licet, de offi. præsid. non tātū spectandum est quod Romæ factum est, quā quod fieri deberet. Secūdo in Cathalo. nullam consuetudinem vel vsum posse induci, nec trahi in consequentiam cōtra ea quæ iuribus illius prohibita sunt, imo abusus appellantur, & corruptelæ, prout expresse disponit const. 17. mes auant, sub titu. de obser. const. pag. 55. Tertio non constare admissioni appellationum fisci, si quæ interpositæ per ipsum sunt, fuisse per eos, quorum intererat, contradictum, & de iure multa tollerantur siue contradictione, quæ ea existente non permitterentur, vt tenent communiter dd. & signanter Bart. in

in l. 1.§. accusationem, ff. ad S. C. Turpil. Iul. Clar.in practic.crimin. §.fin.q.15.n.4.in vers.Sed pone.Gui. Pap.decis.221.&Misinger.obser.49. centur.6.

46 Ad 5.sumptum ex cap.5.cur.anni 1599. quo indefinitè permititur appellatio à sentē.in syndicatu latis,respōdetur quod in d.c.5. si illius verba perpendatur, reis cōdemnatis dumtaxat permittitur appellatio, nō autem fisco,aut alijs,si eis in suis quærelis silentium imponatur: quod patet ex eo quod appellatio in d. c.5. permissa, ita permittitur quod dumtaxat operetur effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum executionis pœnæ,ad quam quærelati essent cōdemnati:aut saltem appellatio in d. c.5.permissa tantum cēsetur his quibus aliàs de iure Cathalo.permissum est appellare à sentētijs in syndic.latis,videlicet partibus instantibus, & reis,non autem fisco:quod euidenter colligitur ex const.7.Ordenam, sub tit.de offic.de Iutge de taula,pag.122. nam in 5.col.d.cōst.circa fin.in vers. incip.E si algu,expresse permittitur quærelato condemnato appellatio, & in vers. immediate sequent.incipit,E semblantment, ipsi quærelato aduersus absolutionem officialis: sed de fisco nullum verbum,nec tale priuilegium fuit ei vnquam cōcessum, nec à Curia generali Catha. vnquā supplicare tētatū:& ideo Mier.super d.const. to.1.coll.4.fol.85.col.3.n.83. postquam dixerat officiali, & parti quærelanti permissam esse appellationem vigore dictæ const.addit,fiscus autem à sententijs in syndicatu contra se latis appellare non potest.

47 Ad 6. & vltimum respondetur, quod si officialis appellasset, potuisset vtique fiscus appellationi sui aduersarij adhærere, cæterum quod id sibi permittatur respectu appellationis,quæ per suum instigatorem interponatur, maxime quando nulliter & in casu prohibito, pro vt in occurrenti,in nullo iure cautum reperitur,nam cum principalis appellatio non subsistit,nec adhæsio quæ talem appellationem sequitur,subsistere potest.Et cum his fuit dubio proposito congruè, & eruditè satisfactum.

48 Similiter in Cathalonia à sententijs latis per visitatores officialium insignis domus Deputationis, nō datur supplicatio, recursus,nec appellatio,vt probatur in cap.1.nonæ reformationis generalitatis Curiarum anni 1599.id ipsumq.obseruatur in regno Aragoniæ,vt tradit Hieron.Portol.ad Molin §.Deputati,n.30.vbi dicit quod in Aragonia non potest cōqueri de iniustitia sententiæ Deputatorum.

49

50 Insuper officialis,seu Iudex condemnatus per Iudices tabulæ, si eius sententia postea fuerit confirmata per iudicem appellationis, nō potest amplius appellare, vt probatur in Constit.4. sub tit.de offici de

51 jutges de taula,pag.120. bene tamen poterit dicere de nullitate,præcipue quando nullitas esset notoria ita vt aliqua probabili dubitatione offuscari non posset, ex traditis per Vincent.Honde.cons.27.num.42.lib.1. Surd.cons.354.num.14.notat in terminis Cance. var.p.3.c.18.n.25.cum seq.vbi refert ita fuisse practicatum in Regia Audientia de anno 1603. referente eruditissimo, ac omnibus numeris absoluto dño Hieronymo Astor, mihi patre summe honorando.

52 Sed quid si Iudex huius appellationis reuocauerit sententiam iudicum tabulæ,num ab huiusmodi sententia reuocatoria poterit etiam secūdo appellare,& Mier.in d.cap.7.de tabula collat.4.num.84.fol.mihi 85.proponendo

pendatur executio sententiæ contra ipsum latæ per appellationem, scribit Borgniu. Caualcan. in tract. de tu tor. & curator. num. 113. tom. 8. pag. 2
60 fol. 340. Sciendũ tamen est, quod appellatio per officiales interponenda est coram ipso visitatore ad tradita per Franc. in cap. si iustus, collat. 4. de appellatio. & Ioseph. Cumia. de syndic. cap. 25. subdens, quod si forte
61 prolata senẽtia profecti fuissent syndicator, & commissarius, vel alia ex causa, non poterit coram eis appellare tunc coram honestis personis appellans poterit, vel coram superiore, quod tutius esset, & talis appellatio infra decem dies à die sententiæ latæ interponenda esset, Authe. hodie, C. de appellat. aliàs posset sententia exequi, de qua re vide Gutier. pract. quæstio. lib. 1. q. 39. 40. & 41. vbi multa in materia deduxit.

In hac eadem materia appellationis super visitatione ecclesiastica est animaduertendum, quod in visitatio
62 ne, quam facit Episcopus, præsertim ad correctionem motum ab ea non admittitur appellatio, vt disponit sacrum Concilium Tridentinum cap. 10. sess. 24. de reformatio. & scribunt Lancellot. tract. de attenta. p. 2. ca. 12. de attent. in nou. appel. penden. limitat. 18. princ. num. 6. fol. 370. Rugino. tract. de appela. §. 21. cap. 3. num. 46. Marchesf. tract. de commiss. p. 1. de cõ
63 miss. appell. extra Rom. cur. cap. 6. nume. 78. fol. 78. Et prædictorum ratio est, quia vbi agitur de cultu diuino, & aliquid decernitur fauore Ecclesiæ, & ipsius cultui diuini, tunc ne interim diminuatur vel pereat ab illo decreto, non datur appellatio suspensiua, Rebuf. in tract. de sentẽ. prouis. in præfatio. num. 37. & 38. in fine tom. 1. fol. 229. Et sic non datur appellatio in his, quæ ex ipsa visitatione procedunt, vt in dicto sacro Concil. Trident. cap. 10. sess. 24. de reformatio. Marchesf. in loco proximo citato, vbi etiam subdit, quod si Episcopus procedat in exemptos, seu aliàs priuilegiatos, contra eorum priuilegia dabitur appellatio: & vbi appareuerit de exemptione, seu priuilegio illa gesta reuocarentur, Mansr. tract. de attent. appell. penden. lib. 2. concl. 50. fol. 248. Lancellot. tract. de attenta. p. 2. cap. 12. limita. 18. nu. 2. & seq. fol. 369.

64 Adeò Episcopus in visitatione priuilegiatè procedit, vt non solum appellatio ad superiorem mediatũ, sed etiam appellatio aut querela interposita ad Sedem Apostolicam, & etiam inhibitio non impedit, nec suspendit executionem eorum, quæ Episcopus mandat, decernit, aut iudicat in his, quæ spectãt ad visitationem, aut morum correctionem, ita eleganter Cõcil. Trident. dicto cap. 10. in fine, sessio. 24. de reforma.

65 Hinc infertur, quod si Episcopus in visitatione facit alicui præceptũ de residendo in Ecclesia, ille nõ poterit appellare ab illo præcepto nisi alleget aliquam rationabilem excusationem, Franch. in cap. 28. peruenit, el 2. notab. vltim. num. 5. de appella. vide Concil. Triden. sess. 23. cap. 1. in fine de reform.

66 Infertur etiam, quod à correctione quã facit Prælatus regularis, puta Abbas in subditum monachum, nõ datur appellatio, cap. 3. ad nostram, & ibi Franch. num. 3. & Cardin. Alex. in princip. num. 10. vers. Vltimo nota, & Deci. num. 1. de appella. Et quod à correctione seu disciplina ecclesiastica non appelletur, & ideo religiosus non possit appellare à pœna imponenda, secundum regulam suam, seu secundum statutu sui ordinis, cũ ea statuta sint eis leges sanctæ scribit Franch. in cap. 26. reprehẽsibilis, nota. 3. n. 9. de appell.

67 Est tamẽ aduertendũ, quod quãdo corre-

correctio Episcopi aut Abbatis haberet excessum, tunc datur appellatio, vt notat Specul. tit. de appell. § in quibus autem casibus, num. 14. Franch. in cap. de priore, 31. sub num. 2. versic. Quando modus. Cardina. Alex. in dict. cap. ad nostram, num. 3. & Deci. num. 1. & seq. de appell. Maranta in suo specul. p. 6. actu 2. princip. in verbo, Et quandoque appellatur, lim. 27. sub num. 333. Greg. Tolos. in tract. de appell. lib. 2. cap. 10. nu. 1. & 8. fol. 156. Ruginck. in simili tract. de appell. § 2. cap. 3. num. 229. Et de excessu Prae-
68 lati in visitatione, vide multa congesta à Pauuin. in tract. de visita. par. 1. q. 10. per totam, fol. 189. & seq.

69 Inter alios excessus, qui in visitatione considerari possunt, vnus ex illis principalis est, quod ea, quae grauiora sunt, non possunt in visitatione diffinitiuè terminari, sed solum per viam prouisionis, quia si determinetur diffinitiuè, omissis solemnitatibus iudicij, daretur visitationis excessus, à quo potest appellari, quia nulla est causa, in qua possit prohiberi appellatio ab excessu, l. ab executione, & ibi Bart. in princip. & Salicet. num. 1. C. quorum appella. non recip. Roma. cons. 41. num. 1. Vestr. in practi. lib. 7. cap. 3. sub num. 9. vers. Sed & inter alias, fol. 196. Rota diuers. decisio. 100. num. 17. versic. [illegible]

Caesar Barz. decis. 55. num. 6. Et quod nulla sit causa in mundo, in qua non possit appellari ab excessu modi, refert & sequitur Rebuff. in tracta. de sentent. execut. artic. 7. glos. 12. sub num. 4. fallent. 2. tom. 1. fol. 373. & communiter omnes in diuersis locis, pro vt de communi opin. testatur Galles ad form. camer. oblig. est post process. incident sub num. 11. tom. 6. p. 2. fol. 364.

70 Illud autem oportet animaduertere, quod vbi permittitur appellare ab excessu, necessarium est, quod in appellatione exprimatur causa grauaminis, siue ad correctionē procedatur in iuditio, siue extra iuditiū, siue ante sententiam, siue post senten-
71 tiam, ita Franch. in d. cap. ad nostrā, sub nu. 4. de appellatio. Et ratio est, quia quando ius resistit appellationi nisi in certo casu, tunc appellans debet exprimere illum casum, vt sic appareat appellatum in casu concesso, vt notat idem Franch. in d. c. ad nostram, n. 3. in fine.

72 Tandem est notandum, quod quando Abbas est nimis seuerus in corrigendo, tunc ab isto excessu appellatio est interponenda ad capitulū, & illud debet adhiberi, secundū eundē Franch. in cap. reprehensibilis, n. 13. & Deci. n. 3. de appell.

(§.§.)

CAPVT

CAPVT XXVIII.

DE MAGISTRATI- BVS, ET OFFICIALI- BVS INIVSTE, ET FALSO QVÆ- RELATIS, ET QVALITER EISDEM

post finitam residentiam succurrendum sit, aduersus falsos, & calumniosos quærelantes.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus, & officiales, ab improbis, & falsis calumniatoribus in residentia quandoq. pluribus modis cruciantur.*

2 *Magistratus, durante residentia, ab omnibus magno respectu haberi, & honorari debent, quia multa, & magna priuilegia a iure habent, quorum aliqua enumerantur.*

3 *Magistratus offendens, tempore syndicatus, pœna capitalis est plectendus.*

4 *Calumniatores iniustè, & falsò Iudices & officiales quærelantes, acrius puniuntur, quam si priuatos quærelassent.*

5 *Talionis pœna, ex consuetudine generali recessit ab Aula.*

6 *Calumniæ pœna successit hodie in locum pœnæ talionis.*

7 *Talionis pœna olim exercebatur, & fuit de iure diuino inuenta.*

8 *Calũniatoris pœna est hodie pro quocunque delicto ordinario, siue extraordinario, extraordinaria, & iudici arbitraria.*

9 *Calumniator falsus, etiam in causa ciuili puniri potest, pœna corporali.*

10 *Calũniãs iniuste officialem in causa ciuili, punitur amissione litis, & in criminali confiscatione bonorum.*

11 *Calumniator tenetur ad damna, expensas, & interesse.*

11 *Calumniator in causa baratariæ cõdemnatur in quadruplicatis expensis.*

12 *Iudex de barataria conuictus, tenetur ad restitutionem quadrupli.*

13 *Solitus quærelare, in duplicatis expensis condemnatur.*

14 *Actio iniuriarum competit Magistratibus, & officialibus falsò quærelatis, aduersus falsos, & improbos quærelatores.*

Mm Fis-

16 *Fiscus per calumniam querelans, tenetur ad damna, & interesse, ac etiam pœna ignis punitur.*

17 *Declara vt procedat, quando est in vera calumnia, secus in præsumpta, quia necessitas officij eum excusat.*

18 *Consules, aut Iurati Ciuitatum, seu vniuersitatum, seu illorum Syndici calumniosè querelantes Magistratū de eorum bonis proprijs, & non vniuersitatis, condemnari debent.*

19 *Querelatores officialium succumbentes redduntur infames.*

20 *Accusans officialem, & non probans omnia deducta, succumbit, & redditur ratio. nu. 21.*

21 *Qualitates omnes in querela deductæ, sunt probandæ, alioquin querelans succumbit, & punitur. n. 22.*

23 *Clericus calumniator per Iudicem laicum in pecuniariam pœnam condēnari potest, non vero in corporalem.*

24 *Iudex laicus, an sit Iudex competens clerici, in causa recōuentionis.*

25 *Cautela datur Magistratibus, & Iudicibus, vt reconuenire valeant querelatores.*

26 *Consilium optimum Bouadillæ traditur super recuperatione damnorum, & expensarum, à falsis querelatoribus.*

27 *Querelator falsus potest condemnari in eadem sententia, in qua officialis absoluitur, & post sententiam per viam principalis actionis.*

28 *Causa iusta excusat a calumnia tā in ciuili, quam in criminali, & num. 29.*

30 *Causa iusta excusandi querelatorem ab expensis, Iudicis arbitrio remittitur.*

31 *Querelator excusatur a calumnia, si a testibus fuit deceptus.*

32 *Item si credidit viro fidedigno.*

33 *Dictum viri fidedigni excusat credentem a dolo, & pœna.*

34 *Necessitas officij excusat, a præsūpta calumnia, secus a vera.*

35 *Tutor excusatur a præsumpta calūnia.*

36 *Hæres accusando super morte occisi, excusatur a præsumpta calumnia.*

37 *Mulier etiam propter sexus fragilitatem, excusatur a calūnia præsumpta.*

38 *Querelator, qui per testes inhabiles suam probauit querelam, si illorū defectus sibi non erant dati, excusatur a calumnia.*

39 *Causa iusta licet excuset a calūnia, nō tamē excusat fatua & iniusta.*

40 *Causa fatua & iniusta, licet regulariter excuset delinquentem, id tamen procedit in extraiudicialibus, secus in iudicialibus.*

Hoc

1 HOC vltimo loco, pro huius operis complemento, non videbitur à nostro instituto alienũ, breuiter referre, quibus modis magistratibus, & officialibus iniustè, & falsò quærelatis, succurri possit aduersus improbos, & falsos quærelatores, qui vt inimici supremæ potestatis abhorrent magistratus, eosq. odio prosequuntur, tum falsis testibus, tum verbis, & opere, illos palam, & publice per plateas, & curricula dehonestantes, irritantes, prouocantes, ac in summa angustia torquentes: & quod magis dolendũ est, quandoque non sine vulgari aplausu, & plerunque homunculi quidã insolentes, & sine verecundia solo suo appetitu, & insolẽtia moti formare non pertimescunt libellum famosum contra magistratum virum integræ famæ, & opinionis, capitib⁹ infamib⁹ plenũ, nõ reminiscẽtes & reminisci debẽtes, q̃ magistra
2 tus, durãte residentia debet ab omnibus tam supremis iudicantibus, eorumq. ministris, & officialibus, quã ciuibus Regionis, & etiam ab ipsa Respublica honorari, & magno respectu haberi, eo quia durante ipsa visitationis causa, durat adhuc tunc radius, & splendor dignitatis & iurisdictionis suæ, argum. l. fœminæ, ff. de senato. l. si liberam, C. de nuptijs, l. fi. ff. de decurio. Paris de Put. de syndicat. post euidentialia, num. 1. & 2. verbo, Durante officio. Quinimo omne ius statuit ut magistratus, & officiales dum syndicantur, interim gaudere & frui multis priuilegijs, honoribus, titulis, & magna acceptatione apud omnes censeri, eisdemque, premium, locum, & accubitum semper assignando, vt in l. 1. C. de præpos. sacri cubicul. lib. 12. l. 2. C. de præfect. prætor. eodem lib. & ibi Plat. num. 2. & 3. & hinc dixit Bouadilla lib. 5. cap. 1. folio 761. dictis magistratibus, & Prætoribus in Ecclesia pacem ante omnes esse dandam.

Et hac de causa iure statutum fuit,
3 quod offendentes magistratus, & officiales tempore syndicatus, pœna capitis plecterentur, vt notat Iul. Clar. in §. fin. q. 67. versic. Iniuriam faciẽs, Pute. de syndica. in verb. Iniuria, & in verb. Officiò syndicatorũ, n. 2. Rõdine. in simili tractat n. 268. & Caual. de brachio Regal., p. 5. n. 139. & 260. vbi alios refert dicẽs, quod si Prætor, durãte syndicatu offẽdatur, punitur offẽsor, ac si offẽderet illũ durãte officio, per tex. in Auth. sine quoquo suffragio, & Bal. in l. obseruare §. proficisci. q. 7. ff. de offic. procõs. & Menoch. in addit. ad Cas. 163. ait de illo, qui ficas iudici fecit, Thesau. decis. 229. & Bertazo cõsil. 17. nũ. 15. & qui de ipsis magistratibus, & iudicibus male obloquũtur, dicũtur infames, ex tex. in l. iudici, ff. de iniur. & acrius puniũtur, quia cõtra morsus detrahẽtiũ est magis detestata, & acriter indicta pœna vt testãtur sacri Cãnones in tit. de maledict. & in tit. de iniur. & dãnis dat. & in legi. Imperiali sũt duplicati titu li in ff. & C. de iniur. Et tanto magis existimatur delictũ, quãto magis perpenditur pœna, l. respiciendum, ff. de pœn. & iuxta qualitatẽ pœnæ, delictũ maius, atq. minus reputatur.

Hinc extat dispositũ, quod quærelã-
4 tes falso, & iniustè magistratus, iudices, & officiales grauius puniãtur, quã si priuatos quærelassent, vt per Paridem de Puteo in tract. de syndica. in verb. Iniuria officialis, cap. 1. per tot. Rondinel. in eod. tract, nu. 67. & seq. Amad. in simili tract. pag. 10. colu. 4. vers. Quæ autem, Boss. in tit. de offic. corrup. nu. 35. & 37. Quibus in locis prædicti DD. tenent, & præsertim ipse Boss. quod falso quærelantes officiales puniantur pœna mortis, per text. in §. ex aduerso, & ibi glos. in Auth. Vt iudices sine quoquo suffragio.

5 Olim verò florente ætate exercebatur pœna talionis cōtra falsos quærelatores ad similitudinem supplicij, ea scilicet quam merebatur accusatus, si delictum de quo accusabatur cō misisset, ex tex. in l. 1. § calumniatores, ff. ad S.C. Turpil. l. fin. C. de calū to. Authen. sed nouo iure, C. de adulter. cap. 1. 22. q. 3. cap. 1. 2. 3. & . 45. q. 6. late Menoch. de arbitra. casu. 321. n. 1. & seq. Quæ quidem pœna fuit etiam de iure diuino, vt videre licet apud Ester, & Esdras in fine libri cap. 8. vbi cum Aman de falso crimine accusasset Mardocheum detecta falsitate per Regem Assuerum, coram quo iudicium pendebat absoluit Mardocheū, & Aman suspendi mandauit. Quod idem in Leuitico continetur ca. 14. ibi: *Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium, sicut fecerit, sic fiat ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet.* Et Exodi cap. 25. habetur. *Sin autem mors eius fuerit sequuta, reddat animam pro anima, dentem pro dente, oculum pro oculo, manum pro manu, pedem pro pede, adustionē pro adustione, vulnus pro vulnere, &c. id ipsumq. legitur in Deutero. c. 19. & 20.*

6 Vnde si hodie quærelatores hac graui talionis pœna plecterentur, vtique viri isti maligni, cautius discerēt aliorū crimina, tum falsa, tum simulata, in iudicio proponere, & in alienis calamitatibus gloriari, sed infortunia Magistratum, & iudicum visitandorum, eo vsque peruenit, quod huiusmodi pœna ex generali consuetudine ab aula recessit, vt late probant Menochius dicto casu 321. num. 3. Clar. §. fin. quæst. 62. Petrus Gregor. de syntagmat. iur. 3. par. lib. 31. cap. 10. num. 3. & alij plures citati ab ijs. Et tempora hanc iustissimam pœnam, quasi reprobatam extirparunt, adeo quod sicut experientia rerum magistra docet, Magistratus, & iudices post victoriam laboriosam. dificilem, & onerosam, nec expensas recuperant, quod dolent, & proclamant omnes grauissimi authores, qui de hac re scripserunt, inter quos notanda sunt verba illa Seguræ de Aualos in cap. 1. par. 2. direct. iudic. num. 14. ibi: *Vera autem ratio, quare hæc iustissima pœna talionis ab aula recessit, ni fallor cupiditas fuit iudicum, & causarum criminalium ambitio, ex quo calumniatores punire non curant, sed eos alijciunt, & si in probatione delictorum defecerunt, non solum inultos relinquunt, immo ex bonis miserrimi accusati, vel ex communi bursa pœnarum expensas eis impendere iubent.*

7 Cæterum, quamuis ex omnium Doctorum schola receptum sit, dictam talionis pœnam propter dictam generalem consuetudinem fore, & esse sublatam, nihilominus in eius locum successit pœna calumniatoris, & atrocis iniuriæ, per quam dictis Magistratibus, & officialibus iniuste quærelatis succurritur, vt notant Parisius de Puteo de syndicat. in dicto cap. primo. verbo, Iniuria officialis, Gregorius Lopez in l. 13. titu. 1. par. 7. gol. 3. in fine, quos refert, & sequitur Bouadilla dicto lib. 5. cap. 2. num. 94. vbi alios refert.

8 Pœna autē falsi calumniatoris est extraordinaria, & iudici arbitraria, siue quærela, seu accusatio sit facta de crimine extraordinario, siue ordinario,

rio,vt poſt alios quos citat concludit Menoch.diſt.caſu 321.n.3.& ante eũ Boſſ.in tit.de præuarica.n.8. & licet idem Boſſ.in tit.de accuſatio.nu.17. in fine,calumniatoris pœnam tãquã a iure non determinatam pecuniariã fore,ex communi obſeruantia apud eum aſſerat,Iul.Clar.tamen in.§.fin. q.81.verſ.Sed quæro nunquid, prope finem,dicit,quod etiam,quod hodie ſit ſublata pœna talionis, ſi tamẽ aliquis faceret capi alium,qui eſſet innocens,& appareret, quod id per calumniam feciſſet, vt illum decapitari faceret,forte ipſe non euaderet ſimilem decapitationis pœnam, pro vt eam non euitaſſe, ſed fuiſſe quendam Peruſij decapitatum, teſtatur Bal.in l.2.num.4.C.de his qui latro, refertq.idem Clar.in d.loco, quod alias apud eum fuit ad catenã infamẽ condemnata quædã Angelina Corbetta, quæ falsò accuſauerat quoſdam,quod illam per vim, & præpoſtere cognouiſſet, & niſi fuiſſet pregnans, vix vltimi ſupplicij pænas eui taſſet. Hinc etiam dixit Couarrub. lib.2.variar.reſolut.cap.1.num.8.ver
9 ſic.Huic faue. Quod falſus calumniator, etiã in cauſa ciuili puniri debet pœna corporali,Amad. autem in tra
10 cta.de ſyndicat. pag.10. colu.4. verſ. Quæ loquens in ſpecie ſyndicatus di cit quod falsò inculpãs officialem de barataria in cauſa ciuili puniatur amiſsione,vel æſtimatione litis,in cau ſa verò criminali confiſcatione bonorum,& Boſſ.in titu.de accuſa.nu.37. & in titu.de præuericator,& calumniator, num. 8. in fine referẽ, quod Mediolani quidam Aduocatus, qui fuit inſtigator, vt plures quærelæ contra bonum officialem erigerentur, quas non probauit, iuſſus fuit
11 exulari perpetuo ab illius ſtatus dominio, necnon condemnatus ad ſoluendum omnia damna, expenſas,& intereſſe per officialem paſſa.

12 Et iure optimo, etenim non ſolum falſus accuſator ad prædicta tenetur,vt ex pluribus quos allegat probat Farinac diſt.q.16.num.8. verum etiam in crimine baratariæ condemnari debet falſus quærelator ad ex-
13 penſas duplicatas, & quadruplicatas, quia ſicut iudex de Barataria conuictus, tenetur ad reſtitutionem quadrupli, ita et querelator falſus in quadruplicatis expenſis condemnãdus eſt, ſecundum Puteum de ſyndicat. in verbo, Barataria, & in verbo, Corruptio, cap. 1. num.6. quem
14 refert & ſequitur Caualca. de brachio Regali, par. 5. num. 205. vbi etiam dicit, quod ille, qui ſolitus eſt quærelare, tenetur in duplicatis pœnis, quamuis quærela ſubſtantia ſit parui ponderis, & momenti, per textum in l. omnes, C.de delato. lib.11. Et merito quidem,nam calumniator, qui conſueuit alias falſas proponere accuſationes, & quærelas, multo acrius eſt puniendus, quam qui ſemel tantum calumniauit, vt dicit Boſsius in titu.de accuſatio.num.17.in fine,& Farinat.d.q. 16.n.6.
15 Competit etiam dictis Magiſtratibus, & officialibus aduerſus dictos falſos quærelatores actio iniuriarum, nam iniuria officiali facta grauius punitur, maxime pro quærelis falſis, & extorſionibus impictis, & baratarijs, vt in terminis notant Puteus de ſyndicat. in verbo, Iniuria officialis, cap. 1. Rondinel. in eodem tractatu, num. 67. & 68.Boſsius in titulo de officia.cor rupt.num.35.& 37. Caualcanus in di cto tractatu de brach. Regali, par. 5. num. 207. Etenim vulgare eſt in iure, quod actione iniuriarum tenetur, qui per calumniam officialem quærelat, l. iniuriarum, cum ſimili.. ff. de iniur. l.damnum,C.eodem titu.

16 Quæ conclusio procedit etiam in fisco,seu procuratore fiscali indebitè aliquem vexante ; qui si per calumniam iudicem ad inquirendum instigauerit, nedum tenetur inquisito actione iniuriarum,vt plene per Crauet.in consil.168.num.7.& seq. verũ etiam ad damna,expensas,& interesse de suo proprio resarcienda, argu. text.in l.succurritur, ff.de excusatio. tutor.l.non est ignotum. vbi Ioann. Faber C.in quibus caus.tut.habeant. Bauer.singula.23.incipit,Procuratores fiscales, Bart. in l.si postulauerit, §.fin.ff.de adulter. Quinimo etiam de iuris rigore concremari potest ex constitutione Imperatoris in l. vniuersi,C. vbi caus. fiscal. vbi Salicet. reddit rationem ,quia scilicet delicta à familiaribus Principis commissa, pro vt sunt fiscales procuratores cum in eiusdem Principis ignominiã reddant,præ cæteris grauius punienda sunt, & cum præfata Imperatoris constitutione concordat illud Dauid Psalm.139. *Labor labiorum suorum operiet eos,cadent super eos carbones,in ignem dejicies eos.*&Psal. 119.*Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs.* Gramma. qui hæc omnia refert in decis. 60. nume.21.cui adde Frãciscum Persona. in tract.de indit.& tortura,num.107 & Anton.Peregrin.in tract. de iure fisci lib.7.ti.2,rubr.de aduoca.fiscal. num.7.& Ioseph. Ludouic. in decis. Lucen.1.num.34.& seq.p.1. vbi propterea multum exclamat contra istos procuratores fiscales,qui recipiendo ab instigatoribus munera, & pecuniam indebitè pauperes innocẽtes vexant,dicens, quod licet dicta pœna ignis de facto non seruetur cõtra eos in foro fori,non tamen in foro conscientiæ excusabuntur ab ea & in alio seculo.

17 Verum prædicta intelligẽda sunt, vt procedant,quando fiscalis procurator est in vera calumnia , vt puta quando scienter, & dolose contra aliquem instigat, vt in casu de quo cõsuluit,Crauet in d.consil.168.secus si in præsumpta,quia necessitas officij eũ excusat secundum Milleum in practica criminali in denuntiationis formula,n.117.vbi pulchre distinguendo,dicit,quod si procurator Regis,seu fiscalis solus litẽ prosequatur aduersus reum criminaliter,&reus vincat, nõ tenetur dictus fiscus ad expensas, dãna,nec interesse erga reum : nam qui iure publico vtitur nemini iniuriã facit,cũ iuris exequutio iniuriam in se non habeat,l.iniuriarũ.§. is qui iure,ff.de iniurijs,subueniturq.alicui ratione officij,in eo,quod nõ illicite fit,l.qui restituere,ff.de rei vind.l.continet,ff.quod met.causa. Si tamen occurreret dolus, fraus , calumnia , aut concusio in procuratore fiscali, tunc vtique condemnandus esset in expẽsis,damnis, & interesse nomine proprio,&non fiscali,cap.fin.extra de calũnia,l.1.C.de sumptib.recup.lib.10. l.qui fundum §.si tutor,iũcta glos. ff. pro emptore.

18 Similiter vbi Consules,seu Iurati alicuius Ciuitatis, seu Vniuersitatis, aut illorum syndicus,seu Procurator nomine ipsorum falso quærelasset iudicem,seu officialem, si in probatione deficerent,in expensis,damnis,& interesse condemnari debent nomine ipsorum proprio,& non ciuitatis, nec Vniuersitatis, prout ita in termi nis concludit Bouadil.d.lib.5. ca.2. num.96.

19 Et super his te scire oportet, quod quærelantes officialem, & succumbẽtes appellantur infames, cum quærelam infamatoriam iustificare nequissent,Boss.tit.de offici.corrup. pecun

num..

num.386.vbi etiam dicit huiusmodi calumniatores pœna capitali puniri debere, idem in tit.de senten.nu.29. & est communis opinio,de qua testatur Abb.in cap.testimonium,colu.5. extra de test.Cabal.Resol. criminal. 166.num.10.11.& 12.&seq.Dulcet de syndicat.num.22.& 23. vbi etiam in confiscatione bonorum, in damnis, expensis,& interesse.Quinimo & nō
20 probantes dicti quærelatores contenta in quærela,in totum succumbere dicuntur,etiam si in parte probent,& sunt puniendi,Bart.communiter approbatus in l.denuntiasse.§. quid tamen,vbi distinguit ff. de adult. Clar. q.62.vers.Dixi,Rondinel.de syndic. num.66.& seq.Farinac.de accusatio. q.16.num.6.cum seq. & pulchrè Bouadil.d.lib.5.cap.2. num.98. vbi ad propositum plures refert, & testatur de communi,& hic est notandum,& perpetuo menti tenendum,quod si quis quærelat Prætorem,& dicit aliquid commisisse,vel omisisse, culpa, vel dolo, vel barataria, in contemptum,vel aliter,ex quibus qualitatib' infamia,Iudex,aut Prætor grauetur, quod expedit probare in specie omnes has qualitates, vt pulchrè sentit Menoch.d.casu 322. Et ratio est,nam
21 qui se fundat in aliqua qualitate,illā probare debet,vt in l.habeat,in princip.ff.de inst.ā cto.l.denuntiasse.§. 1. ff.de adult. Siquidem ad puniendum delictum ratio haberi debet qualitatum delicti,& personarum,vt inquit Gomez var.resolu.tit.de delict.ca.6. num.4. Et ideo debet probari qualitas tam in agendo,quam in excipiendo,Plot.in l. si quando, num.354.& seq C.vnde vi.Fieri namq. potest,vt Prætor commiserit,vel omiserit id de quo imputatur, sed non cum illa mala qualitate, in quęrela deducta, quo casu est omnino absoluēdus, Ias. in l.1.colu.3.2.notab.de lega.1. Hyppolit.singul.587.incipit,Qualitas. & in pract.§.quoniam, nu.61. in fi.Bal. consi.431.volum.4.Cæpol.consil.crimi.36.incipit,Esto quod in actis, Roland.consil 45.num.11.cum pluribus seq.vol.3.Socin.sen.consil.36.volu.2. Tob.Non.consil.98.num.1.& 2. Mōticel.reg.1.num.36.Cepha.cons.230. num.28.lib.2.alios adducit Farinac. tit.de inquisitio.q.1.num. 28. vbi infert ad multa,& præsertim quod si in quærela fuerit deductus dolus,& solū iustificata fuit culpa,non possit puniri,vt per Bald.d.consil.431.vol.4.Olasc.cons.65.vol.4.

Hinc sequitur, quod debent benè
22 puniri illi,qui in quærela dicunt, & allegant,iudicem dolosè,scienter, & appensate iniquam tulisse sententiā, vt morem gereret aduersario,&vindictam sumeret contra quærelātem, nam qualitas deducta,& non probata in quærela facit succumbere, Ioseph.Cumia.de syndica.cap.14.n.25. & probant DD.supra citati,ex quo illud sequitur,quod multi quærelantes succumbūt,ob eorum animi peruersitatē ducti,quia non stāt super meritis causæ,sed addunt in querelis infamatorias qualitates valde exorbitantes contra Iudices,quibus non probatis in totum succumbere dicūtur per supradicta.

Redeūtes vnde digressi sumus,di-
23 cimus,quod si contigerit, quod quærelator fuisset clericus, ipseq. dolosè, & iniustè quærelasset Prætorem, Iudicem,seu officialem,&pariter in probatione defecerit,& sic omnia contēta in sua quærela non probasset,vtiq. per visitatorem in expensis, damnis, & interesse condēnari deberetur, ex regula iuris disponente, quod victus victori in expensis condemnetur,l. properādum §.alterutra, C.de iudic. Petr.de Anchar.in reg.ea quæ,q.22. de reg.iur.Gramma.lib.1.super cōst. Regni.vers. exto,fol.28.& in terminis ita notat Bouadil. lib. 2. cap. 18.

quæst.16.num.30.dicens, quod vt falsus quærelator possit de calumnia & in expensis condēnari, non solum iudicis officio mercenario, in eadē sententia, in qua officialis absoluitur, fieri potest. sed etiam per viam principalis actionis, & contrariæ accusationis post sententiam prolatam, ac terminatum principale negotium fieri licebit.

28 Verum super ista expensarum, & damnorum condemnatione oportet quod visitatores animaduertāt, quod si quærelator habuerit iustam quærelandi causam, non debent illum in expensis condemnare, nam sicut actor in ciuilibus, qui iustam litigandi causam habuit, à calūnia excusatur, & propterea in expensis non condēnatur, ad text. in l. qui solidum §. qui etiam, ff. de legat. 2. §. oportet, & ibi glos. in authenti. de iudic. DD. in l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de iud. l. 3. C. de calūnia. Menoch. de arbitr. casu 177. num. 1. & de communi post alios testatur Nichol. Anton. Grauat. in addit. ad Vestr. in practic. lib. 8. cap. 2. Francis. March. decis. 585. n. 2. p. 2. & alibi sæpissime DD.

Ita pariter, & in criminalibus ex-
29 cusādus est à præsūpta calūnia quærelator, si iusta causa, seu errore ductus quærelauerit officialem, text. est expressus in l. 1. § sed non vtiq. ff. ad S.C. Turpi. in his verbis: *Sed nō vtique qui non probat quod intendit, protinus calumniam dicitur, nā eius requisitio, arbitrio cognoscentis committitur, qui reo absoluto de accusatoris incipit consilio quærere, qua mente ductus ad accusationem processit, & si eius iustum errorem repelit, absoluit eum, si vero, &c.* Ex quo text. aperte colligitur, quod iustus error excusat quærelantem à calumnia. ad idem est text. in d. l. 3. C. de calumnia: late Marsil. in l. patre vel à marito, num. 17. ff. de quæstio. Put. de syndicat. verbo, Expensæ, n. 3. & de ciuili causa ad criminalē in terminis arguit Craue. in consi. 178. nume. 10. & de communi testatur Benintend. decis. Bonon. 46.

30 Iusta autem causa, sicut in ciuili lite, quæ sit sufficiens ad excusandum actorem ab expensarum condemnatione iudicis arbitrio remittitur, secūdum Bal. in l. 1. C. de aduo. diuerso. iudic. Ias. in d. l. properādū. §. alterutra, num. 8. Menoch. d. casu 177. num. 1. Ita in criminalibus, quæ sit iusta causa excusandi accusatorem à calumnia pariter iudicis arbitrio committitur, vt bene probat idem Menochi. casu 321. num. 3. per text. expressum in d. l. 1. §, sed non vtiq. ibi: *Arbitrio cognoscentis committitur*. ff. ad S. C. Turpil. Sed particulariter, quibus causis moueri debeāt iudices visitatores, ad id iuste arbitrandū, ex sequentibus facile perspicies.

31 Prima causa excusandi quærelantem à calumniæ pœna esse poterit, quando scilicet deceptus fuit à testibus, qui eidem promisserunt, se plenum testimonium laturos, & postmodū in iudicio se nihil scire attestati sunt, isto enim casu quærelantem à calumnia excusari, tradunt DD. in c. 2. vbi præsertim Abb. num. 5. & Felin. in 3. notabili de calumnia; Conrad. in pract. de offic. prætor. in caus. crimin. §. 3. tit. de senten. diffin. crimin. num. 6. in 23 limita. Menoch. de arbitr. d. casu 177. num. 11. & casu 321. nume. 19. Afin. in pract. iudic. §. 32. c. 2. in 7. limitat. & de communi post Clarum, & alios quos allegat testatur Mascard. concl. 254. n. 21.

Secunda causa erit, si quærelator
32 probauerit se audisse à personis fide dignis officialem commisisse delictum de quo illum quærelauit, Bart. in l.

ore poſitum axioma quod quælibet 40.
cauſa etiam fatua,beſtialis temeraria ac iniuſta excuſet delinquentē à dolo,vt probat text,in l.igitur,verſ. Et generaliter, ibi: *Iuſtis rationibus ductus vel nō iuſtis*,ff.de libera.cauſ.& in l.de ætate.§.qui iuſto,ff. de interrog.acti. l.inter omnes,§.recte,ff.de furt.& in l.clam poſsidere,in princ.ibi: *Aut ali qua ratione*,ff.de acquir.poſſeſ. cum alijs adductis per Tiraquel.in tract.de pœn.temp.caſu 43. num.1. & ſeq. & per Hieron. Gabrie.concluſ.8.n.1.& ſeq.Clar.q.60.&alibi ſæpiſsimeDD.

Non tamē axioma prædictū,quo cō muniter à DD. recipitur,locūhabet; niſi in delictis extraiudicialib⁹, ſecus iudicialib⁹,prout eſt delictum. calumniæ,argum.text.à contrario ſenſu in l.qui non probaſſe,vbi Bald.in 2.notab.C.de calumnia, Socin.ſeni. conſil.118.colum. 4.num.6.Gabr.d.concluſ. 8.num.15.& 27.Menochi. d.caſu 321.num.6.& Tiraq.de pœn.temp.era.cauſa 43. num.11. vbi admonet hanc declarationem perpetuo notandam,quia pauci illam ponderant.

(.§.§.)

CAP. XXIX.

EXORTATIO BREVIS AD MAGIStratus,Iudices,&Officiales,vt a viſitationum moleſtijs liberentur.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus, cæteriq. qui iuriſdictionē exercent,peruigilare debent in cuſtodia ciuitatis, & in perſequendis hominibus facinoroſis,quia ſimili exercitatione placatur Deus.*

2 *Vagabundi à ciuitatibus ſunt baniēdi,& pœnis corporalibus puniēdi.*

3 *Seditiones,& rixas debet Magiſtratus vt quamprimum ortæ fuerint,componere.*

4 *Magiſtratus, & officiales perciales eſſe non debent.*

5 *Conſuetudines, & vſus Ciuitatis ſunt per Magiſtratus in ipſorum officijs inuiolabiliter cuſtodiendæ & obſeruandæ.*

6 *Literas cōmēdatitias apud Magiſtratus nihil proficere debent,nec illarum prætextu à recto iuſtitiæ tramite deuiare.*

7 *Magiſtratus,& officiales debēt eſſe ſobrij,māſueti,prudentes, diligentes & ſoliciti,aliaſq.qualitates habere.*

Magiſtratus, cæteriq.qui iuriſdictionalia officia exercent ,ſi viſitationū moleſtias euitare deſiderant, documenta deprecamur infraſcripta obſeruent.
Primum namq. vigilantiſsimi Paſ
1 tores exiſtant in cuſtodia ciuitatis taliter,quod dum eius ciues dormiunt, ipſi peruigilent,& ciuitatem pro perſequendis hominibus facinoroſis circumambulent,vt ſic adimpleāt,quod legitur Prouerb.20.Rex diſsipat omne malum intuitu ſuo,& ſubditi poſſunt tunc dicere:Ego dormio,& cor meum,ideſt Rex meus vigilat. Puniantq.populi peccata publica, prout legitur ex Dauid pſal.100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate Domini

vnam partem magisquam ad aliam, etenim bonus, & iustus magistratus debet esse iustus, æquus, & æqualis, & medius inter partes non declinās ad dexteram, nec ad sinistram, cap. cum inter, de exceptio. & ibi glos. verbo, Claudicare, l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Pute. de syndic. verb. Iudex. c. 2. num. 4. Hinc Inno. 4. in cap. de re iu dica. in 6 inquit ibi: Stateram gestēt in manibus lances appendant, æquo libramine, cap. nun afferamus, 24. q. 1. ibi. Non afferamus stateras dolosas vbi appendamus quod volumus pro arbitrio nostro, dicentes hoc graue est, hoc leue, sed afferamus diuinam stateram: & facit text. in Authen. iusiur. quod præst. ab his, vers. primum, ibi. Nequaquam subinclinatus. Adeo quod nec diuitum rogationes, & amicitię potentum eos modo aliquo moueant ad declinandum à vero iustitiæ tramite, sunt enim isti diuites, & potentes vt plurimum ingrati, vt legitur ex Plauto in Penulo, ibi: Verū ita sūt omnes istinostri diuites, si quid bene facias leuior pluma est gratia, si quid peccatum est plumbeas iras gerunt. Hinc magistratus vt ab omni labe partialitatis, & suspicionis immunes existant, minime audire debent litigantes secreto ad aurem maxime dum existunt in tribunali, quia inducit suspitionem, secundum Pala. Rub. in repetit. cap. per vestras. §. 20. in allegat. hæresis, p. 58. vers. Et hinc est, Maran. de ordine iudicio. 6. p. §. incipienti, Secundus actus, num. 44. vers. Decimatertia causa. Et ideo licet (vt inquit Conrad. in curia breuiali, 1. cap. 9. §. 2. nu. 9.) iudex aliquā do teneatur audire partē aliquid in occulto loqui volentem, alias dicitur eam grauare, nihilominus in tribunali, seu loco publico non debet aurē porrigere [confabulantibus, &] casu quo porrigat illud;, quod in aure audit, debet publice recitare, notat Decian. 1. tom. crimi. lib. 8. cap. 35. n. 27. Segur. io directo. iudic. 2. p. cap. 4. nu me. 2. & seq. Mascard. de probat. con clus. 1177. num. 12. vbi, quod licet allo qui iudicem ad aurem reddat illum suspectum alteri parti cessat tamē suspicio, si illud, quod in aure audit publice proferat, allegat tex. in ca. cum ex iniuncto pro; e princip. de hæret. cap. nolite, el 2. 11. q. 13. Late super parcialitate apud Auil. in cap. 2. præ tur. verb. Parcialidad, & per Bouadi. lib. 3. cap. 9. per tot.

5 Quintū obseruēt, vsus, & consuetu dines ciuitatis, seu loci vbi officium exercent, nihilq. aduersus eas innouent, nec moliantur, nihilq. cogitent, quod alienū nouumq. sit, sed eam viā ire pergant, quam maiores instituerunt, quæque aliorum vestigijs attrita sit. Nouarum enim rerum studium sępius Rempublicam labefactare solet, quam eam aliqua ex parte meliorē reddere, refert Pattic. de Republica, lib. 3. tit. 1. Similiter omnes eas leges colant, quæ longis temporibus stabilitæ fuerūt, vt legitur apud Plat. lib. 6 de legib. Hinc Hiero. apud Stobęum Sermo de patria, inquit; Oportet autem leges patriæ tanquam alteros Deos obseruare, si quis vero leges, aut violare, aut innouare conabitur, hic omni studio prohibendus, & modis omnibus oppugnandus, contemptus enim legum, & innouatio ab antiquitate separata, non bonum ciuitati est studium; Ideo non debent magistratus, & iustitiæ ministri recedere ab eo iure, quod diu visum est, vt dixit text. in l. penul. ff. de const. Princ. Arist. 2. Politic. cap. 6. existimat facilem legum mutationem Reipublicæ afferre detrimentum. Latè D. Tho. 1. 2. q. 79. Soto de iust. & iure, lib. 1. q. 7. art. 1. Sārm. lib. 2. selectarum, ca. 4. num. 9. Simancas de catholicis institut. titu. 31. num. 18. Menoch. cons. 52. num. 154. Frater; Marc. Antoni. de

Nn Camos.

Camos.in suaMicrocosmia, p.2.dialogo 1.p.4.col.1.& 2.

Sexto, pro administranda iustitia à potentioribus non accipiant literas commendatitias taliter, quod illarũ prætextu à vera iustitia deuient, quia huiusmodi epistolæ maximũ iustitiæ nocumentum afferre solent, vt in l.1 C.ne liceat potentior, ibi: Qui sæpe importunis potentium intercessionibus opprimentur, l.1. C. de petionib. sublat.lib. 10.ibi: Ita in nonnullis caussis inuerecunda petentium inhiatione constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus, cap.importuna, de pœnitent.dist.1. glos. qualitatem, cap.si quando, de rescrip.cap.tuæ fraternitati. de præben.Bar.in tract.tyrannidis, q.6.Ias §.quadrupli, nu.66. inst.de actio. Afflict, decis.69. Palat. Rub.in rubri.de donatio.inter vir.& vxorem §.81.num.1.& seqq. Et predictorum ratio est, quia Principum rogationes mandato æquiparantur secundum glos.in l.vnica, verb. Pignora, C.si reg.prouinc.l.1. & ibi glos. in verb.quemadmodum, ff.quod iussu, cap.Beatus, 7.q.æstio.1.cap.Rogo, 11. q.3.& vtrobiq.glos. & Archidiachonus exponit rogo, idest præcipio, c.1. .§.porro, de statu regul.. Et hinc dicitur: Est rogare ducum species violenta iubendi, & iterum rogat, qui mandat superior. Et illud Ausonij ad Theodosium Augustum: Scribere Augustus iubet, & mea carmina poscit, penè rogans blando vis later imperio.

Sint denique sobrij, mansueti, diligantq. castitatem, sint quoque liberales prudentes, diligentes, & solliciti, & super omnia optimi Christi fideles, & templa Dei, cultumq. diuinum reuereantur. Quas qualitates summe oportet magistratus, & officiales, tenere, vt ex multis quos allegat probat Bòuadilla lib. 2. capit. 1. prope finem. Et vbi prædicta obseruauerint proculdubio ab omnibus vsitationũ molestijs immunes erunt. Quinimo, & à populis amore incredibili diligentur, vt dicit idem Bouadi. ibidem n.15.& 16.

Hactenus candide Lector quæ de visitandis magistratibus, cæterisque officialibus ingeniolum nostrum penetrauit, tibi libentissimo animo ostendit, si quid tamen laude aut vituperio dignum in hoc speculo protulerim (proferam autem plura) siquidem doctior euasisti pro acerrimi ingenij tui facilitate censurabis, si aliquid vero in eo boni reperies. Clementissimo Deo, necnon Beatissimæ, gloriosæq. Virgini Mariæ, honor, laus, gloria, virtus, potestas, fortitudo, & gratiarũ actio sit in secula seculorum.

(§§)

FINIS.

INDEX.
LOCVPLETISSIMVS EORVM OMNIVM,
quæ in hoc opere continentur.

ORDINE ALPHABETICO DILIGENTIA non vulgari conscriptus.

A

ABbas corrigendo monachum sub ditum suum à tali correctione non datur appellatio, sed ab excessu correctionis bene admittitur, ca. 27. num. 66. & 67. pag. 415.

Abbas quādo est nimis seuerus in corrigendo ab isto excessu appellatio interponenda est ad capitulum, illudq. tali casu adhiberi debet. cap. 27. nume. 72. pag. 416.

ABOLITIO criminum fieri non potest, parte accusatoris contradicente. cap. 13. n. 11. pag. 163.

Acusatio sola sufficit ad excludendum quem ab honoribus consequendis. cap. 7. n. 10. pag. 103.

Accusationes contra magistratus, & iudices in visita proponuntur ad partium instantiam, quibus proprie cōpetit ius accusandi ciuiliter vel criminaliter. cap. 4. nu. 37. pag. 51.

Accusatio criminalis tēdit ad vindictā, ciuilis vero ad pœnam pecuniariam parti applicandam, in qua offensus æstimat iniuriam illatam sibi. ca. 4. n. 48. & 49. pag. 55.

Accusatores non debent admitti per visitatores ad probandū quærelas cōtra officiales visitandos, quin prius cauerant de soluendo expensas, in casu succumbentiæ, & ita practicari vidi in Cathalonia apud iudices tabulæ. cap. 4. nu. 59. pag. 56.

Accusator quilibet admittitur in crimine baratariæ, quia repetundarū actio criminalis est. cap. 17. n. 6. pag. 218.

Accusans officialē indebite, acriter puniēdus est. c. 26. n. 67. pag. 394.

Accusans officialem, & non probās omnia deducta, succumbit. cap. 28. n. 20 Et redditur ratio, nu. 21. pag. 423.

ACTIO iniuriarum competit magistratibus, & officialibus falso querelatis aduersus falsos & improbos quærelatores. cap. 28. n. 15. pag. 421.

ACTOR vniuersitatis rationem reddere tenentur. cap. 23. n. 42. pag. 300.

Actionū ciuiliū, & criminaliū cumulatio permittitur in syndicatu. c. 3. n. 57 pag. 27.

ADMINISTRATIO officialibus delinquentibus in officio quando sit interdicenda. c. 3. n. 24. pag. 21.

Administrator in dolo, vel negligentia dicitur, esse eum posset debitores cōuenire tempore quo erant soluendo & illud facere neglexerit. c. 5. nu. 96. & 97. pag. 78.

Administratio officij pendente in-

quisitione, tunc est interdicenda, quando ex informationibus aliquid substantiale commissi criminis apparuerit, ex quo officialis veniret officio priuādus. c.7.nu.7. pag. 102.

Administratores pecunias publicas in eorum vtilitatem conuertentes, tenentur, de vero dolo, & ad duplum, & in exilium condemnari possūt, simul cum restitutione totius emolumenti, quod ex tali pecunia perce perunt, ac etiam in conscientia tenētur, cap. 22. num. 27. & 28. pagi. 277.

Administratores Reipublicæ non possunt pecuniam ademptionem frumēti destinatam minuere, tāgere, nec in alios vsus cōuertere sub pœna restitutionis dupli. ibid. nu. 29.

Administratores Reipublicæ non possunt frumentum in publicis horreis reconditum in eorum vtilitatem cōuertere, aliàs tenentur ad damna, interesse, & in quadruplum, ac etiam incidunt in pœnam deportationis. c.22. n.30. pag. 278.

Administratores Reipublicæ tenentur de tritico, quod vel corruptum aquis, vel vermibus fuit demolitum maxime si cum possent illud inter vicinos distribuere hoc nō fecerunt. ibid. n.31.

Administratores Annonæ frumentariæ, tenentur de negligentia vbi domos, & horrea non inspexerint, & sarta tecta domus frumentariæ non habuerint. ibid. n.32.

Administratores Reipublicæ debēt visitare horreā publica, & videre an opus sit triticum vetus prius vendere quam nouum, vel nouum cum veteri immisceri, vt sub velamento noui vendatur, & vetus. ibidem nume. 35.

Administratores ōnes tenentur, caute, & summa cum diligentia administrare, alias de negletis tenentur. ca.22. n.34. pag. 279.

Administrator non solum tenetur de pecunia sua negligentia non recuperata, verum & de eius legitimo interesse. c.22. n.41. pag. 280.

Administratores publici tenentur resarcire omnia damna, quæ ob eorum culpam Reipublicæ eueniunt. ibid. n.42.

Administratores non solum tenentur de negligentia, verum & multo magis tenentur de dolo. cap. 22. nu. 43. pag. 281.

Administrator quilibet, siue voluntarius, siue necessarius, siue à lege, siue ab homine datus, non solum tenetur de damnis suo dolo, verum de damnis sua negligentia sequutis. ibidem n.44.

Administrator, vbi ex sua negligentia, substantia administrata deterior facta fuerit, ab officio, & administratione remoueri potest. ibidem n.45.

Administrator Ciuitatis, vel alterius populi, non potest remittere debitum, nec res ipsius Ciuitatis, vel Vniuersitatis. cap. 22. nume. 47 pagi. 281.

Administrator publicus summa cum rectitudine debet officium gerere, veridicamque rationem suæ administrationis reddere, aliàs si ratio vera, & recta non fuerit, vt falsus à lege punitur. cap. 26. num. 63. pagi. 393.

Administrator condemnatus ad reddendas rationes suæ administrationis quamuis appellet, cogitur eas reddere, non obstante appellatione, c.27. nu. 58. pag. 414.

Administratores Reipublicæ aliquando solent publicas pecunias, redditus, & emolumenta Ciuitarum in ipsorum dispendium erogare, & quandoque etiam in eorum propria vtilitatem conuertere. cap. 23. nu. 2. pag. 296.

administrans cum mandato, vel sine mandato, tenetur rationem reddere.cap.23. nu.19. pag. 300.
administrator interim, quod rationes non reddit ad sacros ordines promoueri non potest.ibid.num.34.
administrator bonorum Reipublicæ, vel priuati,non debet recipi ad religionem,donec ratiocinia præstiterit.cap.23.num.36.pag.301.
administrator siue necessarius, siue volútarius,siue à lege,Iudice,vel à parte fuerit constitutus quocunque nomine,titulo, vel causa administrauerit,illis,quibus interest, ratione reddere tenetur.ibid.nu.38.
administratores Reipublicæ tenentur librum rationum exhibere; in quo cótinuantur sigillatim bona administrata,& quomodo intelligatur.c.23 n.110. pag.518.
administratores libros rationum bene compositos,&ordinatos exhibere tenentur tempore rationis reddendæ, alioquin ob librum non bene confectum præsumitur esse in dolo, & in litem iurari potest contra eos.ca.23. num.113.pag.319.
administrator si confecerit librum rationis,sed minus legaliter, arguitur in eo dolus,& fraus. ibidem nu.32.
administrator quidlibet expendens in re aliena,qui est obligatus rationem reddere,si indubium reuocetur, tenetur probare, quæ in rationibus scripsit vera esse.cap.23. num.131. & pag.321.
administrator Reipublicæ dicitur in dolo,& criminaliter puniri potest,si omnes pecunias in libro administrationis non descripsit,& illos in vsum proprium conuertit. ibidem nume.142.
administrator, qui post reditam rationem librum administrationis, & reliqua non restituit, dicitur dolosus administrator. ibidem numero143.
administrator non describens in libris administrationis data; & accepta, æqualiter dicitur in dolo vero,& falsitatem committere, & propterea contra eum iuratur.cap.23.nu. 144. pag.324.
administrator retinendo pecunias sui domini, in proprium vsum, dicitur in dolo vero, ac manifesto, teneturque de furto, & contra ipsum iuratur in litem. ibidem nume.146.
administrationis velamen temperat furtum, & quando res habet originem à contractu, cessat actio furti. ibidem n.147.Et declaratur hæc cóclusio.n.148
administratores publici, tam Regij, quam Reipublicæ conuicti de fraudulenta, & dolosa administratione, condignè puniendi sunt,quandoque enim puniuntur pœnis corporalibus, deportationis, & mortis, & aliquando pecuniarijs, iuxta delictorum qualitatem. cap.23. n.152.153.& 154.pag.326.
administratores dolosi, & improbi, vltra pœnam corporalem condemnãtur ad restitutionem bonorum, & pecuniarum iniustè surreptarum, vna cum illarum interesse, etiãquod non sint in mora restituendi. ibidem n.155.
administratores Reipublicæ nó exigẽtes pecunias publicas, quibus pœnis subijciuntur, vide remissiue.cap.23. n.156.pag.327.
adde decisionem adductam à D. Michaele Salba, & de Valleseca, Regente meritissimo in Regio supremo Aragonum consilio. ibidem nume.357.
administratores ærarij publici, viso libro rationum per reuisores deputatos super computo, & rationes vbi repertus fuerit debitor, absque alia citatione condemnatur: & exigitur.ibid. n.159.

Administratores, qui aliena negotia gesserunt, possunt petere calculationem, & remissionem rationis. vt ab soluantur ab administratione, ne sẽper stent in suspenso. cap. 23. nu. 192. pag. 333.
Aduocationis officiũ laudabile est, atq. vitæ hominum necessarium. cap. 18. num. 1. pag. 240.
Aduocati necessarij sunt ad salutẽ patriæ, & singulorum, sicut milites armatæ militiæ, imo magis, quam ipsi. ibid. n. 2. & 3.
Aduocati duo sunt constituti in Cathalonia de publico cũ salario quatuor centum librarum pro quolibet, qui pauperes, & miserabiles carceratos defendere tenentur. c. 18. n. 4. p. 241.
Aduocati, qui curam, & solicitudinem pauperum habent, magnam retributionem à Deo consecũtur. cap. 18. n. 7. & 8. pag. 242.
Auctor deseruit officium aduocationis pauperum carceratorum sanctissimæ Inquisitionis Principatus Cathaloniæ per annos quatuordecim. ibid. n. 9.
Aduocati sanctissimæ Inquisitionis prẽstant iuramentum antequam patrocinium præstent, & quid tale iuramẽtum contineat. ibid. n. 10.
Aduocati cuiuscunque tribunalis iurare tenentur quod bene exercent suũ officium. ibid. n. 11.
Aduocati pauperum absq. aliquo salario patrocinium suum præstare tenentur pauperibus, tam clericis, religiosis, quam laicis. ca. 18. n. 12. p. 243.
Aduocati pauperum tenentur adresidẽtiam continuam, nec pro patrocinio quicquam directe, vel indirecte recipere possunt. nec alijs præter paupe res patrocinari valent. n. 13.
Aduocati pauperum, & illorum procuratores causas pauperum inter se æqualiter diuidere debent. num. 14.
Aduocati pauperum debẽt solicite deprecari, vt pauperum alimentis, necessitatibusq. & alijs carcerum incõmodis benigne eisdem succuratur, ca. 18. n. 16. pag. 243.
Aduocati pauperum curare debent, quod extorsiones compositiones, aliaq. grauamina, quæ per custodes carcerum, aliosq. ministros pauperibus carceratis inferri solent Excellẽtissimo Proregi, & iudicibus Regijs Consiliarijs denuntientur, vt illas cõdigne puniant. cap. 18. n. 19. p. 244.
Aduocatus quæ obseruare debeat, vt munere suo digne fungi dicatur, & à visitationum molestijs liberetur. ibid. n. 25.
Aduocatus debet esse modestus in sermone, num. 26.
Aduocato verboso, & procaciter loquẽti, pœna suspensionis ab officio imponi potest. c. 18. n. 27. p. 245.
Aduocatus debet esse veracissimus, tã in verbis, quam in scriptis. ibid. n. 30.
Aduocatus, qui mentitur, vt quia falsa iura, vel falsa instrumenta, aut falsos testes induxerit, peccatum mortale committit cum obligatione restituendi. ibid. n. 31.
Aduocatus causam iustam defendere debet, & iniustam suscipiens mortaliter peccat, & ad restitutionem dãni tenetur. n. 32.
Aduocatus causæ iniquitate detecta, eam relinquere, vel partes ad concordiam reducere debet n. 33.
Aduocatus causã ancipitem tuta conscientia licite defendere potest. ca. 18. n. 36. pag. 246.
Aduocatus iura, & arcana sui clientuli reuelans, ad resartionem damni tenetur, & mortaliter peccat, proditor atq, falsarius dicitur. ibid. n. 37.
Aduocatus qui vtrique parti patrocinium præstat, præuaricator appellatur, & varijs pœnis punitur quæ referuntur, n. 38. & 39.
Aduocatus pasciscens cũ clientulo suo de cota litis priuari debet officio aduocationis. cap. 18. num. 40. & assignatur

natur ratio.num.41. p.246.
aduocatis fit exhortatio laudabilis,quę refertur. ibid. n. 42.
aduocati causas pauperum gratis agere debent,cap.18.n.43.pag.247.
aduocatus fiscalis dignitatē habere dicitur,& inter clarissimos connominatur,tituloq. spectabili decoratur, & togatus incedit sicut cæteri Regij Consiliari,cap.12.n.2.p.154.
aduocati,& Procuratores fiscales inCathalonia regiæ visitationi sunt obnoxij.ibid.n.6.
aduocatus fiscalis tenetur iura regalia & reglam iurisdictionem tueri,& defendere. idid.n.7.
aduocatus, qui propter negligentiam, vel imperitiam amittit causam iustam sui clientuli,tenetur illi ad interesse,& quoq. mortaliter peccat.c.12 n.6.Quod declara. ibid.n.10.pa.155.
aduocatus fisci tenetur interuenire in omnibus causis fiscalibus, in quibus de interesse fisci agitur, aliter sine eius præsētia nō potest expediri.c.12. num.11.Quod & de iure municipali procedit. n.12. & 13.pag.ead.
aduocatus fisci diligenter,& solicite debet cōmoda fisci prosequi. ibi.n.14.
aduocatus fiscalis non debet calumniosas actiones instituere, alioquin de suo in expensis condemnari debet. cap.12.n.15.pag.155.
aduocatus fiscalis in Cathalonia, vbi malitiosè appellauerit, vel supplicauerit,est in expensis de proprijs bonis condemnandus,& in visita de isto excessu visitari poterit.cap.12. numer.16.pag.156.
aduocati,& procuratores fiscales mouentes litem seu causam super iurisdictione,vel alia proprietate,quæ ad dominum pertinere dicatur, tenentur seruare formam traditam inCōsti.5.tit.de aduocats, y procuradors fiscals,aliter in visita syndicari possunt,cap.12.nu.17.pag. 156.
aduocati,& procuratores fiscales inCathalonia tenentur quolibet quadrimestre relationem facere in Cōsistorio Deputatorum de omnibus latronibus tunc inCathalonia repertis,& de latrocinijs per eos commissis,vt pro illis capiendis Deputati pręmia promittere, & offerri valeant. ibid.n.18.
aduocatus fiscalis non potest esse iudex in causis fiscalibus.dicto cap.12.n.19 & assignatur ratio.num.20.pag.156.
dauocati fiscales curiarum regiarū Cathaloniæ,& Committatuum Rossilionis,&Cæritaniæ non possunt pro reis captis postulare,nec vltra solitū salarium esculenta,& poculenta sub pœna priuationis officij recipere ibidem n.21.
AFFECTVS in crimine baratariæ punitur, etiam quod non sequatur effectus,adeoque vt etiam in eo re integra,non est locus pœnitentiæ. ca.17. n.28.pag.222.
Afflictis non est danda afflictio, & multo minus pauperibus carceratis, pa .20.n.6,pag.264.
Albarana liberatoria pro liberandis, & relaxandis pauperibus carceratis diligenter procuratores pauperū obtinere debent.cap.18.n.20.pag.244
Alguatzirij, & executores exeuntes extra ciuitatem ad exequutionem faciendam pro eundo, &redeundo nō debēt percipere,nisi pro vno itinere, licet plures exequutiones fecerint in diuersis locis,aliter in syndicatu tenentur.cap.19.n.50.pag.258.
Ambasiatores non possunt mitti per Decuriones ciuitatum ad dominum Regem sine licentia Proregis.ca. 22. n.56.pag. 288.
Licentia prædicta in Cathalonia non. pætitur,& ita fieri est assuetum.ibid n.57.
ambasciatori non creditur sine literis suæ ambasciatæ nisi sit vir nobilissimus.d.c.22.nu.58.
ambasciatores qui de mandato ciuitatis

tis mittuntur, non debent ad ciuitatem redire, sine ipsius ciuitatis licentia. cap.22.nu.59.pag.284.
ambasciator illud præcipuè obseruare debet, quod ab instructione ciuitatis sibi tradita, nullatenus recedat, aliàs si aliquid agit, vltra quàm in instructione continetur, etiam si bene gerat, est puniendus: & ita fuit nouissime obseruatum.cap.22.n.60 & 61.pag.285.
AMBITVS crimen graue, & detestabile est, pluresq. ex eo sequuntur incōmoda, & damna, vide nonnulla curiose.cap.16.n.8.9.& 10. pag.194.
AMICVS negotia amici gerens gratis, quamuis non teneatur librum cōficere, ita exactè & diligenter, vt aliàs iura mandant, debet tamē eum conficere saltem diligenter, quia tenetur rationem reddere. cap. 23. n.120.pag.320.
amoris exemplum traditur, quod locū sibi vendicat, dum Iudex amico, vel propinquo auxilium præstare contēdit.cap.10.n.59.pag.146.
amoris maxime lasciui effectus rectū iudicium iudicis peruertit, vt ex sacra pagina comprobatur.ibid.n.60.
amor puellarum subuertit rectum iudicium.cap.25.n.116.pa.370.
APPELLATIO sicut datur à breui dilatione, ita fortius à denegato termino.cap.17.n.86.pag.232.
appellationis remedium grauatis, & oppresis commune refugium est, nuncupatur antidotum, seu theriaca cōtra venenum primi iudicis, præsidiumq. innocentiæ, Arx, & tutissimum refugium persecutionem patientibus.cap.27.n.1.& 2.pag.400.
appellari potest à sentētia lata in syndicatu contra Magistratum, Iudicem, & officialem. ibid.n.5.
appellatio, recursus, nec supplicatio admittitur in Cathalonia à sententijs latis per visitatores insignis domus Deputationis, quod & in Aragonia id ipsum obseruatur.cap.27.nu.48. pag.413.
appellatio non admittitur à sententia confirmatoria lata per Iudicem causarum appellationum, Iudicum tabulæ, verum licitū est dicere de nullitate vbi nullitas est notoria, & ita practicatur, & obseruatur in Regia audientia.ibid.n.50.& 51.
appellare an liceat à sententia reuocatoria per Iudicem causarum appellationum.ibid.n.52.
appellans in syndicatu non potest nouas probationes facere, sed grauamē ex eisdem actis iustificare tenetur. cap.27.n.53.. pag.414.
appellatio interposita a sententijs latis per Iudices tabulæ in aliquibus casibus non admittitur.ibid.n.54.
appellans quando in sui fauorem non obtinet sententiam est in omnibus expensis condemnandus, quod secus est quando reuocatur prima sententia, quia tunc vtraque pars censetur habere iustā litigādi causā.ibid.n.55
apellare non licet officiali condemnatus per dolum, aut baratariam, sed ad superiorem recurrere poterit. ibid. n.56.& 57.
appellatio est interponenda per officialem condemnatum coram eodem visitatore.cap.27.n.60. Et quid si sit absens.ibid.n. 61. pag.415.
appellatio non admittitur à visitatione per Episcopum facta super morum correctione, ibid.n.62. Et datur ratio.n.63.
ampliatur etiam quod ad Sedem Apostolicam fuisset appellatum, & inhibitio inde sequuta, quia nihilominus talis appellatio, & inhibitio non suspenderet exequutionem eorum, quę Episcopus decerneret super his quæ spectant ad visitationem, aut morū correctionem.ibid.n.64.
appellatio nō admittitur à pręcepto per Episcopū facto in actu visitationis alicui de residēdo in Ecclesia, nisi ex causa

causa rationabili.ibid.num.65.
Appellatio vbi ab excessu interponitur requiritur quod in appellatione exprimatur causa grauaminis.cap.27. num.68.Assignatur ratio. num.69. pag.410.
Appellatio non admittitur, quando Abbas corrigit monachum subditũ suũ ca.27.n.66.Sed bene ab excessu correctionis,vt ibid.n.67.pag.415.
Appellatio nulla non deuoluit iurisdictionem ad superiorem ad effectum cognoscendi de meritis causæ.c.27. n.59.pag.411.
Appellare quãdo liceat tertio, pluribus exemplis demonstratur.ca.27. n.13. & 14.pag.401.
In appellatione licet non sit exprimẽda causa,fallit tamen,quando appellatio interponitur per tertium.c.27. n.15.pag. 402.
Appellãs licet regulariter possit in causa appellationis deducere, allegare, &probare quod in priori iudicio fuerat prætermissum, verum in iudicio syndicatus non licet eidem appellanti nouas quærelas proponere,nec noua instrumenta producere,cum causa appellationis syndicatus ex eisdẽ actis terminanda sit, cap.27. nu.17. pag.403.
Hoc maxime procedit in Cathalonia, vt n.18.& redditur ratio,nu.19.
Appellare an possit fiscus, & quod possit sex referuntur fundamenta, c.27. à nu.20.vsque ad nu.26,pag.404.
Appellare non licet fisco in Cathalonia in causis syndicatus,nec in aliis,c.27 n.31.Et redditur ratio à n.32. vsq; ad n.34.pag.408.
ARCHIDIACONVS, & quilibet alius Prælatus inferior,qui Ecclesias sibi subditas visitauit, rationem visitationis ordinario reddere debet,& integra visitationis acta illi exhibere tenetur. cap.23. nu.29. pag.300.
ARRENDAMENTA Regiorũ,redituum, & iurium regalium, non aliter fieri debent nisi præcedentib⁹ publicis subhastationibus, vt sic excludantur collutiones,& fraudes.c.15 n.14.pag.183.
ARMa reperta penes delinquẽtes tẽpore capturæ,vbi portarij illa nõ denũtiauerint vti fures puniendi sunt. c.21.n.6. pag.268.
Arma dempta delinquenti capto à Regijs portarijs inter eos de consuetudine diuiduntur, sed de iure sunt fisci.ibid.n.7.
ASSESSOR,& cõsultor Iudicis sine expressione causæ recusatur.ca.6.n.31. Fallit,n.32.remissiue pag.92.
Assessor Gubernatoris Cathaloniæ, & Commitatuum Rusilionis,& Ceritaniæ de contrafactione, & violatione legum, & constitutionum syndicari possunt.c.13. n.37. pag.167.
Assessores tenentur in visita si Gubernatorem, seu gerentes vices generalis Gubernatoris per Cathaloniæ principatum non sequuntur, & personaliter officium non seruiunt, quod seruire tenentur nisi in casu iustæ absentiæ,aut infirmitatis ipsorum, aut vxorum suarum,&filiorum suorum ibid.n.38.
Assessores Gubernatoris visitari possũt, quotiescunque absente Gubernatore,seu gerente vices generalis Gubernatoris aliquos actus iurisdictionis exercuerint.cap.13.n.39.Et assignatur ratio,n. 40.pag.168.
Assessores Baiuliæ generalis, qui de causis fiscalibus cognoscunt, tenetur in eis ordinem iudiciarium seruare,& qui seruatur in Regia Audientia.capi.15. nu.30.pag.186.
Assessores Baiuliæ generalis vti Iudices fiscales lite pendente per modum inuentarij descriptionem bonorum,& rerum de quibus in iudicio controuertitur facere possunt. ibidem nume.31.
Assessores Baiuliæ generalis non possũt facere

facere descriptionem, seu incorporationem cum insignijs, & armis, quæ significent rem esse Principis ante sententiam, aliter in syndicatu tenetur. ibid. n. 32.

Assessores, & fisci aduocatus Deputatorum tenentur bene, & fideliter consulere Deputatis in omnibus negocijs, & causis beneficium generalitatis Cathaloniæ concernentibus. c. 24. n. 24. pag. 346.

Assessores, & fisci aduocatus Deputatorum residentiam facere tenentur, in Ciuitate, Villa, aut Loco, vbi Deputati illam fecerint, & absque illorum licentia non possunt recedere, nec se absentare, nec salarium ex commissionibus causarum ipsis factis recipere. ibid, num. 25. & 26.

Assessores, & fisci aduocatus Deputatorum non possunt ratione laborum ordinariorum, & extraordinariorū, remunerationem aliquam ab ipsis Deputatis consequi, nec habere. ibi. n. 22.

AVARITIA est radix omnium malorum. c. 5. n. 19. pag. 67.

AVDITORES computorum generalitatis Cathaloniæ personaliter tenētur examinere computa generalitatis, & vbi inexperti fuerint, suis proprijs expensis aliam personam subrogare, & constituere debent. ca. 24. n. 22. pag. 345.

Auditores cōputorū memoriale debitorū Deputatis præstare tenētur, & ad omnia alia, quæ Deputati obnoxij sunt, pariter ipsi obligati existūt. ibi. n. 23.

B

BAiulus generalis Cathaloniæ est maior procurator fiscalis pro domino Rege, secundum Mieres, qui sentit reliquos procuratores fiscales esse dumtaxat locumtenētes. cap. 12. n. 29. pag. 157.

Baiuli iurisdictionales tenentur in syndicatu in omnibus illis casibus, in quibus vicarij, & alij potestates rerum sunt obnoxij, de quibus late diximus in cap. 16. per tot. pag. 193.

Baiulus generalis, & procurator Regius Rosilionis, & Ceritaniæ est antiquissimus magistratus in Cathalonia, & quæ eius officio incumbāt, & de quibus cognoscant. cap. 15. n. 1. pag 182.

Baiulus generalis absente domino Reg.. à præsenti Principatu occupat merces, naues, & personas inimicas domini Regis. ibid. n. 2.

Baiulus generalis cognoscit de bonis vacantibus, ipseque, & sui officiales sunt exempti à iurisdictione Gubernatoris Cathaloniæ, qui nec eius vicesgerens possunt in ciuilibus, & criminalibus causis patrimonialibus, in prima instantia se intromittere. cap. 15. n. 3. & 4. pag. 183.

Baiuli generales olim procurator Cæsaris, & Comites rerum priuatarum, vel sacri patrimonij appellabantur. ibid. n. 5.

Baiuli generales, procurator Regij patrimonij, & illorum Assessores obnoxij sunt Regiæ visitationis. ca. 15. nume. 12. pag. 185.

Baiulus generalis intendere, & vigilare tenentur, circa arrendamēta Regiorum introitum, & redditum domini Regis. cap. 15. n. 13. Et qualiter arrendamenta fieri debeant. ibi. n. 54.

Baiulus generalis, & procurator Regij patrimonij locantes iura regia, & fisci vectigalia tenentur illa locare per sonis habilibus, & cum idoneis fideiussoribus, aliter de bonis proprijs in visita ad resarciendum damnum cōdemnari possunt. c. 15. n. 20. pa. 184.

Baiulus generalis, & procurator Regij patrimonij non debent locare gabellas, & iura Regia clericis, neque eos in fideiussores accipere, quia clerici à conductione vectigalium fisci excluduntur. ibid. n. 21.

Idem

INDEX.

Idemq. est dispositum in familiaribus sancti Officij, nisi prius facta renūtiatione fori, ibid. n. 22.
Baiulus generalis, & procurator regij patrimonij non possunt locare vectigalia fisci, & iura regia officialibus regijs, & multo minus pecuniarijs, nec mulieribus, minoribus, & debitoribus fiscalibus, aliter in visita syndicari possunt. cap. 15. n. 23. & 24. p. 184.
Baiulus generalis, & procurator regij patrimonij, non possunt vēdere res patrimoniales, & de regio patrimonio, absque speciali Principis mandato, aliter in syndicatu tenentur. capi. 15. n. 25. pag. 185.
Baiulus generalis, & procurator regij patrimonij non possunt vendere bona immobilia fisci debitoris, nisi cōcurrentibus solemnitatibus, & requisitis hic expressis, aliàs tenētur in syndicatu. ibid. n. 26.
Baiulus generalis, & procurator regij patrimonij, non possunt se intromittere, sub pœna priuationis suorum officiorum, & nullitatis decreto, de personis, nec causis, ad officiales ordinarios spectantibus, etiam quod sint arrendatores læsdarum, seu redditTuum, & iurium regalium, nec illis licentiam portandi arma concedere. cap. 15. n. 41. pagi. 187.
Bannum Visitatoris voce præconia publicari debet per Ciuitatem, & Villas illi adiacentes, illudque in scriptis fieri, & poni in valuis Audientiæ, vt sic liget omnes. c. 4. n. 13. & 14. pag. 47.
Banni promulgationis forma traditur, & qua de causa banni annotatio fiat. c. 4. n. 14. & 15. pag. 46.
Banni terminus currit de momento ad momentum, & in eo currunt dies feriati, & explicatur qualis sit terminus iste, tam de iure ciuili, quam municipali. ibid. nu. 16.
Bannitis, relegatis, & in exilium missis concedi debet terminus ad migrandum. cap. 18. n. 3. Et assignatur ratio. n. 24. pag. 244.
Barataria qualiter probetur. c. 5. nu. 56. 58. & 59. pag. 73.
Barataria quando probetur, per testes singulares, cum distinctione declaratur. cap. 5. nu. 60. pag. 74.
Barataria probatur sicut dolus, indicijs scilicet, & coniecturis. c. 5. n. 66. p. 75.
Barataria probatur per testes domesticos, & familiares ipsius iudicis, ca. 5. n. 76. quod declara vt nu. 77. p. 76.
Barataria est permutare iustitiam pro pecunia, aut alio interesse. c. 17. n. 2. pag. 217.
Barataria dicitur furtum. d. ca. 17. nu. 5. pag. 21.
Barataria tunc committitur, quādo Iudex pro iustitia facienda pecuniam accepit, quia non licet dare iudici, vt iustitiam faciat: etenim venditio iustitiæ prohibita est, quinimo & mortaliter peccat, qui pecuniam accepit, vt iustam ferat sentētiam. c. 17. n. 14 15. & 16. pag. 220.
Barataria cōmittitur, quādo iudex aliquid recipit pro expeditione causæ. c. 17. n. 17. pag. 220.
Barataria cōmittitur, quādo iudex donū accepit, licet ipse nihil promittat, & modo iustitiā vel iniustitiam faciat. ibid. n. 19.
Barataria cōmittitur etiā iudex quādo aliquid recipit a sponte dante. nu. 20.
Barataria cōmittitur per iudicē ex promissione indemnitatis, quam recipit pro iustitia facienda. c. 17. n. 21. p. 221.
Baratariā cōmittit iudex, ex sola promissione, & illius acceptatione. ibid. n. 22. Assignatur ratio. n. 23.
Declara dūmodo promissio fuerit certa, & specifica de cèrta summa, aut retradenda, secus vero si fuerit generalis, & incerta. ibid. n. 24.
Baratariā cōmitit iudex nō solū quādo pecuniā accepit, sed etiā si aliā rē, vel cōmodū, seu vtilitatē setiat. c. 17. n. 25 p. 221.

Bara-

Baratariam committit Iudex, quando eius filius à litigante beneficium [ec clesiasticum absque oppositione obtinuerit, vel eius filia ab ipso litigãte fuerit dotata, vel monialis effecta. ibid.n.26.
Baratariæ crimen tunc committitut, quando iudici aliquod æs alienum fuerit remissũ. c.17.n.34. pag.223.
Barataria committitut, quando iudex pecuniam, munera, seu alias res acce pit, non per se, sed per vxorem, filios famulos, aut aliam interpositam per sonam.ibid.n.35.
Barones in eorum locis, & villis posſũt compellete Iuratos, cæterosq. suorũ locorum publicos administratores ad dandum & reddendum computum rerum publicarum, non obstan te quacunque consuetudine contrarium disponente.cap.23.n.4.p.297.
Barones in eorum tertis habentes me rum & mixtum imperium visitatores creare possunt, imo & illos creare tenentur, ad visitandum suos offi ciales.cap.2.nu.8. pag.6.
Belli tempore sub pœna mortis non li cet militi recedete ab exercitu, nec Duci sub eadem pœna capitali ei licentiam dare. cap.9.n.60. pag.130.
Limita, nisi paucis, & ad breue tempus, & nõ vrgẽte opposito hospite. Ibid. num.68.
Bellum quando dicatur iustum, vel iniustum, quandovè liceat christianis in bello vti auxilio infideliũ, & Saracenorum, de rebus in bello captis, de piratis, & denique de bello nauali, terrestri, alijsq. quotidie circa res bellicas occurrentibus, vide remissiue ibid. n.63.
Beneficia ecclesiastica nõ debet conferri ei, qui aliena negotia administrauit, donec rationem administrationis susceptæ præstiterit. c.23. nu.41. pag.301.
Birroarij, seu portatij licet in crimina libus, & causis grauibus testes esse nõ possint, tamen ad defensam sunt idonei pro sua potestate. c.5.n.105. 106. & 107. Quod amplia, n.108. pag.80.
Bona cõmunia, quę in pecunijs, & reditibus populorum consistunt, in cõ munẽ omnium ciuium vtilitatem eroganda sunt.c.23.n.41.pag.301.
Bona vniuersitatis expendi, & consumi possunt in subuentionem carcerato rum, quando famem patiuntur, ex qua indigentia mors sequi possit. c.23.n.88.pag.310.
Bona administratorum sunt pignorata, & obligata pro administratione, in eorumq. bonis Respublica habet hypotecam.cap.23.nu.193. pag.334.
Boni ex diuina dispensatione quandoque incurrunt infamiam, vt probentur, vel purgentur.c.25.nu.5.pag.356.

C

CAlculatores nominandi sunt in rationibus reddendis, & de tortura contra dolosos administratores infringenda, vide remissiue. cap.23. n.194.pag.334.
Calũniæ pœna successit hodie in locũ pœnæ ralionis.cap.28. nu.7.
Calũniatoris pœna est hodie pro quocunque delicto ordinario, siue extra ordinario, exttaordinaria, & iudici arbitraria.ibid.n.8.
Calumniator falsus, etiam in causa ciui li puniri potest pœna corporali.c.28 num.9.
Calumniatores iniustè, & falsò iudices, & officiales quætelantes aerius puniuntur, quam si ptiuatos quætelassent. cap.28.num.4.
Calumnians iniuste officialem in causa ciuili, punitur amissione litis, & in criminali confiscatione bonorum. c.28.num.10.
Calumniator tenetut ad damna, expensas, & interesse. ibidem numero 11.

Calum-

Calumniator tenetur ad damna, expensas & interesse. ibidem, n.11.
Calumniator in causa baratariæ condēnatur in quadruplicatis expensis. ibidem.
Campanarum pulsationes ad fuganda nubilia tempore quo fructus sunt pēdentes fieri debent expensis illorum qui fructus habent. cap. 23. nu. 95. p. 315.
Cancellarius, & Regens Cancellariam, Doctoresque, Regij Consiliarij in hac prouincia Cathaloniæ sunt Magistratus ordinarij. c.10. n.1. p.135.
Cancellarius, Vicecancellarius, & Regens Regiam Cancellariam, in exercitio administrationis iustitiæ non possunt per dominum Regem (salua eius Regia clementia) nec eius primogenitum, vigore constitutionis Cathaloniæ impediri. cap.10. n.4. p.136.
Cancellariose, Vicecancellarius, & Regens Regiam Cancellariam, cum in eorum officio, & illius exercitio liberam habeant in Cathalonia administrationem, ex eo inde apparet magnam auctoritatē, potestatē, & iurisdictionem habere. ibidem n.5.
Cancellaria duplex reperitur, vna quæ vocatur magna, & altera parua: ista firmat literas intra suam prouinciā tantum: & magna in negotijs totius Coronæ. d.c.10. n.8.
Cancellarius in Cathalonia consueuit esse Archiepiscopus, vel Episcopus, aut alius Insignis Prælatus. ibid. num.9.
Cancellarius principatus Cathaloniæ est hodie Nobilis, ac perillustris don Petrus à Puigmari, & Funez, egregius Doctor, & Abbas insignis monasterij sancti Michaelis de Cuixano Ordinis sancti Benedicti, cuius animi dotes laudantur. ibidem num.10.
Cancellarij, & Regentes Cancellariā auctoritas, nedū hodie magna est, verū & priscis tēporibus fuerūt in magna existimatione c.10. n.11. p.136.
Cancellarij officio incumbit, in rescriptis, & regijs iussionibus se subscribere, vt, & viua voce aliquid implorātibus, respondere regiūq. sigillum penes se retinere, legesq. Regni, iniquas cancellare c.10. n.13. p.137.
Cancellarij præheminentia, & auctoritas magna est, quia ipse omnibus Iudicibus, & Magistratibus præest, & ipsi subjiciuntur Doctores Regij cōsilij. nec nō prælati in domo Regia existentes, clerici, capellani, & ceteri domestici d. domo Regis. nu.14.
Cancellarius in Cathalonia præest Gerenti vices generalis Gubernat. n.15.
Cancellarius propter eius præheminētem auctoritatē vocatur, Illustris, Illustriss. eminentiss. atq. Gloriosiss. quæstor, & circa latus Principis stat, & eius personā repræsentat ibid. n. 17.
Capitulum gerens negotia Episcopat* sede vacante rationem reddere tenetur, c.23. n.28. p.300.
Captura non iustificatur, ex indicijs post capturam superuenientibus, si tempore capturæ nulla aderant indicia c.17. n.101. p.232.
Captura vbi est injusta punitur Iudex pœna arbitraria, etiam quod postea inquisitum absoluerit, vel subfideiussoribus seu ad manulentam relaxauerit, & traditur decisio Regiæ Audientiæ cap.17. numer.102. pag. 234.
Captura contra Doctorē per Iudicem prouissa sine legitimis indicijs cōcluderet probatis punitur, Iudex in syndicatu. c.17. n.109. pag.235.
Captura cōtra virū clarissimum decerni non potest: nisi præcedat talis probatio, quæ ferè sufficiet ad condemnandum ibid. n.111.
Limita vt non procedat, vbi timetur de fuga ibidem, numero 112. pagin. 235.

Oo Captura

Captura, licet sine iudicis mãdato fieri nõ possit, tamẽ haec regula limitatur in pluribus casib^9. c.25. nu.10.11.12.13. & 14. p.357.

Capitaneus generalis milites fortissimos, & extrenuos viros habere debet, quibus permitti nõ debet, quod inhoneste viuant. cap. 9. num. 43. pag.125.

Capitaneus generalis in rebus bellicis, cuncta agere debet cũm consilio. ibidem n.44.

Capitaneus generalis curam habere debet quod Regnum in quo ipse praesidet, sit armis offensiuis, & defensiuis bene munitum, quia ex illorũ abundanti prouisione prosperi belli successus admodũ dependent. c.9. n.47 pag.126.

Capitaneo generali incumbit prohibere extractionẽ armorum à Regno. ibid. nu.48.

Capitaneus generalis prouidere debet, quod praesidijs comeatus abundent, & pro infirmitatibus militum medicamenta necessaria in eis existãt. c.9 n.50. p.127.

Capitaneus generalis in otio pacis visitare debet praesidia, & castra, & eorũ maenia reparare, & redificare, nec praedicta ad tẽpus belli spectare. ibidem nu.51.

Capitaneo generali vtilis est historiarum cognitio. Et assignatur ratio. c.9. num.53. pa.128.

Capitaneo generali constituto cum militibus suis ante aciem inimicorum incumbit illos ad praelium audacter hortari. ibid. nu.55.

Capitaneus generalis debet esse liberalis & benignus erga suos subditos. Et traditur ratio. cap.9. num.56. p.129.

Capitaneus generalis quid considerare & facere debeat antequam in hostes irruat, & postquam accesserit ad pugnam, & victoriam obtinuerit, spolia inimicorum cum exercitu diuide re debet. ibid. nu.57.

Capitaneus generalis militibus iubere debet, quatenus praepositis suis obedientes existant, & vbi inobedientes fuerint, poena capitis sunt plectendi. d.c.9. nu.58.

Carcelagium nõ soluunt pauperes, nec pro dicto iure per carceratos detineri possunt. c.18. nu.21. p.244.

Carcerationi non est locus, vbi officialis solum officio venit et priuandus, vel pecuniaria poena puniendus. c.7. n.46. p.104.

Carceratus, qui sub fideiussoribus à carceribus venit relaxandus, si fideiussores non inuenerit, & loco illorum pignora offerret, tenetur iudex vbi illum non relaxauerit. c.17. num.65. pag.229.

Carcerati in quibus casibus sunt relaxandi sub fideiussoribus. ibidem nume.66.

Carcer, est sepultura viuorum, consumptio bonorum, consolatio inimicorum, & experientia amicorum. c.20. n.8. p.264.

Carcerum fabricatio pertinet ad Ciuitates, seu Loca, illarumque expensis construi, & aedificari debent. c.23. nu.43. p.302.

Carceratorum custodia pertinet ad Regem, seu dominum cuius est iurisdictio. ibid. n.44.

Carcerarij circa mansiones carceratorum quid obseruare debent. d. cã.20. num.9.

Carcerarij in Cathalonia sunt obnoxij censurae visitationis. c.20. nu.10. pag.264.

Carcerarij non possunt exigere carcelagium à reis relaxatis sine culpa. cap.20. n.19. p.265.

Carcerarius non potest pro locatione pannorum lectorum à carceraris exigere nisi duos denarios pro quolibet die, & pro qualibet persona. c.20. nu.20. pa.266.

Carcerarius, lecta pauperum car cera-

ceratorum non poteſt alteri locare, nec mutuare ſub pœna centum ſolidorum.n.21.
Carcerarius,nec custodes carcerũ, nec ipſorum familia non poſſunt aliquid recipere etiã ſub nomine doni gratioſi,ſiue ſtrenarum à carceratis exeuntibus à carceribus, niſi duntaxat illud,quod de iure eis competit, ſub pœna priuationis officij,& centũ florenorum.n.22.
Carcerarij tenentur edere, & exhibere carceratos aduocatis pauperum, vt cum eis alloqui valeant, pro ipſorũ defenſionibus faciẽdis,ſub pœna carceris. num.23.
Carcerarij tenentur,nedum de lata culpa,verum & de leuiſſima.c.20. n.24 Et traditur ratio.n.25. p.266.
Carcerarijs optimum datur conſilium circa eorum officium.ibid. num.26.
Caupones,ſeu tabernarij vendentes vinum mixtum & ſofiſticum , puniri poſſunt.c.23.nu.80. p.309.
Cauſa iuſta excuſat à calumnia, tam in ciuilibus,quam in criminalibus. capi.28.n.28.& 29.p.425.
Cauſa iuſta excuſandi quærelatorẽ ab expenſis iudicis arbitrio remittitur. ibid.n.30.
Cauſa iuſta licet excuſet à calumnia,nõ tamen excuſat fatua,& iniuſta. c.28. n.39.p.426.
Cauſa fatua,& iniuſta,licet regulariter excuſet delinquentem,id tamẽ procedit in extraiudicialibus , ſecus in iudicialibus.c.28.n. 40. p.427.
Cauſæ officialium viſitandorum vertẽtes corã iudicibus tabulæ, nõ poſſũt euocari ad Regiam Audientiã prætextu miſerabilitatis officialiũ viſitãdorum,ſed bene ad ſupplicationem quærelantis.c.3.nu.16. p.20.
Cauſæ officialium triennalium debent per iudices tabulæ infra quatuor mẽſes inſtrui,iuſtificari , & ſententiari, ſub pœna amiſsionis ſalarij.c.3.n.18. pag 20.
Cauſæ officialium viſitandorum criminales ſunt,& ideo in illis non admittitur teſtium ſuppletio ad condemnandum,ſed ſolummodo ad torquẽdum.c.5.n.49.& 52.in fine,p.72. & c.6.n.7.p.87.
Cauſæ pauperis,Forẽſis,& antiquioris litigantis ſunt prius per iudices expediendæ.c.17.n.18.p.220.
Cauſæ Doctoris,vel alterius viri in dignitate cõſtituti,tractatur extra carceres, & ipſi ſedeot cum iudice in loco tamẽ inferiori. c.17.n.116.p. 235.
Cauſæ pauperum carceratorum celeriter ſunt expediendæ,idq.ad pauperũ aduocatos,& procuratores ſpectat ſũma cura , & ſolicitudine ſolicitare. c.18.n.19.p.244.
Cautela pro magiſtratibus &iudicibus vt reconuenire valeant quærelatores. c.28. nu.25. p.424.
Chriſtus Ieſus dixit vilico in vim præcepti, redde rationem villicationis tuæ.c.23.n.6.pa.298.
Citatio in pluribus caſibus de iure non requiritur.c.23.n.162.p.328.
Ciuis qui mutuauit Regi pecunias pro Regni neceſsitatibus , an poſſit iuſtè intereſſe illarũ pecuniarũ petere, & recipere.c.23.n. 108.p.317.
Ciuitates tenẽtur ſoluere ſalariũ Prætoribus in eiſdem ciuitatibus iuſtitiam miniſtrantibus.c.23.n. 47.p.303.
Ciuitas ex cauſa remunerationis ſeruitiorum,vltra ſalarium ordinariũ, poteſt dare,& erogare pecuniam publicam illi,qui multum laborauit in ſeruitium Reipublicæ.cap.23. n.66. p.306.
Ciuitas ſubdita Principi poteſt concedere immunitatẽ perpetuam ob benemerita.c.23.n.68.p.307.Et de benemeritis ſtatur aſſertioni Decurionum.ibid.n.69.
Ciuitas poteſt ſtatuere,vt merces vẽdãtur certo loco.c.23.n.81.p.309.
Ciuitas Barcinonæ eligit iudices tabulæ , tres milites, tres ciues, & tres

iurisperitos,ex quibus dominus Rex elegit vnum,ex qualibet terna. ca.2. n.4.pag.5.
Ciuitas habens priuilegium eligendi ciues pro visitandis officialibus suspectũ eligere non potest. cap.2. n.5. pag.5.
Ciuitas Barcinonæ fuit ædificata antequã Roma 460.annis,&ante aduẽtũ Christi 752.annis.c.22.n.9. pa.275.
Ciuitas Barcinonæ est caput,& metropolis hodie Pincipatus Cathaloniæ. ibid.n.10.
Ciuitas Barcinonæ obtinet plura iura regalia, quorum vigore creat ciues honoratos,& tabelliones, necnõ & habet armamentum,& cudit monetã auri &argenti.c.22.n.17.p.276
Ciuitas Barcinonæ creat Consules vltramarinos,ciuitatum Siciliç,Neapolis,& Genuæ.c.22.n.18. p.276.
Ciues Barcinonenses sunt immunes, & exempti à solutione impositionum, & ciuitas pro conseruatione,& defẽsione huius exemptionis procedit in vim soni emissi extrauicariam, & exercet repræsalias cõtra quoscunq. ibid.n.19.
Ciues Barcinonæ etiam immunes sunt à solutione decimarum,& primitiarum oliuarum,& fructuum aliarum arborum, ac etiam leguminum,quæ seminantur in vinetis Barcinonæ. ibid.n.20.
Ciuitati magis populosæ,antiquæ, & matrici maior honor debetur quam minus populosæ.c.22.n.24.pa. 276.
Clericus ratione artis, vel officij potest coram iudice laico conueniri & centum & triginta vnus casus referũtur, in quib⁹ iudex secularis de causa clerici cognoscere,& iudicare potest.ca pi.3.n.35.& 36.p.24.
Clericus neque pacto,neq. etiã iuramẽto interposito iurisdictionem iudicis laici prorogare potest.ibidem n.38.
Clericus seculariter punitus adhuc suo iudici ecclesiastico remittitur, quãdo pœna corporali venit puniẽdus. c.3.n.44.p.25.
Clericus licet ratione artis, vel officij subditus existat iudici seculari, non tamen illi est subditus ratione suæ personæ, quam non potest iudex secularis detinere, vt fuit per dominum Cancellarium decisum. cap.3. n.45.p.25.
Clericus calumniator per iudicem laicum in pecuniariam pœnam condẽnari potest,non vero in corporalem. c.28.n.23.p.423.
Collecta imposita per vicarios pro prosequutione litis contra eum, qui se exemptum prætendit, interim litependente,tenetur ipse exemptus cõtribuere cõtra se ipsum.cap.23.n.65. pag.306.
Collecta potest imponi ciuibus,& communitatibus pro defensione ciuitatum,vel Regni,si patrimonium Regis non sufficeret. cap.23. num.101 pag.316.
Collegium,& vniuersitas tota recusari potest,quãdo principaliores, seu maior pars officialium est suspecta. capi.6.no.28.p.91.
Comendatores sancti Ioannis Hierosolymitani sunt religiosi,& personæ ecclesiasticæ, & similiter comendatores Alcantaræ,& Calatrauæ, & vt tales prilegio fori gaudent, quo ad eorum personas,vt fuit declaratum per dominum Cancellarium. cap.3. nu.46.pag.25.
Comendrtores prędictarum religionũ in officijs secularibus delinquentes, eisdẽ dũtaxat pœnis per visitatores puniri possunt,quibus & clerici puniuntur,& non alijs.ibid.num.47.
Comendatores prædicti vbi pœna corporali pro ipsorum culpis,& delictis plectendi sunt Prioribus, & Magistris suis remitti debent.cap.3.nu.48. pag.26.
Commentariensis officium antiquissimum.c.20.n.1.p.264.

Com-

Commentarienses tenentur bene trac tate carceratos.c.20.n.4. & assigna- tur ratio.nu.5.p.264,
Compositio parte læsa non satisfacta, fieri non potest.c.13.n.9.& 10.p.163. & c.16.n.44. Vbi imponitur officia libus contrarium facientibus pœna priuationis officij, & centum mora- batinorum.pag.201.
Compositio vt fieri posit, cōsensus par tis læsæ interuenire debet,adeo, q expressus,& euidens requiritur, nec tacitus sufficeret.ibi.n.12.
Compositio de delictis enormibus, vt- pote de sacrilegijs, raptoribus vir- ginum,violatoribus sepulchrorum, reis læsæ Maiestatis, patricidij, ho- micidij,&similibus fieri non potest, ibid.n.13.
Compositiones fieri non possunt in Ca thalonia de latronibus,grassatorib°, incendiarijs,occissorijs pecudum, & deuastatoribus vinearum:& assigna tur ratio.c.13.num.14.& 15.p.164.
Compositiones omni iure sunt prohi- bitæ.c.16.n.36.& 37. p.200,
Compositio vt valeat, fieri debet ante sententiam,&sic inquisitione pendē te.ibid.n.38.
Compositio post sententiam facta non valet.n.39.
Compositio tunc est permissa quando fit cum personis honestis, quarū cor rectio verisimiliter speranda est, se- cus cum seditiosis,latronibus,& alijs similibus,quod & de iure municipa li Cathaloniæ procedit.cap.16.n.40 & 41.p.200.
Compositio facta parte non concorda ta,non valet.ibid.n.42
Compositio pro crimine sacrilegij fie- ri non potest in Cathalonia donec il le,qui manus violentas in clericum seu religiosum imposuerit, plenariè satisfecerit, & absolutionem à Ro. mana curia obtinuerit.cap.16.n.46 pag.201.
Conuicia dicens officiali iniuriarum actione tenetur,&quandoque etiam de vulnere,percusione,&homicidio pag.196.num.16.
Concusio contra officialē qualiter pro betur.c.5.n.80.pag.76.
Concusio aliud non est,quam subditos premere occasione dignitatis,vel of ficij,ab eisque pecuniam, seu aliud per metum extorquere. cap.17.n.8. pag.218.
Concusio committitur per minas potē tis per carcerem, & per metum vio lentum.c.17.num.36.p.223.
Concusio non solum committitur fac- to,sed etiam verbis.c.17.n.37.p.224
Concusio,& terror semper per officia- lem inferri præsumitur. ibid. nu- me.38.
Cōcusio sine metu quandoq. committi tur cum mendace,& referuntur exē pla.ibid.n.39.
Confessio redditus nō præiudicat tuto ri,seu administratori, donec accepte tur impensa,& è conuerso.ca.23.nu- me.26.p.320.
Consilium optimum Bouadillæ tradi- tur super recuperatione damnorum, & expensarum à falsis quærelatori- bus. c.28.n.26.p.424.
Consulis, aut Iurati ciuitatum,seu vni- uersitatum,seu illorum syndici calū niose quærelantes magistratum, de eorum propriis bonis,&nō vniuersi tatis condemnari debent.cap.28,nu me.18.pàg.422.
Consules, & Rectores ciuitatum, & villarum de bonis Reipublicæ ra - tionem præstare debent.ca.23.n.27 p.300.
Consiliarij, & Iurati Ciuitatum, & Villarum possunt expendere in re- paratione carceris, in construen- da, vel reparanda domo ciuita- tis, vel villæ, & quod super his expenderint, in data erit illis per Magistrum Rationalem compu- tandum. capit. 14. numero 32. pa- gi.176.

Consiliarij Iurati,alijque ciuitatum administratores obnoxij sunt censuræ visitationis.c.22.n.1.pag.274.
Consiliarij ciuitatum antiquitus decuriones appellabantur, & defensores quoque fuerunt nuncupati.d.ca.22. num.3.
Consiliariorum creatio obseruata fuit à tempore Moyses.c.22.n.4. p.275.
Consiliarij ciuitatum ex dignioribus, & ditioribus eligi debent.ibi.nu.6.
Consiliarij ciuitatisBarcinonę antiquissimi sunt.ibid.nu.8.
Consiliarij ciuitatisBarcinonæ gaudẽt priuilegio,seu prærogatiua virorum illustrium titulorum. cap.22. nu.11. pag.275.
Consiliarij nobilissimæ ciuitatis Barcinonæ sedent in scamnis,&capitibus tectis coram domino Rege. cap.22. n.13.pag.275.
Consiliarij ciuitatis Barcinonæ habẽt territorium,& in criminalibus proceres,& ciues iudicãt homines.c.22. nu.21.pag.276.
Consiliarij ciuitatis Barcinonæ pro bono & tranquillo statu ipsius ciuitatis possunt ordinare banna, & ordinationes cum pœnis pecuniarijs, & corporalibus,quas vicarius, & Baiulus dictæ ciuitatis tenentur inuiolabiliter obseruare.ibid.n.22.
Consiliarij ciuitatum non possunt frumentum in publicis horreis recondi tum,in eorum vtilitatem conuertere,aliàs tenentur ad damna,interesse,& in quadruplum,ac etiam incurrunt in pœnam deportationis.ca.22 n.30.pag.278.
Consiliarij ciuitatum tenentur de tritico,quod vel corruptũ aquis, vel vermibus fuit demolitum, maxime si cum possent illud inter vicinos distribuere,hoc non fecerint. ibid. nume.31.
Consiliarij,& Reipublicæ administratores debent visitare horrea publica & videre an opus sit triticum vetus priusvẽdere,quã nouũ,vel nouũ cum veteri immisceri, vt sub velamento noui vendatur & vetus.ibid. n.33.
Consiliarij,& administratores annonæ frumentariæ vbi viderint, quod triticum corrumpitur,vel annus fertilis superabundat, debent illud inter ciues diuidere,vt tantundem ex nouo reddant,vel eo scompellere, vt illud emant, ita vt pecunia veniat in communi pro necessitate Reipublicæ distribuenda.cap.22.n.35.pa. 279.
Consiliarij ciuitatum compellere possunt tam clericos,quam laicos,vt triticum nouum pro veteri reddant. c.22.n.36.Et assignatur ratio, n. 37. pag. 279.
Consiliarij, & alij administratores in rebus ponderosis negligentes in maxima cura esse censentur.ibid. n.38.
Consiliarij, & Reipublicæ administratores vbi negligentes fuerint in recuperandis creditis ciuitatis debitis & debitores interim effecti fuerint, non soluendo,talis debiti amissio ipsorũ periculo adscribitur. ibi.n.40.
Consiliarij ciuitatum, & vniuersitatũ non possunt super bonis,&redditib' ipsius ciuitatis,vel vniuersitatis cõtrahere,nec illos emere,nec conducere.cap.22.n.51.Et assignatur ratio n.52.pag.283.
Consiliarij ciuitatum, & vniuersitatũ exigentes salarium pro visitatione fontium,& nemorum, in syndicatu tenentur.ibid.n.53.
Consiliarij,& Iurati vniuersitatum tenentur in eorum officijs residentiã personalem facere,aliter syndicantur.n.54.
Consiliarij ciuitatum, & vniuersitatũ tenẽtur custodire secretũ de his, quæ in cõcilio gerũtur,&tractãtur.ca.22. n.62.pag.285.
Consiliarij ciuitatis Barcinonæ tenẽtur qualibet die veneris,si feriata nõ fuerit,ire ad regios carceres ad effectum visitãdi carceratos, & solicite

inten-

intendere pro illorum iustitia & expeditione, quod iure iurando in introitu officij facere, & adimplere pro mittunt. ibid. n. 63.
Consuetudo non valet, quod quis nō teneatur reddere rationē, & traditur ratio. c. 23. n. 5. p. 297.
Cōstātini, & Tiberij Imperatorū quoddam factum seu decretū refertur super reddenda ratione de administratione officij. c. 23. n. 10. pa. 298.
Const. fi. tit. de actio. & oblig. itio. declaratur. c. 7. n. 23. p. 105.
Const. tit. de recusatio. de tots Iutges in terpretatur, quod comprehendat ex vi rationis visitatores domus Deputationis. c. 6. n. 36. pa. 93.
Const. 11. eod. ti. de recusatio. de tots Iutges, declaratur, vt comprehendat visitatores iudices. cap. 6. n. 40. pa. 94.
Constitutiones Cathaloniæ non imponentes pœnam aliquam certam qui illis non obtemperat, pœna extraordinaria punitur. c. 18. n. 21. pag. 244.
Consuetudo non valet, quod officialis non teneatur stare syndicatui. cap. 2. nu. 9. pag. 6.
Consuetudo, & stylus Cathaloniæ non admittit, quod Regij officiales perpetui durante syndicatu ab administratione officij suspendantur, secundum opinionem egregij, ac accutissimi Senatoris Ioannis Gallego per magnæ circumspectionis virum, in sacra pagina, & iure humano, ciuili & canonico doctissimi, cap. 3. n. 29. pag. 22.
Cōsuetudo quod clerici laicis subijciātur non valet, etsi immemorialis sit. cap. 3. num. 39. pa. 24.
Consuetudo dandi vestitum semel in anno remigantibus, seu forsatis in triremibus, à quo tempore, & vnde sumpta. c. 9. n. 72. pag. 139.
Consuetudo super solutione iuris carcelagij obseruanda est. c. 20. n. 18. p. 265
Consuetudines ciuitatis sunt per Magistratus inuiolabiliter custodiendæ, & obseruandæ. c. 29. n. 5. p. 429.
Coquus Principis nobilis dicitur, & dignitatem habere. c. 12. n. 4. p. 154.
Contractu perfecto etsi plus offeratur non debet admitti iterata licitatio, quamuis vniuersitas sit læsa. c. 15 n. 16. p. 184.
Crudelitas, & alia quælibet colorata causa excusat à pœna. c. 14. n. 47. p. 178.
Crudelitas iusta excusat custodes carcerum, etsi carceratus à carceribus fugit. c. 25. n. 26. p. 360.
Curatores ad lites rationē reddere tenentur. c. 23. nu. 24. pag. 300.
Custodia, & conseruatio fructuum debet fieri expensis eorum, quorum sūt fructus. & ibidem refertur Obseruā. Tarraconæ, cuius Auctor est aduocatus. c. 23. n. 94. p. 214.
Culpa caret, qui facit quod communiter consuetum est fieri. cap. 25. n. 24. pag. 359.
Cupiditatis exemplum traditur, dum iudices munera pro iudicando recipiunt. c. 10. n. 52. p. 145.
Custos carceris, si dolo, vel culpa sua aut negligentia reus aufugerit à carceribus, vel absque iudicis mandato illum relaxauerit, tenetur eadem pœna, quā ipse reus erat subiturus. c. 20. n. 11. p. 265.
Custos carceris non solum tenetur de fuga carcerati, quia erat captus pro causa criminali, verum etsi detinebatur pro debito ciuili tenetur parti ad interesse, & ad solutionē debiti. c. 20. n. 13. & 14. & assignatur ratio. n. 15. p. 265.
Custodes carcerum tenentur de omnibus extorsionibus, concussionibus, compositionibus, & grauaminibus, per eos pauperibus carceratis factis. c. 20. n. 16. & 17. p. 265.
Custodes carcerum non tenētur de fuga carceratorum, quando in illorum custodia adhibuerunt solitam diligentiam retinendo eos in loco solito, & faciendo illud quod per alios

solitum

solitum erat fieri.c.25.num.23.p.359.
Custos carceris de fuga carcerati excusatur, quando verisimiliter suspicari non potuerit, quod carceratus aufugere posset, ibid. nu.25.
Custos ex fuga carcerati nobilis, & optime opinionis, quē in latioribus carceribus retinebat, si ab illis aufugit, excusatur.c.24.nu.27.p.360.
Limita vt non procedat quando nobilis esset detentus pro magno debito, vel delicto graui, ibidem n.28.
Custodes carcerum excusantur de fuga carceratorum sequuta propter incendium, vel ruinam.c.24.nu.29. Et assignatur ratio.n.30.p.360.
Amplia vt idem sit, quando fuga carceratorū fuerit facta proditoriè, & per insidias.ibid.n.31.

D

Debitum vbi non est liquidum licet fiscale sit, non tamen potest pro illius exactione executiuè procedi, sed requiritur ordo, & sententia. c.14.n.12.p.173.
Debitores ciuitatum non possunt eligi in Consiliarios earundem.c.22. n.7. p.275.
Debitores fiscales manifestè conuicti, non appellant, vel appellando, nō suspendunt.c.23.n.164.p.328.
Debitores fiscales non possunt cedere bonis, & cedendo non liberantur à debito, nec à carceribus, & traditur ratio.ibid.n.165.
Decuriones ex causa remuneratoria possunt donare res ciuitatis.c.23.nume.67.p.307.
Decuriones locando redditus, & impositiones ciuitatum, licitè possunt de bonis Reipublicæ dare conductoribus, Axaus, ibid.nu.74.
Decuriones in defensionem pascuorū, terminorum, iurisdictionum, & suarū præheminentiarum, possunt de pecunijs publicis expendere.c.23. n.82. pag.309.
Decuriones vniuersitatum, nuntijs Regijs, bona nuntiantibus modetatum quid, quod vulgus, Albricias appellat, ex bonis Reipublicæ dare possunt.c.25.n.88.p.311.
Decuriones inopes ex pecunia publica alimentari debent.c.23.nu. 90.p.312
Decurio persecutus de falso, pendente processu, decurio est.c.17. n.115. p.235.
Decuriones hodie Consiliarij ciuitatū dicuntur, & illarum Principes.c.22. n.5.p.275.
Decuriones, seu Consiliarij ciuitatum seu vniuersitatum non possunt pecuniam publicam in suos vsus conuertere, vel muto accipere, nec in aliam vtilitatem transferre.c.22. n.26. pagi.277.
Decuriones nō solū nō possunt remittere debitum vniuersitatis, verū nec illud vltra tres mēses prorogare.c.22 n.48.p.282.
Decuriones non possunt bona vniuersitatis vendere, & alienare absq. debitis solemnitatibus.ibid. num. 49.
Decuriones non possunt aliquod officium acceptare, nec à ciuitate discedere sine licentia superioris, *aliàs puniuntur*.c.22.n.55.p.283.
Decuriones possunt aliquid modicum impune dare nuntijs, qui bonum euentum belli, seu Principis natiuitatem nuntiauerunt, ratione lætitiæ. c.25.num.136.p.372.
Decuriones alteri Decurioni pauperi pro suis alimentis de communi dantes in syndicatu excusantur.c.25.nume. 138.p.373.
Decuriones promittētes dare pecuniæ quantitatem reuelanti, vel capienti malefactorem, in syndicatu excusantur.c.25.n.143.p.374.
Delictum quando dicatur, magnum, graue, vel paruum, vide.c.26. nu.60. pag.392.
Depositio officialis in scriptis per notarium

tarium visitæ redigenda est .c.7.nume.25.p.105,

Deputati Cathaloniæ pro visitandis Deputatis,& Auditoribus computorum triennij præcedentis, nouem visitatores ad sortem extrahere tenentur. cap.2.n.6.p.5.

Deputatorum Magistratus in Cathalonia magnæ amplitudinis est,&causa propter quã fuit institutus refertur. c.24.n.1.& 5.p.338.

Deputati circa exactionem vectigaliũ, & iurium Bullarum,& contra illorũ fraudatores amplissimam,& priuatiuam habent iurisdictionem, etiam quo ad dominum Regem, & ipsius Regios ministros cuiuscunque præheminentiæ,& dignitatis fuerint, capi.24.n.4.p.338.

Deputati Cathaloniæ tenentur defendere vsaticos Barcinonæ, Constitutiones Cathaloniæ, & iura patriæ, necnon & priuilegia generalia, & communia omnibus tribus stamẽtis Principatus concessa, & quibus remedijs circa prædicta vti valeant. ibid.n.5.

Deputati circa legum obseruationem æquiparantur nomophilarijs Atheniensium, qui in publicis consilijs coronati assidebãt, vt prohiberent, ne quid contra leges decerneretur. capi.24.n.6.p.339.

Deputati in omnibus negotijs Regni sunt legitimi contradictores. ibid. num.7.

Deputati alienigenæ in Cathalonia esse non possunt, nisi fuerint Prælati de brachio ecclesiastico. ibid. nu.8.

Deputati vbi negligentes fuerint circa defensionem constituiionum, ex tali negligentia syndicari possunt, & quando diceretur de ipsorum negligentia constare.ca.24.num.11.& 12. pag.340.

Deputati negligentes in defendendo constitutiones disponentes: Ne alienigeni obtineant dignitates,& beneficia ecclesiastica in Cathalonia, incurrunt in pœnã priuationis salarij vnius tertiæ,& inhabilitatis suorum officiorum, ibid.n.13.

Deputati non possunt esse conductores iurium generalitatis, nec partem habere in gabellis,& bullis dictæ generalitatis, quinimo dictas gabellas in publica subhastatione arrendare tenentur.c.24.n.14.p.341.

Deputati soliciti esse debent, vt officiales pecuniarij exbursent,& soluãt generalitati pecunias ex bullis, & vectigalibus per eos exactas, & recuperatas,& vbi in eis morosi fuerint tenentur illos ab officio suspendere.ibidem n.15.

Deputati non debent suspendere executiones, quæ fiunt contra conductores iurium bullarum,& vectigalium generalitatis, nec gratiam facere de pecunijs in fraudem repertis. ibid, num. 16.

Deputatis prohibitum est, per se, aut per Impositã personã, mutuo recipere pecunias ex officialibus pecuniarijs dictæ generalitatis.c.24.num.17 pag.345.

Deputati non possunt nouos officiales creare, nec creatis salarium crescere, neque augere, nec aliquem extra ciuitatem Barcinonæ mittere, nisi quod sit officialis generalitatis. ibid. num.18.

Deputati tenentur in eorum officijs residentiam personalem facere,&qualiter,& sub qua forma possunt recedere,& se absentare, n.19.

Deputati pro insecutationibus officiorum non possunt recipere pecunias, nec alias res, sub pœna perpetuæ inhabilitationis,& priuationis salarij, & restitutionis dupli, ibid.num.20.

Deputati non possunt admittere renunciationes officiorum ex officialibus pecuniarijs, qui debitores fuerint generalitati, nisi prius integre soluerint, ibid.n.21.

Deputati tam generales, quam locales cæte-

cæteriq. alij officiales generalitatis Cathaloniæ tenentur obseruate capitula curiatum, deq. illorum violatione,& contrafactione visitari, & syndicati possunt.c.24.n.36.p.346.
Deputati Cathaloniæ, sicut fiscus agere possunt actione directa contra participes in arrendamentis, sicut contra proprium attendatorem.c.24.n.42. pag.347.
Deputati promittentes date aliquã pecuniæ quantitatem reuelanti, vel capienti malefactorem, excusantur in syndicatu.c.25.num.143. pa.374.
Descriptio, seu potius incorporatio cũ insignis,& armis, quæ significent rẽ esse Principis ante sententiam fieri prohibetur.c.15.n.32.p.186.
Deus noluit amouere Iudam de Aposto latu, ad quem semel vocauerat, licet subesset causa, ex quo illa alijs nota non esset.c.7.n.5.p.102.
Dictum viri fidedigni excusat credentem à dolo,& pœna.c.28.n.33.p.426
Disposita in sciente, habent locum in scire debentem. c.16.num.91.p.209.
Diuites quando compelli possunt mutuare Regi pro Regni necessitatib9, & qualiter ab illis mutuum hoc extorqueri possit.c.23.num.107.p.317.
Diuites,& pauperes summè aduocatorum patrocinio egent. cap.18.nu.3. pag.240.
Doctor pro debito ciuili carcerari non potest, nec etiam inuitus ducere ad Curiam, aliter officialis tenetur in Syndicatu.ca.16. n.13.p.159.
Doctores sunt exempti ab honere hospitandi.ca.16.nu.29. p.199.
Doctores non carcerãturpro omni crimine, nisi fiut valde inditiati, quia cõtra eos debet procedi cum maiori tẽperamento, quam contra alios.c.17. nu.110. p.235.
Doctor suspectus de delicto, vbi illud leue fuerit, carcerari non debet: sed eius causa extra carceres præstita cautione, vel iuratoria cautione est tractanda,& decidenda.cap.17. nu.113. pag.235.
Doctoris causa, vel alterius viri in dignitate constituti tractari debet extra carceres,& ipsi sedent cum iudice in loco tamen inferiori.cap.17. nu.116. pag. 235.
Dolus omnis præsumitur abesse ab officialibus publicis.ca.5.num.2.p. 63.
Dolus,& extorsio iudicis probatur ex causis, quæ referuntur.ca.5.nu.82.83. 84.85.86.87.& 88.p.77.
Dolosus dicitur, qui negligit facere, q̃ facere tenetur.c.22.num.39. pa.279.
Dolus quid sit.c.23.n.116.p.319.
Doli allegatio aduersus liberationẽ admittitur, etiã quod postea subsequatur transactio, aut qualibet alia ratificatio,& ratio.c.23.num.180. p.331.
Domus Principis, & alterius supremi iudicis est vel vt signum ad sagitam positum,& Procerum,& Magistratũ exemplar.c.9.n.35.p.123.
Domus publica cõsilij ciuitatis expẽsis publicis fieri debet. c.23. n.42.p.302.
Domus publica, vbi carnes, vel pisces venduntur expensis publicis ædificari debet, ibid.nu.45.
Donatio inter virum & vxorem quando est remuneratoria valet.c.23. nume.71.p.307.
Redditur ratio, ibid.nu.72.
Donatio remuneratoria non est contra ius commune, nec prohibita fieri per decutiones ibid. n.73.
Donationes,& oblationes potentium, qui pauperes opprimunt, à sacerdotibus refutandæ sunt in pœnam oppressionis.c.16.n.79.p.208.
Donum gratis datum Capitaneo, ne milites in villa hospitare faciat, si quod ita donatur, non excedat rationis, moderamen in calculo est recipiendum,& datur ratio.c.14. nu.41. pag.177.
Duces, Commites, reliquique clarissimi viri maiorem administrationem habentes, ratione suæ administra-

tionis reddere tenentur.cap.8. no.3. pag.109.

E

Ecclesia aliquando potest de pecunijs vniuersitatis fieri.c.23.nu.89. pag.311.
Effectus,qui resultat, vt visitatores sint ordinarij iudices referuntur.c.3.nume.10.p.18.
Electio officialiū,vt rite facta sit, quid continere debeat. cap. 2.à num.29. vsque ad finem p.10.
Electi per ciuitatē ad jemptionē victualium non possunt allegare excusatione. c.23.nu.58.pa.304.
Elemosina data de publico,est in calculo recipienda, quando antiquo tēpore erat assuetum erogare. c.14.nume.36.& 37. pa.177.
Elemosinæ quę ab antiquo solent dari, ex pecunia publica solui possūt.c.23. n.84. p.310.
Quando requiratur licentia superioris ad prædictum effectum, & quid super his obseruat ciuitas Barcinonæ, vide ibid.n.85.86.& 87.
Emptores frumentarij, vel quid simile in succursū annonæ publicæ possūt deputari,&expecunia publica solui. c.23.num.56. p.304.
Epistola originalis manu sancti Raymundi de Peñafort,Regi Iacobo directa refertur.c.9.n.14.pag.117.
Episcopus visitans prouinciā à visitatione per eum facta super morū correctione non appellatur. c.27.n.62. Et assignatur ratio,n.63.p.415.
Episcopus bona relicta pauperibus distribuens metropolitano rationem reddere debet.c.23.n.30.p.300.
Erogatio bonorum publicorum, Vniuersitatum,illorumq.rationum redditio ad Syndicatus, seu visitationis materiam pertinet.c.23.n.1.p.296.
Erogari possunt bona communia ciuitatis in prosequutione litis motæ, aduersus militem contendentem se vt talem exemptum non teneri contribuere in oneribus ciuitatis. ca.23. n.64.p.306.
In erogatione publicæ pecuniæ commodum vniuersale Reipublicæ, vel illius publica necessitas est attendēda.c.23.n.109.p.318.
Errores calculi,qui sint,& in quibus dicti errores consistant.c.23.n.169. & 176.p.329.
Errorem allegans interuenisse in ratiocinibus,probare tenetur.ibid.n.173.
Error post conclusum in causa non potest probari,sed bene potest reuocari,quando nihil venit probandum. ibid. n.174.
Exactores publici pecunia vtentes tenentur ad restitutionem totius lucri etiam in foro conscientiæ. c.24.nume.38. & 39.p.347.
Excellentissimus Prorex est primus omnium Magistratuum.c.8.n.2.p.109.
Excellentissimi Proreges olim syndicabantur.ibid. nu.4.
Hodie congruit vt non syndicentur,& assignatur ratio.ibid.num.5. & 6.
Cætera de Prorege vide in verbo Prorex.
Excusantur Iudices &Magistratus,quādo remittunt bannitos, si habent à Principe in specie facultatem concessam illos remittendi. c.25.nu.153. pag.376.
Excusari nō potest pastor si lupus oues comedit,& pastor nescit, cùm teneatur curā de ouibus suis habere.c.16. n.95.p.210.
Executio sententiæ non suspēditur cōtra curatorem condēnatum, ad reddendam rationem, per appellationē interpositam.c.26.nu.59. p.414.
Exhortatio, & deprecatio dirigitur ad iudices,vt amissis odio,amore,metu & munere,summa cum æquitate iudicent.c.10.n.64.p.147.
Alia exhortatio fit aduocatis. c.18. nume.42.p.246.

Alia

Alia fit Conciliarijs ciuitatum, vt à vi sitationum molestijs liberentur cap. 21.n.64.pag.285.
Alia generalis fit, ad omnes Magistratus in cap.29.per tot.
Exemplum Zaleuci refertur, cap.13. n.7.pag.162.
Exequutores testamentorum & sententiarum rationem reddere tenentur, ca.23.nu.23.pag.300.
Expensæ factæ in emptione vestium consulatium, quæ dantur Decurionibus in honorem Principis, ex pecunijs publicis soluendæ sunt, ipsæque vestes ad Decuriones pertinent. c.23.n.61.pag.305.
Expensæ processionum non debent fieri ex pecunia publica cap.23.nu.96. pag.315.
Expensæ in capiendis, & remittendis malefactoribus fieri non possunt ex pecunijs publicis ibidem numer. 97.
Limita, vt non procedat, quando captura esset facienda de pluribus ribaldis, vel famosis latronibus qui apud strata viatores de robarent num. 98.
Expensæ in ædificijs probantur per rei euidentiam cap.23.nu.132. pag. 322.
Expensæ modicæ probantur coniecturis arbitrio Iudicis approbandæ, secus si magnæ n.133.
Expensæ probantur testibus, & admittuntur domestici, nisi quando agitur de stimatione ædificiorum, quia tūc requiritur depositio architectorum, qui sint periti illius artis ibidem, nu.184.
Expensæ modicæ probantur per iuramentum rationem reddentis num. 135.
Expensæ modicæ quæ dicantur num. 137.
Expensæ quinq; solidorum dicuntur modicæ.n.138.
Expensæ, quæ sint modicæ, vel magnæ Iudicis arbitrio relinquitur ibidem num.139.
Quæ pendent à voluntate Principis censentur impossibilia.n.140.
Expensæ minutæ in scriptura rationū sunt specificandæ, debentq. esse rationabiles, & verisimiles, vt iuramento probentur ibidem n.141.
Expensæ soluta custodibus appositis alicui delinquenti in Ecclesia fetucti sunt per Magistrum rationalem in calculo recipienda cap.14. num. 20. pag.174.
Expensæ factæ per vicarios, Iudices super defentione iurisdictionis sunt in calculo recipiendæ.cap. 14. n. 21. pag.175.
Expensum per Decuriones in Cippis, & catheris carcerum est illis in calculo recipiendum etiam, & expensum in constructione macelli, piscateriæ, & Ecclesię, cap. 14.n.33.& 34. pag.176.
Expensę factæ per Conciliarios in ludis, & festiuitatibus assuetis est illis in calculo recipiendum ibidem num. 35.
Expensum in ornatu viarum, & in Regis aduētu, & ampliādis ædificijs pro pulchriori aspectu factis, est in calculo recipiendum.c.14.n.3.&pag.177.
Expensum per consiliarios ciuitatis, in aquisitione, & defentione honoris ipsius ciuitatis, vel vniuersitatis est illis calculo recipiendum.ibid.n.39.
Expensum ad hoc vt vicus à contributionibus liberetur in calculo recipi debet.ibidem n.40.
Expensum pro rerum acquisitione, cōseruatione, & administratione est in calculo recipiendū.cap.14.num.42 declara vt.n.43.pag.178.
Expensum per consiliarios, & decuriones pro vanitate nō est in calculo recipiendum.ibidem.n.44.
Alij casus referūtur, in quibus expēsę factæ de bursa cōmuni in calculo recipiēdę sūt vide remissiue.c.14.n.45.p.178

Falsitas

F

FAlsitas committitur non solum dicendo, seu scribendo falsum, sed etiam omittendo dicere, vel scribere verum, cap.23.nu.145.pag.324.
Falsitas instrumenti per tres testes, & multas probationes est probanda, cap.19.nu.70.pag.262.
Fraus præsumitur in recusante omnes sapientes Ciuitatis, c.6. n.35.p.92.
Fides quanta sit danda portarijs vide remissiuè, cap.21.nu.16. pag. 270.
Fides hastæ fiscalis neminem decipere debet, cap.15.num.17.pag. 184.
Fides nulla est adhibenda scedulis priuatis Arrendatorum, vel ipsorum libris quando ex ipsis volunt facere debitores aliquos ipsorum arrendatorum, vel participes in eis, maximè si in malam fortunam deuenerunt, cap.24.num.41.pag. 347.
Fideiussores officialium ad omnia iudicata per Iudices tabulæ tenentur, præter pœnam corporalem, cap.4. num.31.pag.50.
Fideiussor liberatur reum præsentando, ibidem, nu.32.
Fideiussores Magistratuum in quibus casibus pro eis teneantur, & in quibus non, cap.25.nu.168.pag.377.
Filius rationem administrationis reddere debet, de his, quę viuente patre administrauit, cap. 23. num. 13. pag.299.
Finis ab omni agente potissimum intenditur, cap.1.nu.2.pag.2.
Finem nobiliorem esse his, quæ sunt ad finem, Philosophus firmauit, n.3.
Fisco succumbenti propter culpam aduocati, tenetur ipse ei resarcire damnum, cap.12.nu.8.pag.155.
Fiscus in causis suis non potest in aliũ Iudicem consentire, nec alterius iurisdictionem prorogare, cap.15. nu. 8.pag. 183.
Fiscus siue actor, siue reus sit, ex quacunque causa suos Iudices prętaxatos habet dict.cap.15.nu.9.
Fiscalis Iudex non cognoscit inter priuatos: nisi in causis quæ à fisco pendent, ibidem, num.10.& assignatur ratio, num.11.
Fiscales Iudices ad fisci pętitionẽ possunt compellere partes possidentes, iura regalia quatenus edãt, titulum inuestituræ, cap.15.num.36.& traditur ratio, num.37. pag. 186. limita num.38. datur ratio, n.39.
Fisco, & Reipublicæ expedit, ante omnia conuenire principalem debitorem, & datur ratio, cap. 24.nu.40. pag. 347.
Fiscus agere potest actione directa cõtra proprium arrendatorem, ibidẽ, num.42.
Fiscus in causis Syndicatus non appellat in Cathalonia, cap.27. num.12. pag.401.
Fiscus in Cathalonia non appellat, c. 27.num.27.pag.405.
Fiscus in Cathalonia quãdo potest appellare, cap.27. num.30.pag.407.
Fiscus in Cathalonia nõ potest nec appellare, nec adhęrere appellationi per tertium interpositæ cap. 27.n. 35.& declara n.36.& 38 pag. 410.
Fiscus per calumniam querelans ad quid tenetur cap.28.n.16.pag.422.
Forma erectionis tribunalis visitatoris traditur, cap.4.n.8. pag.44.
Forma erectionis officialium Visitæ refertur, cap.4.n.9.pag.45.
Forma banni mandato visitatoris promulgãdi; quid continere debet, cap. 4.n.12. pag.46.
Forma notæ promulgationis banni, & qua de causa fit, ibidem, num.14. & 15.
Forma instrumenti assecurationis tabulæ refertur, cap. 4.n.22.pag.48.
Formę querelarum referuntur, cap.4. num.42.& seqq. pag.52 & 53.
Forma cautionis præstitę per querelãtem contra officialem visitandum. c.4.n.60, p.57.

Frater, qui existens cum fratribus in communi bona communia administrauit, rationem reddere tenetur. c.23.n.14.p.299.
Furtum an committat is, qui in vsum proprium conuertit pecuniam sibi traditã non in specie, sed in quantitate. c.23.n.149.p.325.
Et quid, si illi pecunia tradatur, vt eam in aliquem vsum, domini conuertat. n.150.
Furtum committit recipiens pecuniã ei consignatam ad effectum conuertendi illam in vtilitatem consignantis, conuertendo illam in proprium vsum, maximè quando in ratione reddenda in libris non descripserit, & tacuerit. ibidem. n.151.
Fuga officialium à syndicatu facit semiplenam probationem. cap.5.nu.13. p.66.
Fuga carceratorum facta per insidias custodes carceratum excusat. c.25. n.31. p.360.
Fuga officialis a syndicatu licet cõtra ipsum cum iuramento partis plenam probationem faciat: si tamen timore visitatoris inimici, aut alterius imminentis grauaminis fugerit talis fuga non inducit probationem contra eum. ca.25.n.154.& 155.p.376.
Et tali casu quid concludendum sit, vide ibid.n.156.

G

GRauaminum, & iniustitiarum materia pro fundum pelagus continet. c.8.n.1.p.108.
Generale Cathaloniæ plures sustinet expensas in defensione Principatus ratione bellorum, & qua de causa fuit institutum. c.24.n.2.p.338.
Gerens vices generalis Gubernatoris, in Cathalonia est magistratus maxime authoritatis, quia absente domino Rege, & illius Locumtenente est caput Principatus. c.13.n.1.p.161
Gerens vices generalis Gubernatoris Cathaloniç & Gubernator Comitatuum Rossilionis, & Ceritaniæ subijciuntur regiæ visitationi. n.2.
Gerens vices generalis Gubernatoris tam Cathaloniæ, quam Committatuum, & illorum Assessores visitari, possunt de violatione legum, & Cõstitutionum. n.3.
Gerentes vices generalis Gabernatoris Cathaloniæ, & Committatuum ipsorumque Assessores quid iurare debent. c.13.n.4.& 5.p.161.
Gerens vices gener. Gubernatoris aliquid recipiens à delinquẽtibus pro compositione, parte non satisfacta syndicari potest. c.13.n.8.p.163.
Gerens vicesgener. Gubernatoris post sententiam non potest reum admittere ad compositionẽ. c.13.nu.19.& assignatur ratio. n.20.&.22.p.164.
Ampliatur etiam subsistente iusta causa. n.21.& refertur decisio in casu visitç cõtra Gubernatorẽ. n.23.p.165.
Gerens vices generalis Gubernatoris existens extra vicariam, in qua crimen est commissum non potest facere remissionem: nisi certo casu. num. 24.
Gerens vices gener. Gubernatoris nõ potest remittere pœnas impositas cõtra sponsalitia clandestina contrahentes, nec cõtra Caupones, Pastores Francigenas, & alios, nec eos qui ad duellum, aliũ prouocauerint, aliter cõtrafaciens super prædictis syndicari poterit. n.26.
Gerens vices gener. Gubernatoris negligens in discurrendo Principatũ ad effectum expellendi ab eo delinquentes in visita tenetur. n.27.
Gerens vices gener. Gubernatoris cõpositiones cũ conclusione sui Assessoris facere tenetur alias de illis visitari poterit. c.13.n.29.p.166.
Gerens vices gener. Gubernatoris tenetur in syndicatu vbi aliquem habilitauerit, & datur ratio. n.30.

Gerens vices gener. Gubernatoris visitari potest, quando recedens à vicaria secum duceret processus causarũ illius, quia id sibi prohibitum est facere. ibidem n.31.
Gerens vices gener. Gubernatoris non potest sibi reseruare, causas alicuius vicariæ, vel baiuliæ, nec de illis ipso existẽte extra vicariã, vel baiuliam cognoscere, aliter contrafaciens in Syndicatu tenetur. c.13.n.32 p.166.
Gerens vices gener. Gubernatoris visitari poterit vbi arrestatũ pro processu regaliæ camini, & stratæ, ab arresto liberauerit. ibid.n.33.
Gerens vices gener. Gubernatoris cognoscens de causis criminalibus Militum, & Generosorum cum procceribus ciuitatum in cõsulto domino Rege in visita Syndicati potest. cap. 13. n.34. pag.167.
Gerens vices gener. Gubernatoris, & eius Assessor recedẽtes a Principatu quid facere debent. cap.13.nu.35.& 36. pag.167.
Gerentes negotia aliena, qui tenetur rationem reddere, librum rationũ conficere tenẽtur. c.23.n.112.p.318.
Gestor negotiorũ tenetur rationẽ reddere de a se gestis. c.23.n.18.p.300.
Gesta per Principem legitimè Gesta præsumuntur. cap.24.n.121.p.370.
Guidatica nõ possunt concedi per vice gerentẽ gener. Gubernatoris, Egyptianis, siue Bomians, nec alijs sine scriptis, alias in Syndicatu tenetur. cap.13. n.28. pag.165.

H

HÆres grauatus rationem reddere tenetur. cap.23.n.26. pag. 300.
Hæres accusando super morte occisi, excusatur a præsumpta calumnia. cap.28.n.36. pag.426.
Homicidium recens magis punitur, quam antiquum. ca.25.n.29.p.386.
Honor & fama Magistratuum, & aliorum officialiũ, ex informationibus querelantium quandoq. obumbratur. cap.25.n.1.p.355.
Hospitalarij rationem reddere tenentur. cap. 23.n.25.p.300.

I

IGnorantia non prodest Magistratibus super delictis suorum officialiũ cap.16. num.90. pag.209.
Ignorãtia crasa, nõ excusat, ibid. n.93.
Ignorantia iuris dubij, & obscuri æqui paratur ignorantiæ facti, & sic iudicem excusat. cap.25.n 52.p.362.
Ignorantia maleficij præsumitur in iudice: nisi scientia probetur. cap.24. num. 47. pag.362.
Inimicitia præsumpta sufficit ad recusandum visitatorem. c.6.n.55.p.96.
Innocentia solis præsumptionibus probatur. cap.5.n.102.p.79.
Inquisitio generalis licet prohibita sit, de iure tamen contra officiales visitandos est licita, & permissa. cap.4. num.34. pag.51.
Inquisitiones pauperum carceratorũ quando tenentur scribę illarum aduocatis cõmunicare & sub qua pœna. cap.19.nu.36. pag. 356.
Instantia ad Syndicandum perempta, operatur, q̃ officialis amplius molestari non potest. cap.25.n.6.p.356.
Instrumenta in Regio Archiuo recondita, quæ tangunt interesse Regiæ curiæ, non potest scribæ Regij Archiui ciuitatis Barcinone alicui ostendere, nec tradere: nisi præcedente licentia. cap.19.n.7.p.253.
Iniuria priuata duplicem acusationẽ producit. cap.4 n.48.p.55.
Iniuriarũ æstimatio quomodo facienda est. n.50.& 52.
Iniuriarum æstimatio si fuerit excessiua visitator debet illam taxare. n.51.
Iniurias plures vnica æstimatione, vel singulariter æstimari possunt. n.54.
Iniuriato, licet in eadem querela agere, criminaliter, & ciuiliter dum modo actionem ciuilem intentet incidentes,

denter, implorando officium iudicis pro intereſſe, & damnis, quod maxime ſpeciale eſt in caſibus viſite, cap.4.n.56.pag.56.
Iniuriatus contra officiales viſitandos tripliciter agere poteſt, cap.4.n.58. pag.56.
Indicia indubitata, ſeu præſumptiuæ probationes etiam violentæ, & in crimine difficilis probationis non admittuntur contra officiales viſitandos in Syndicatu, cap.5.num.52. pag.73.
Inimici, ſiue curſarij ad portus Regni deuenientes, expenſis ciuitatum maritimarum, vel illius Regni ſunt fugandi, cap.23.n.99.pag 316. declara, num. 100.
Inſidijs vti licitum eſt in bello iuſto cõtra inimicos; non tamen licet eos decipere ſub fide data, nec falſum eis dicere, & quare, cap.9. num.46. pag. 126.
Inſtrumẽtum, quo tutor promiſſit reddere rationem cum ſolutione reliquorum non habet exequutionem paratam, ſed via ordinaria id petendum eſt, cap.23.num. 127.pag. 321.
Introitus & exitus, accepta & data ſũt admodum in ratione connexa, vt nunquam præiudicet confeſsio accepti, niſi videatur expenſum, cap. 14.num.16.pag.173.
Inuentarium quid ſit, cap.23.nu.124. pag.3:0.
Iudex pro ſe, & pro officialibus ſuis rationem reddere debet, cap.23. n.31. pag. 300.
Iudex de baratarià conuictus ad quid tenetur, cap.28.n.13.pag.421.
Iudex laycus an ſit Iudex competens clerici in cauſa reconuentionis. capit.28.n.24.pag.424.
Iudex cauſæ appellationis habet iuriſdictionem limitatam., & quomodo intelligatur, cap.27.num.16. pag. 403.
Iudex in quibus caſibus teſtes in ſcriptis redigere debet, cap. 25. nu. 149. pag. 375.
Iudicium vbi eſt cæptum ibi finiri debet: niſi ex cauſa, cap. 4. num. 6. pag. 44.
Iudicium humanum quatuor peruertitur modis, cap. 10. num. 49.pag. 144.
Iudices durante adminiſtratione regulariter conueniri nequeunt, ſuper rebus male geſtis, cap.1.n.4.pag.2.
Iudices omneſq. Magiſtratus rationẽ ſuæ adminiſtrationis reddere tenẽtur, eorum officio depoſito, cap. 1. n.5.& redditur ratio, num. 6.pag. 2.
Iudices tabulæ tres eliguntur, in Cathalonia pro viſitandis Regijs officialibus, cap.2.num.3 pag.5.
Iudices tabulæ in Cathalonia in eorũ officio, per litteras Regias impediri nequeunt, cap. 3.num. 15. & redditur ratio, num.17. pag.20.
Iudices tabulæ vt in pœnam amiſsionis ſalarij mulctari poſsint requiritur, quod omnes ter interpellentur, ibidem, num.19.
Iudex laycus eſt incapax iuriſdictionis Eccleſiaſtici, cap. 3. num. 37. pag. 24.
Iudices tabulæ ſacramentum præſtare debent de inquirendo contra notarios ſalaria vltra taxam recipientes cap.3.n.74.pag.33.
Iudices tabulæ contra fideiuſſores officialium à Syndicatu fugientium procedere poſſunt cũ pœnis, cap. 4. num.29.pag.50.
Iudex dicitur vir bonus, diciturq. iuſtitia animata, plurimumque de eo confidit lex in arbitrarijs, & in materia teſtium latas habet habenas, cap.5.n.5.pag.63.
Pro iudice nec officiali præſumitur, quando ipſorum culpa eſt patens, cap.5.num.26.pag.68.
Iudex ex abrupto, & parte inaudita proce-

procedens minime de illo est præsumendum, ibidem, n. 28.
Præsumitur contra Iudicem pedaneũ, & ignarum, cap. 5. n. 30. & assignatur ratio, nu. 31. pag. 68.
Quando pro Iudice bene præsumitur, tunc aduersus illum, testes omni exceptione requirũtur, cap. 5. nu. 32. pag. 69.
Iudex vt dicatur negligens quid est fiẽdum, cap. 5. n. 93. pag 78.
Iudex, qui obmittit scie non respondens supplicatis, dicitur iustitiam denegare, ibidem, num. 94.
Iudex in visita seu Syndicatu potest ex nouis allegationibus defendere suã sententiam, & ostendere condemnatum ius non fouere, cap. 5. num. 114. pag. 81.
Iudex suspectus ex iusta causa regulariter recusari potest, cap. 6. num. 4. assignatur ratio, cap. 6. num. 20. pag. 86.
Iudices plures si dati sint cum clausula quod si ambo, vel cũ clausula, quod si non omnes vno tantum suspecto causę suspicionis cognoscendę sunt, coram alijs coniudicibus non recusatis, cap. 6. n. 20. pag. 89.
Iudices plures si dati fuerint simpliciter, & sine clausulis prædictis, vno suspecto omnes suspecti redduntur, omnesq. procedere impediuntur, & consequenter suspicionũ causæ coram arbitris proponuntur, cap. 6. n. 18. & 22. pag 90.
Iudicibus pluribus visitatoribus, quibus causa visitationis delegata fuerit, cum clausula, & eorum cuilibet, tunc insolidum competit, iurisdictio, & vno suspecto recusato, alter de recusatione non cognoscit, sed erunt arbitri eligendi, ibidem, numer. 23.
Iudicibus pluribus in causa delegatis, omnibusq. recusatis suspectis propter vnum, an de causa cognoscere non suspectus solus possit, & suspicionis causę coram quo cognoscendæ sunt, & quomodo procedendum remissiue, ibidem num. 24.
Iudex consanguineus inimici mei potest a me suspectus recusari. cap. 6. n. 52. pag. 96.
Iudex quando recusatur vt suspectus: num. 53. & 54.
Iudice recusato suspecto nunquid processus postea factus, sit ipso iure nullus, dependet a futuro euentu. cap. 6. n. 65. & 67. pag 98.
Iudex tabula durante suspensione officialis contra quem inquiritur, potest interim alium ponere. cap. 7. num. 42. pag. 108.
Iudex in criminibus puniendis debet esse conformis legibus. cap. 10. num. 27. pag. 139.
Iudex qualis debet esse. ibidem num. 28. & 31.
Iudex qui iuste iudicat, bonum siquidẽ & excellens opus facit: & refertur singulare exemplum, cap. 10. num. 29. pag. 140.
Iudices de eorum iudicijs Deo rationem sunt reddituri, & secundũ qualitatem eorum, gloriam vel pœnam recepturi, & præter id, parti læsæ ad omni interesse tenentur. ibidem num. 30.
Iudices ad furorem populi neminem condemnare debent, & quare. ibid. num. 32. & 33.
Iudex, qui contra iura, iudicat, pręsumitur esse in dolo. cap. 10. num. 42. pag. 145.
Iudices in decidendis causis præcipites, esse non debent, & quare. ibidẽ. num. 46.
Iudices iuris ordinem non seruantes, & contra illum præcipitanter procedentes in visita syndicari possunt ibidem. num. 47.
Iudices cauere debent, ne impetu iræ, vel alterius passionis in eorum officijs procedant, redditur ratio. cap. 10. num. 48. pag. 144.

Iudex,iniquus, qui timore perterritus Christum Redemptorem nostrum iudicauit,exemplum, & Epistola ipsius refertur.nu.50.& 51.
Iudex,qui manus suas excutit, ab omni munere in excelsis habitabit,cap. 10.n.55. pag.145.
Iudex munera recipiens punitur, cap. 10.n.56.pag.146.
Iudex licet de cõcubinatu,nec de adulterio syndicari posit, tamen ipsius honestati congruit, vt a colloquijs mulierum se abstineat, & datur ratio. cap. 10. num. 62. & 63. pag. 147.
Iudices præbere debent auxilium pauperibus,peregrinis,viduis,& pupillis, maxime quando a potentibus opprimuntur.num.65.
Iudex pecunia corruptus iniquam proferens sententiam dicitur baratarius. cap. 17.n.3.p.218.
Iudex, qui baratariam committit,dicitur proditor,& fur. n.4.
Iudex,qui submittit suum amicum ad alloquendum , & operandum cum accusato,vt pro absolutione ei pecuniam tradat extorsionem committit.c.17. n.11.p.219.
Iudex quando committit baratariam. ibid.num.14.17.19.20.21.22.& 23. cum sequetibus.
Iudex per sordes iudicare dicitur, quãdo ad iudicandum mouetur, vel ex præcio,seu premio, &c. c.17.n. 41. pag.225.
Iudex dolo iniuste iudicans deliquit contra multos, & ad quid teneatur. num. 42.
Iudex,qui dolo iniustam protulit sententiam est infamis. n.43.
Iudex, qui dolo ad mortem aliquem condemnauit,& tradidit,tenetur,& ipse pœna mortis,secus si per imperitiam,quia tunc mitiori pœna punitur. cap.17.n.45.p.226.
Iudex per imperitiam male iudicans tenetur in syndicatu. cap.17.num. 46. & assignatur ratio. num. 47. pag.226.
Iudex inferior,& pedaneus obnoxius, est obseruare legem,nec quid minimum ab ea discedere. n.48.
Iudex,qui per imperitiam male iudicauerit,qua pœna tenetur.n.49.
Iudex imperitus voluntarie assumens munus iudicandi mortaliter peccat , iniuste , & male iudicando , & quare. c.17.n.50.p.227.
Iudex adeò tenetur vbi per imperitiã male iudicauerit,quod etsi pars cõtra quam fuerit,pronunciatum non appellauerit , eo quia noluerit, vel non potuerit, nihilominus tenetur in syndicatu. n.51.
Iudex tenetur etiam ex sententia per imperitiam lata. Quamuis pars ab ea appellauerit,& appellationẽ non fuerit prosequuta.n.52.
Iudex non admittens appellationem quam admittere debebat, in syndicatu tenetur.c.17,n,13.& datur ratio.n.54.p.228.
Amplia, ibidem, n.55.
Iudex sicut tenetur male iudicans : ita si ex lata culpa , aut iniusta iudicat. num.56.
Iudex tenetur, non solum quando cõtra legem iudicat verum,& quando contra communem Doctorem opinionem,& quare.n.57.
Iudex iudicans contra statuta tenetur in syndicatu. n.58.
Iudex non seruans consuetudinem, & contra illam iudicans in syndicatu tenetur. n. 59.
Iudex sine causa delinquenti pœnam minuens, aut augens in syndicatu punitur. num.60.
Iudex relaxans carceratum,non relaxandum ad quid teneatur. n.61.
Iudex,qui in contractu minorum non interponit decretum,quando teneatur,& ad quid.n.62.
Iudex non relaxans carceratum sub fideiussore, in casu quo de iure relaxare

laxare debebat in syndicatu tenetur. c.17.n.63.p.229.
Iudex, qui relaxat carceratum sub fideiussore tacite censetur, declarasse animum suum, fuisse, se non velle aliam imponere pœnam, quam pecuniariam. n.64.
Iudices tempore feriarum solemnium plures carceratos relaxare debent: dummodo non sint nominati. nu. 67. & 68.
Iudex relaxans carceratum sub fideiussore non idoneo quando tenetur de suo in syndicatu. n.69.
Iudex de retardata seu denegata iustitia quando tenetur. cap. 17. nu. 70. 74. & 75. p.231.
Iudex dissimulans interloqui, vbi debet iustitiam negligit. n.76.
Iudex quando dicatur iustitiam denegare. n.78.
Iudex nolens recipere testes iustitiam denegare dicitur, & parti ad interesse tenetur. n.79.
Iudex ex officio tenetur recipere testes pro defensione rei: alias in syndicatu tenetur. nu.82. & traditur ratio. n. 83.
Iudex non recipiens deffensionem rei vsq. ad calculum ferendæ sententiæ in syndicatu tenetur. cap.17.n. 85. p.232.
Iudices soliti, & diligentes esse debent in causarum expeditione. ca.17.n. 89. & assignatur ratio. n.90. p.232.
Iudex propter dolosam negligentiam incurrit infamiam. cap. 17. nu.92. p. 233.
Iudex negligens magis puniri debet, quam male iudicans. n.93. & 94.
Iudex in dolo, & calumnia quando esse dicitur. n.97.
Iudex procedens ad capturam contra aliquem; aliquando in syndicatu tenetur. c.17.n.98. & assignatur ratio. n.99. quæ ampliatur in atrocissimis delictis. n.100.
Iudex ex iniusta captura tenetur pœna arbitraria. cap.17.n.102.104. & 106. vbi traditur decisio. p.234.
Iudex Ecclesiasticus iniuste excommunicans, licet absoluat tenetur ad interesse. n.105.
Iudex quando in syndicatu tenetur. n.107.108.109. & 118.
Iudex, qui indebitè aliquem posuit in tortura ad quid, & quomodo teneatur, & puniatur. cap. 17. num. 117. p. 235.
Iudex pœna capitis punitur, vbi iustū, & innocentem occidit. n.119.
Iudex quando dicitur oprimere. num. 120.
Iudex, Aduocatus, & Procurator, non possunt etiam loco pignoris retinere processum. n.121.
Iudex an teneatur, vbi copiam allegationis iuris vnius partis, alteri aduersæ communicauerit. cap.17. nu. 122. p.237.
Iudex, seu officialis ad restitutionem rerum malè ablatarum in visita cōdemnatus non potest amplius ad simile officium aspirare. n.127.
Amplia vt ibidem. n.128. p.238.
Iudices pro succurrendis pauperum necessitatibus: vbi leges Regni non aduersantur debent aliquam pœnam pecuniariam imponere. cap. 18. n.17. p.243.
Iudex potest fiscalia modica donare remunerando illum, qui detexit, seu cœpit malefactorem. cap.14. n.27. p. 175.
Iudex fiscalis non cognoscit inter priuatos: nisi in certis causis. cap.15. n. 10. & assignatur ratio. n.11. p.183.
Iudex, qui reum in carceribus detinuit vt socios, & mandatores manifestaret excusatur. cap. 25. num. 18. p.358.
Iudex, carceratū relaxans, quem in carcere inuenit nesciens cur, ibi detinebatur excusatur. n.19.
Iudex, vel officialis, qui carceratum de graui crimine conuictum in carceribus

ceribus detinuit in cōpedibus,cippis,& cathenis excusatur. n.20.

Iudex non pronuntians infra terminum a statuto, seu lege præfixum punitur, & an sit necessaria partis instantia, & requisitio, & quotuplex.cap.17.num. 87. & 88. p.133. & 134.

Iudex quando excusatur si reus tortus in tormentis obierit. cap. 25. num. 33. p.361.

Iudex,& officialis de leui negligentia & parui momenti non tenetur. c. 25.nu.35.& traditur ratio.num.36. p. 361.

Iudex non dicitur negligens certis casibus.n. 38.

Iudex,& officialis quando dicitur negligens.c.25. n.41 & 42. p.362.

Iudex qui non fuit interpellatus in expediendo processum infra tempus a lege præfixum in syndicatu excusatur. n.43.

Iudex non tenetur causam expedire: nisi exhibito, sibi processu, etiam quod statutum præfigat iudici terminum ad sententiandum. ibidem num.44.

Iudex excusatur: si labatur instantia, quando per eum non stetit, sed per partem,quæ fuit negligens. n.45.

Iudex, seu officialis excusatur; si non inquirit, nec punit, delinquentes. n. 46.

Iudex quando excusatur: si die feriata sententiam protulerit. n.48.

Iudex excusatur: si copiā allegationū iuris alteri parti dederit.n.49.

Iudex ex nouis allegationibus potest ostendere condemnatum ius non fouere, vt in syndicatu excusetur.c. 25. n. 50.p.363.

Iudex, qui per imperitiam male iudicauerit,in aliqua lege, vel materia subtili excusatur.n.51.

Iudex non tenetur actione iniuriarū, etiam quod iniuste aliquem condēnet,& quare.n.53.

Iudex & supremi Magistratus hodie ex consuetudine de imperitia non syndicātur.c.25.n.55.56.& 57.pag. 363.

Index contra communē iudicans quādo excusatur. n.58.

Iudex sequendo vnam potius,opinionem, quam aliam,vel alicuius approbatissimi Doctoris, vel sui Magistri vel quæ suæ conscientiæ melior videtur excusatur in syndicatu. c.25.n.59.& p.364.

Iudex excusatur in syndicatu si in dubio iudicat contra fiscum.n,61.

Iudex iudicans contra fiscum, quem ius fouere nō apparet laudādus est. num.62.

Iudex, seu officialis in arbitrarijs excusatur. n.63.

Iudex habens liberum arbitrium excusatur, etsi illud alicui denegauerit,& quare.n.64.

Iudex de præsumpta,& occulta iniustitia excusatur in syndicatu, & quare.n.65.

Iudex,qui dubia excitauit,eximitur à dolo,& culpa.n.66.

Iudex,qui verbum quandoq.graue, & acerbum protulerit,non tenetur actione iniuriarum. cap.25.num.71. p.365.

Iudex quomodo tenetur subditos iustitiam petentes tractare.n.72.

Iudex, seu officialis vbi aliquid remunerationis gratia receperit,non tamen ex causa officij,excusatur.cap. 25.n.86..p.366.

Iudex palam, & publicè aliquid recipiens, nō præsumitur recepisse pro venditione iustitiæ.nu.87.& assignatur ratio.n.88.

Iudex recipiens ea,quæ iudicibus dari solita sunt,excusatur. c.25.n.89.& traditur ratio. n.90.p.366.

Iudices non habentes salarium,vel salarium tenue,an prohibeantur recipere munera á sponte dantibus. c.25. n.91.p.397.

Iudices munera recipientes ab amicis excusantur. c. 25. n.92.
Declaratur vt n.92.93.94.& sequentibus, p.367.
Quid super his in Cathalonia sit dispositum vide remissiuè. n.98.
Iudex seu officialis seruiens per substitutum, quando excusatur. c.25.n. 99. & 100.p.369.
Iudex peritus, & doctus si aduocatos reorum non audit excusatur ibidē, n.106.
Iudex ex causa impunè potest denegare audientiam. n.107.
Iudex quando vt dolosus punitur, ibi. n.108.
Iudex qui aduocatum garrulum ab ab officio aduocationis interdixit excusatur. n.109.
Iudex errans ex causa rationabili excusatur in syndicatu. cap.25.n.112. p.369.
Iudex, qui superiorum exempla sequutus fuit, excusatur. c. 25.n.118. p. 370.
Iudex seu officialis an teneatur exequendo Principis mandatum iniustum, vel quod dubium sit an illud fuerit iniustum cum distinctione resoluitur. c. 25. n. 119. & 127. p.371.
Iudex melius suam conscientiam exonerat officium renuntiando quam præceptum iniustum exequendo. num. 125. & traditur ratio. num. 126.
Iudex seu officialis præceptum iniustum Principis non debet exequi, & quomodo in tali casu debeat procedere. cap. 25. num. 128. & 129. p. 372.
Iudices propter consuetudinem contra legem iudicantes excusantur. c.25.n.145.
Limita in Cathalonia, vt num.146. p.374.
Iudices tabulæ in Cathalonia infra quod tempus tenentur sententiare & sub qua pœna. c. 26. n.12.& 13. p.383.
Iudices tabulæ, quando a restitutione salarij excusantur. ca. 26. num.14. p. 384.
Iudices tabulæ in Cathalonia nō possunt vnus sine altero, nec sententiare, nec interlocutoriam proferre, & quare. n.16.
Iudex, qui dolo ad mortem aliquem condemnauit, qua pœna tenetur. c.26.n.38.& 39.p.387.
Iudex per imperitiam iniustitiam faciens tenetur in quantum religioni iudicantis equum visum fuerit. n.42. declara vt ibi. n.43.
Iudex propter dolum præsumptum ad quid tenetur, & quid practicatur in Regio Senatu Cathaloniæ. c.26.n.44.p.388.
Iudex barattariam cōmittens quibus priuetur, & quomodo puniatur. capit. 26. num. 45. & 46. pagin. 389.
Iudex propter negligentiam dissolutam, & dolo proximam potest officio priuari simul cum salario. nu. 48.& 49.
Iudex magis honoratur absoluens quam condemnans. cap.26.nu.55. p.391.
Iudex seu officialis semel per sententiam officio priuatus non potest amplius ad illud officium redire. n. 56.
Idem procedit de iure Cathaloniæ cum distinctione de qua ibidem. n. 57.58.& 59.p.392.
Iudex, qui in casu appellabili appellationem denegat mortaliter peccat. c.27.n.3.p.400.
Iudices causarum appellationum iudicum tabulæ infra triginta dies causas appellationum terminare debent. c. 27.n.8.p.401.
Iurisditio visitatorum ad quid se extendebant apud Romanos. c. 3.n. 1. p.16.

Iurisdictio in dubio censetur concessa magis ordinaria, quam delegata.c.3.n.8.p.17.
Iurisdictionem exercere non potest visitator ante præsentationem suæ commissionis.c.4.n.2.p.39.
Iurisdictio visitatoris recusati quãdo dicitur suspensa. c. 6.n.64.
Declara vt ibidem.
Iurisdictio alterius vsurpando, quis extorsionem committit. cap. 17. n.12.p.219.
Iuramentum in supplementum probationis nõ defertur,in causis syndicatus contra officialem:nisi certo casu.c.5.n.54.p.73.
Iurare tenetur omnes aduocati quod bene exercebunt suũ officium.c.18 n.11.p.242.
Iura carcellagij nõ soluunt pauperes; nec pro dictis iuribus detineri possunt.cap.18. n. 21.p.244.
Iustitia est administranda per Proregem sine personarum exceptione. c. 9. n. 8.p.114.
Iustitiæ laudes plures referuntur, & Proregibus fit deprætatio. c.9.nu. 15. & 16.p.115.
Iustitię temperamentum ex sacris literijs comprobatur.cap.10.nu.26. p. 139.
Iustitia quando dicatur fieri.ca.10.n. 45. p.145.

L

LAudantur Excellentissimi Duces de Alburquerque, & de Alcala, qui fuerunt Proreges Principatus Cathaloniæ, & refertur casus.cap. 9.n.24.& 25.p.121.
Laudandus est,qui suo honori consulit.c.25.n.3.p.356.
Laudatur don Ludouicus Tena Episcopus Dertusen.c.24.n.9.p.339.
Læsio ex noua causa superueniens quid operatur. c.15.n.18.p.184.
Lex 1. C.quando actio ciuil. crimin. præiudi.declaratur ca. 4. num.57. p. 56.
Leges abhorrent homines sine præmio laboriosis officijs fatigari: & datur ratio.c.16.n.74.p.206.
Leges diuinæ, & humanæ clamant homines in odore bonæ famæ viuere debere.c.25. n.2.p.355.
Lex tribuens formam qualiter visitatores procedere debent,nullus præter eos de ipsorum actibus cognoscere potest: nisi quatenus esset requisitus. c.2.n.7.p.6.
Lex vbi non exprimit pœnam certã tum quid faciendum. c.19.nu.23. p.254.
Lex imponens pœnam certam illa est per visitatorẽ imponenda adeò quod non poterit talem pœnam à lege vel statuto impositam augere nec minuere. c.26.nu.22.& 23.p. 385.limita.n.24. sublimita.n.25.
Lex nulli officialium C. quorum appella. non recipiuntur declaratur. c.27.n.6.p.400.
Libellos contra magistratus clanculo proijcientes deteriores sunt,quã illi,qui substantias, & prædia diripiunt.c.3.n.64.p.29.
In Cathalonia contrarium practicatur. n.65.
Liberatio, seu quietatio facta administratori quando nõ impedit cõputorum reuisionem. c.23.n.177. p. 331. & quando non trahitur ad dolum n. 178.
Liberatio facta administratori quando ipsum liberat.n.179.
Liberatio, vulgo dicta (fin y quito) quando non valet.ca.23.num.181. p.332.
Liberatio quando retractatur. num. 186.
Liber rationũ a quibus debet, & quomodo confici.c.23.n.118.p.319.
Liber siue publicus,siue priuatus continens in se multas partitas, si in ali-

aliquibus probant, verè præsumitur, quod etiam in alijs probant, quod procedit, & in libro societatis. n.122.
Liber rationum in aliquo falsus, præsumitur in totum falsus. n.121.
Liber rationũ pro scribente non probat. n.129.
Libris rationum in magnis summis pro scribente non statur. n.130.
Libris administratorum creditur in parua summa. n.136.
Litteras commendatitias pro negotijs iustitię apud magistratus nihil proficere debent, nec illarum prætextu a recto iustitiæ tramite deuiare. c.29.n.6.p.429.
Locum tribunalis, vbi ius reddat visitator deputare debet. ca.4.num.4. p.44.
Locumtenens generalis omnes honores, & prærogatiuas Regias seruat, quia Principem repræsentat, & alter nos appellatur. Quinimo, & Princeps. c.9.n.2.p.113.
Locumtenentes procuratorum fiscalium non possunt vti iurisdictione aliqua, nec exequutiones facere, quinimo eas corã vicarijs, & alijs iudicibus ordinarijs petere debẽt, & de his obseruandis securitatem in introhitu officij præstare tenẽtur alioquin per Iudices tabulæ arbitrariè puniti possunt. c.12.nu.25. p.157.
Ludi publici debent fieri expensis populorum. c.23.n.62.p.305.
Limitatur, ibidem. n.63.

M

Magistratus omnes rationem suæ administrationis reddere tenẽtur post eorum officium depositũ, quod a sacra Scriptura originem habet. c.1.nu.5. & redditur ratio. n.6.p.2.
Magistratus non possunt, pœnas iuris differre, nec clementiores legibus esse, nec pœnas corporales a iure statutas in pecuniariam conuertere, c.13.n.16.p.164.
Magistratus nonnulli sunt, qui admittũt delinquẽtes ad pœnam pecuniariã non ad scelerum vindictam: sed vt fiscus peremptorum sanguine impleatur, nu. 18.
Magistratus quando in itinere hospitantur, nulla dona capere debent: sed de proprijs viuere tenentur. c. 16. n.32. p.199.
Magistratus, & Iudices diuitijs abundare debent, id siquidem Reipublicæ interest. c.16.n.75.p.206.
Magistratus, & Prouincias regentes non possunt negotiari, nec cũ subditis contrahere. c.16.nu.80. & assignatur ratio. n.81.p.208.
Magistratus tenentur reddere rationem pro vxore, matre, & filijs. ca. 16.n.96. & traditur ratio. nu.97. p.210.
Magistratus, & Iudices non debent, in syndicatu vexari, nec calumniari contra honorem, & dignitatem, & tunc calumniari dicuntur, quando friuolis, ineptijs, & calumniosis querellis frustrantur. cap.4.nu. 39. p.51.
Magistri Rationalis officium quod sit in Cathalonia, & in curijs vbi sedeat: quid ei incumbat de eius coadiutoribus, & iurisdictione. ca. 14.n.1. cum seqq. p.171.
Magister Rationalis subest Regiæ visitæ, & de quibus syndicari potest. c.14.n.9.13.14.15.p.172. & de quibus cognoscat. n.50.p.179.
Magister Rationalis in computis recipiendi non debet esse scrupulosus maximè vbi abest dolus. c. 14. n.49. p.178.
Magister Rationalis vbi calculatis computis inuenerit officiales debitores esse quo modo potest aduersus

uersus illos procedere. n.10.& declara vt n.11.p.178.
Ceteraque ad magistrũ rationalẽ pertinent vide in verbo expensum.
Magistratus Regij patrimonij fuit institutus,ab Alexando Seuero Imperatore.c.15.n.6.p.183.
Magistratus etsi Principis sint, non possunt capere bona alicuius vti in Fiscum deuoluta, sine litteris, & mandato Principis alioquin possunt in visita querellari. ca.15.nu. 29.p.185.
Magistratus omnes in Cathalonia syndicari possunt,vbi emerint per se,vel per interpositam personam proprietates, quę pro exequutione suorum tribunaliũ venduntur,aut aliter fuerint litigiosæ. cap.15.nu. 40. p. 187.
Magistratus Deputatorum in Catha lonia magnæ amplitudinis est, & causa propter quam fuit institutus refertur.c.24.n.1.p.332.
Magistratus officio, quod incumbit, tacitam in se habet cõditionem si a parte petatur.c.25.n.40.p.362.
Magistratus, & Iudices supremi de imperitia vllo modo visitari nequeunt.c.25.n.57.p.363.
Magistratus, & officialis procedens in atrocissimis delictis contra iura,& statuta excusatur.c.25.n.76. pag. 365.
Declara vt procedat in maioribus magistratibus,ibidem n.77.
Magistratus,qui tenetur, pro suis officialibus, & ministris illos exhibendo excusatur. cap.25. num.82. pag.366.
Magistratus quando excusatur in syndicatu a exhibitione suorum officialium,n. 83.
Magistratus in casibus in quibus pro suis officialibus,& ministris tenẽtur,prius sunt officiales ipsi,& ministri conueniendi antequam ipse magistratus. n. 84.
Magistratus non tenentur pro suis officialibus,& familia, nisi certo casu.nu.85.
Magistratus cęteriq.qui iurisdictionẽ exercent peruigilare debent in custodia ciuitatis, & in persequendis hominibus facinorosis.ca. 29.n.1. p. 427.
Magistratus,& officiales partiales esse non debent. c.29.n.4.p.428.
Magistratus & officiales quales debent esse.c.29.n.7.p.429.
Magistratus, & officiales in residentia, quandoq. pluribus modis cruciantur. c.28.n.1.p.419.
Magistratus durante residentia ab omnibus magno respectu haberi, debent.n.2.
Magistratus offendens tempore syndicatus, pœna capitali est plectendus. n. 3.
Magistratus, & Iudices tenentur in syndicatu, quando bannitos remittunt. c.25.n.152.p.375.
Mater tenetur reddere rationem administrationis.c.23.n.12.p.299.
Mater vsufructuaria librum administrationis conficere tenetur. ca.23. n.118.p.319.
Materia sententiæ difusa & *prolixa* est, & de ea autor remittit ad eam tractantes, & scribentes. cap. 26. n.80.p.395.
Materia appellationis plenius, quam alia est tractanda. c.27.n.p.400.
Mediatores baratarię,etsi duo sint nõ tamen probant contra officialem. c.5 n.69.p.76.
Mediator,& particeps baratariæ,etiã iunctis adminiculis non facit indicium,& quare.n.70.& 72.
Declara vt n.73.& 74.
Amplia etiam vt n. 75.p.76.
Medicus de publico salariatus non potest recipere præmium a vicinis nec recedere sine licentia ciuitatis. c.23.n.50,p.303.
Medicus a publico salariatus, si postea

tea impetitus reperiatur reprobari potest, eique salarium non debetur. c.23.n.54.p.304.
Medicus in dubio presumitur bene vti officio suo, ideo licet infirmus moriatur potest ab heredibus salarium exhigere. cap. 23. num. 53. p. 303.
Medicorum causa omniũ potissima est, & quare. n.52.
Memoriale actorum & instrumentorum tenentur scribe causarum cõponere, & in facie processus consuere. c.91.n.39.p.257.
Merces corruptas, & mixturatas possunt; officiales ad quos expectat proijcere, ac concremare. ca.23.n.78.p.319.
Mercatorum Iudices non tenentur in syndicatu, etsi condemnent reũ omissis iuris solenitatibus, & quare. c.25.n.147.p.374.
Mercatorum in curijs ex pacto nudo efficaciter agitur. ca. 25. num. 148. p.375.
Metus quomodo probandus est contra officialem visitandum. cap.5.n.81. p.77.
Militum hospitium est onus reale, & quid habere ipsi milites debet pro ipso hospitio. cap. 16. num. 30. p. 199.
Milites deficientibus stipendijs castra potius deserere, quam ex alieno viuere debent. n.31.
Modestia in Aduocato est necessaria, & pœna impij Aduocati refertur. c.18.n.28.& 29.p.245.
Moyses fuit Dei Cancellarius, Iosephus vir beatus Cancellarius Regis Pharaonis, Iosaphat vtiq. Cancellarius Dauid, & summus Pontifex in Ecclesia Dei, est illius Cancellarius. c.10.n.19.p.138.
Mulier etiam propter sexus frigilitatem excusatur a calumnia præsumpta. c.28.n.37.p.426.

N

NAtura dat hominibus prudentiã circa futura. cap. 23. num.76. p.308.
Nauigatio quo tempore incipere debet, & quo finire. cap. 9. num.66. pag.130.
Negligentia quando dicitur peccatũ mortale in officiali. cap. 16.nu.23. & 24 p.197.
Negligentia quando punitur. ca.17. n.91.p.232.
Negligentiæ casus plures referuntur. c.17.n.96.p.233.
Negligentia qualiter probari possit. c.5.n.91.92.& 95.p 78.
Negligentia, quæ excusat officiale qualis sit. c.25.n.37.p.361.
Negligentia iudicialis, quando prouenit ex dolo, vel dolo proxima est facit iudicem teneri ad omne interesse, secus si processit, ex culpa seu imperitia. c.26.n.50.p.389.
Necessitas officij excusat a præsumpta calumnia secus a vera. cap. 28. n.34.p.426.
Nobiles sunt exempti a solutione salarij quod Prætoribus soluitur. c.23. n.48.p.303.
Notarius tabulæ in Cathalonia qualis debet esset, & quid iurare debeat. c.4.n.10.p.45.
Notarius quomodo recusatur suspectus. c.6.n.30.p.91.
Notarius ancianorum, si est salariatus de publico, non potest aliquid accipere. c.16.n.64.p.204.
Notarij obnoxij sunt censuræ visitationis. c.19.n.1.p.252.
Notarij causarum criminalium ad quid tenentur. c.19.n.37.p.257.
Notarius finito negotio est custos processuum, & vbi illos perdiderit, tenetur ad interesse partis nisi iustã amissionis causam legitime probauerit. n.38.
Notarij Cancellarij, & Regentis regiam

giam Cancellariam quid teneatur facere, num. 4.
Notarius causarum contentionum, facta declaratione per DominũCãcellarium quid tenetur facere, nu. 42.
Notarij causarum Regiæ Audientiæ residentiam facere tenentur in Aula Regia sub pœna priuationis officij scribaniæ, ibidem, nu. 43.
Notarij Regij in Aula Regia scribentes dumtaxat pro vno Scriba mandati scribere debent sub certa pœna, cap. 19. n. 44. pag. 258.
Notarius Collegiatus non potest mutuare, nec præstare nomẽ alteri Notario, qui non fuerit collegiatus, vt scribere valeat in Regia Audienria, nu. 45.
Notarij causatũ criminaliũ nõ possunt aliquod salarium exigere ex oblatis supplicationum carceratorum sub certis penis, ibidem, num. 46.
Notarij causarum criminalium testium depositiones recipientes, illas recipere tenentur modo ad offensam, sine ad defensam tendant, sub pœna falsi, & priuationis officij, ibi. nu. 48.
Notarij exigentes pro qualibet dieta vltra viginti quatuor solidos in Visita syndicati possunt, ibidem, nu. 49.
Notarij in vna die plures exequutiones facientes vnam dumtaxat dietam exigere põssunt, ibidem, num. 50.
Notarij exigentes salaria vltra taxã inquam pœnam incidant in Cathalonia, cap. 19. nu. 51. pag. 259.
Notarij in Cathalonia tenentur firmare apochas, & albarana de quãtitatibus per eos receptis, ratione processuum, & instrumentorum, & desferre librũ, vbi describant quãtitates receptas designando nomina & cognomina partium, diem, & causas propter quas quantitates, receperunt, & quare ibidem, num. 53.
Notarij, & scriptores curiarum Regiarum, quando tenentur restituere receptum vna cum duplo, c. 19. nu. 56. pag. 260.
Notarij tenentur præsentare, quæcunque instrumẽta & requisitiones satisfacti in suo competenti salario, & quomodo, c. 19. n. 57. & 58. pag. 260.
Notarij non possunt In Cathalonia cõficere instrumẽta de prouisionibus aut literijs Apostolicis factis extra Regnum de possessionibus dignitatum, & beneficiorum in Principatu Cathaloniæ institutorum in fauorem cuiusuis personæ extraneæ sub certa pœna, cap. 19. num. 59. pag. 261.
Notarij Regestrum, seu Protocollum omnium instrumentorum secũ habere debent, nec partibus tradere possunt, ibidem, nu. 61.
Notarij in Cathalonia exhibere tenentur dominis directis instrumẽta venditionum, & aliarum alienationum de rebus feudalibus, & emphyteoticarijs, quæ pro eis tenentur, ibidem, num. 62.
Notarij instrumenta recipientes, ea partibus tenentur legere, ne eisdẽ fides detrahatur, ibidem, nu. 63.
Notarius non debet conficere instrumentum nisi de his, quæ sensu corporis percepit, aliter incurrit in pœnam falsi, nu. 65. & 66. pag. 262.
Notarius conficiens instrumẽtum super re illicita de falso punitur, ibidem, num. 67. & 68.
Notarius recusans instrumentum cõficere excusatur, duobus casibus, c. 25. nu. 150. & 151. pag. 375.

O

Ociosi verbi, & temporis, & horarum in die iudicij ratio reddenda est, cap.

cap. 1.num.9.pag.3.
Offerens aliquid pro officijs, & insecularionibus est inhabilis ad illa obtinendum,c.16.nu.8.pag.194.
Officialiũ crimina seueritate puniuntur, Plebeorum vero tarditate castigantur,c.1.nu.13. pag.3.
Officialis debet Syndicari licet officium exerceat gratis,cap. 2. num. 10.pag.6.
Officio priuandus, si non venit quis, non debet ei administratio interdici,c.3.num.25.
Declara,vt nu.26.& 27.pag.21.
Officia gratis sunt conferenda,cap.5. nu.18.pag.67.
Officia cúm venduntur, quæ mala & incommoda sequuntur,c.16.nu. 3. pag.193.
Officia nullus emere,aut ambire debet,ibidem,nu.4.
Officium solicitatoris, aduocatorum, & procuratorũ pauperum carceratorum,quare est institutum in Cathalonia,c.18.nu.5.pag.241.
Officiales annales, & tẽporales licet regulariter non soleant visitari, nisi finito eorum officio tamen consito de enormitate excessũ, ad partis instantiam durante officio possunt syndicari,& suspendi, & quare,c.3.nu.28.pag.22.
Officiales triennales in Cathalonia in fine cuiuslibet trienni sunt suspensi ipso iure ab administratione officij durante processu syndicatus, ibid.num.30.
Officialis quando ex officio præsumatur ditatus, vel non, c. 3. nu. 84. pag. 35.
Officialis euaditur à syndicatu,si querelæ non fuerunt datæ in tempore banni,cap.4.nu.17.pag. 47.
Officiales syndicandi banno publicato quid tenentur facere, num. 21.
Officiales libenter cõparẽtes in syndicatu consensum suorum fideiussorum obtinere debent, & absq; eo non possunt recedere ab ipso syndicatu,c.4.nu.25.pag.48.
Officialis fugiens à syndicatu habetur pro confesso, & talis fuga quid operatur,c.4.nu.28.pag.49.
Officialis non præsumitur, quod cõmittat aliquid illicitum,c.5. num. 3.pag.63.
Officialis præsumitur iuste facere omnia,quæ facit,ibidem,nu.4.
Officiales ementes officia præsumuntur omnia mala agere,cap.5. num. 17.pag.67.
Repræhensio contra officiales officia ementes,ibidem,num.21.
Præsumitur contra officialem : certò casu,ibidem,nu.22.
Pro officiali quo casu præsumitur,ibidem,nu.23.
Officialis in quo non est iustitia nomen officialis non meretur, cap.5. nu.63.pag.74.
Officialis non debet suspendi ab officio ante sententiam:nisi certo casu c.7.nu.6.pag.102.
Officialis,qui suspenditur ab administratione officij, pendente processu non potest vocari,nec promoueri,ad nouum honorem, vel aliud officium,cap.7.nu.8.pag.103.
Officialis delinquens extra officium non potest inquisitione pẽdente ab officio suspendi,ibi.nu.9.
Officialis electus ad officium contra cuius electionem fuit oppositũ de nullitate, an possit lite pendente exercere iurisdictionem, ibidem, nu.10.
Officialis licet sit electus in officio nõ tamen gaudet priuilegio,& dignitate officij:nisi suscepta administratione,& præstito iuramento,ibidẽ, num. 11.
Officiales perhorrescentes querelantes,& testes quando officio suspendendi sunt, ibi. nu.12.
Officiales actus Visitæ perturbantes possunt pendente inquisitione extra

tra

tra ciuitatem mitti per aliqua milliaria cum fideiussione, ibidē, nu. 13.
Officialis de graui crimine impetitus potest carceribus mancipari, cap. 7. nu. 14. pag. 104.
Officiales quorum delicta nō sunt ardua, & capitalia non sunt carcerādi: sed extra carceres sunt audiendi prestita fideiussoria cautione, ibidem, nu. 17.
Officialis pro debito ciuili carcerari non potest, & quare, ibidem, num. 19.
Officialis in Visita quærelatus, quando possit se per procuratorem defendere, c. 7. nu. 27. pag. 105.
Officiales temporales pendente inquisitione possunt absq; aliqua causæ cognitione suspendi ab administratione, & exercitio officij, cap. 7 num. 28. pag. 106.
Officialis conuentus ante tempus syndicatus excipere potest, expectandū esse syndicatum, cap. 7. num. 30. & assignatur ratio, nu. 31. pag. ead.
Officialis ante syndicatum in sex casibus conueniri potest, cap. 7. nu. 35. pag. 107.
Officialis conuictus de nimia negligentia potest durante officio syndicari, & conueniri, ibidem, n. 36.
Officialis si viderit aliquem rixari, & non se interponit durante officio potest suspendi, & remoueri, ibidē, num. 37.
Officiales ob nimiam sæuitiam suspenduntur, ibid. nu. 38.
Officialis qui non habet integram familiam pro qua salarium percepit, ab officio suspenditur, ibidem, nu. 39.
Officialis, qui pro officio habēdo dederit pecuniam potest durante officio puniri, ac illo priuari, ibidem nu. 40.
Officialis duobus casibus potest officio suspendi, ibidem, nu. 41. & 42.
Officialis licet durante officio accusari possit, verum inquisitio, & exequutio est supercedenda durante officio vsq; ad tempus residentiæ, cap. 7. nu. 43. pag. 107.
Officialis ante administrationem officij iurare debet, se pro eo nihil soluisse, aut promisisse, alias est puniendus, c. 16. n. 5. pag. 193.
Officialis, qui pro officio iurisdictionali pecuniam dederit, efficitur inhabilis ad ipsum officium regendum, & eo priuatur, cap. 16. nu. 6. & traditur ratio, nu. 7. pag. 194.
Officialis non debet se intromittere de offiiio alterius, cap. 16. num. 11. pag. 195.
Officialis sicut temerè innocētem capiēs tenetur de iniusta captura: ita capturam iustam denegans in syndicatu conuenitur, cap. 16. nu. 19. pag. 196.
Officialis non faciens, quod ratione officij facere tenetur præsumitur esse in dolo, cap. 16. num. 22. pag. 197.
Officiales quando in itinere hospitantur, nulla dona capere debent: sed proprijs sumptibus viuere, c. 16. n. 32. pag. 199.
Officiales missi per Cathaloniæ Principatum non debent victualia minori prætio emere quam venduntur in foro publico: nec eis Vniuersitates vendere viliori prætio compelluntur, ibid. nu. 34.
Officiales Regij non possunt in Cathalonia pro compositione criminosi aliquid recipere, nisi parte satisfacta, c. 16. n. 44. pag. 201.
Officialis non potest à loco administrationis recedere sine licentia: aliter priuatur salario, cap. 16. num. 49. 50. & 51. pag. 202.
Officiales Baronum recedentes à loco administrationis sine licētia priuantur officio, ibidem, nu. 52.
Officialis salariatus nō potest aliquid recipere

tra ciuitatem mitti per aliqua mil liaria cum fideiussione, ibidem, num.13.
Officialis de graui crimine impetitus potest carceribus mancipari. c. 7. n.14.p.104.
Officiales quorum delicta non sunt ardua,& capitalia non sunt carcerandi: sed extra carceres sunt audiendi pręstita fideiussoria cautione.n.17.
Officialis pro debito ciuili carcerari non potest,& quare.n.19.
Officialis in visita querelatus,quando possit se per procuratorem defendere.c.7.n.27.p.105.
Officiales temporales pédente inquisitione possunt absque aliqua causę cognitione suspendi ab administratione,& exercitio officij. ca.7.nu. 28.p.106.
Officialis conuentus ante tempus syndicatus excipere potest expectandum esse syndicatum. c.7.n.30.& assignatur ratio.n.31.p.ead.
Officialis ante syndicatum in sex casibus conueniri potest. cap.7.n.35. pag.107.
Officialis conuictus de nimia negligentia potest durante officio syndicari,& conueniri.n.36.
Officialis si viderit aliquem rixari,& non se imponit durante officio potest suspendi,& remoueri. ibidem. num.37.
Officiales ob nimiam sæuitiam suspẽduntur.n.38.
Officialis qui non habet integram familiam pro qua salarium percepit ab officio suspenditur.n.39.
Officialis, qui pro officio habẽdo dederit pecuniam potest durante officio puniri,ac illo priuari.ibidem, num. 40.
Officialis duobus casibus potest officio suspendi.n.41. & 42.
Officialis licet durante officio recusari possit, verum inquisitio, & exequutio est supercedenda durante officio vsq. ad tempus residentiæ. c.7.n.43.p.107.
Officialis ante administrationem officij iurare debet, se pro eo nihil soluisse,aut promisisse,aliàs est puniendus.c.16.n.5.p.193.
Officialis, qui pro officio iurisdictionali pecuniam dederit efficitur inhabilis ad ipsum officium regendum,& eo priuatur. ca.16.nu.6.& traditur ratio.n.7.p.194.
Officialis non debet se intromittere de officio alterius.ca.16.num.11.p. 195.
Officialis sicut temere innocentem capiens tenetur de iniusta captura: ita capturam iustam denegans in syndicatu conuenitur. cap.16.nu. 19.p.196.
Officialis non faciens, quo ratione officij facere tenetur præsumitur esse in dolo.c.16.n.22.p.197.
Officiales quando in itinere hospitantur,nulla dona capere debent : sed proprijs sumptibus viuere. cap.16. n.32.p.199.
Officiales missi per Cathaloniæ Principatum non debet victualia minori prętio emere quam vendunt tur in foro publico:nec eis vniuersitates vendere viliori precio compelluntur.n.34.
Officiales Regij non possunt in Cathalonia pro cõpositione criminosi aliquid recipere: nisi parte satisfacta.c.16.n.44.p.201.
Officialis non potest a loco administrationis recedere sine licentia:aliter priuatur salario. cap. 16.n.49. 50.& 51. p.202.
Officiales Baronum recedentes a loco administrationis sine licentia priuantur officio.n.52.
Officialis salariatus nõ potest aliquid recipere a subditis; aliàs in syndicatu tenetur. ibidem n.54.& assignatur ratio.n.55.

Officialis finito officio recipit salariū vsq. ad aduentum successoris, quem expectare debet, aliàs punitur in syndicatu. cap. 16. num. 56. & 57. pag. 203.
Officiales in vna die pluries executiones facientes vnam tantum dietā recipere possunt, c. 16. n. 58. & traditur ratio n. 59. p. 203.
Officialis quid debet in libro computorum annotare in libro. ca. 16. nu. 65. p. 204.
Officialis nihil vltra salarium ei cōstitutum, à litigantibus recipere debet. c. 16. n. 70. p. 205.
Officialis si plus accipit, quā sibi cōpetit mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur. n. 71.
Officialium in Cathalonia salarium vltra taxam recipiens qua punitur pœna. n. 72.
Officialis obnoxius indagare aliquid ratione sui officij præsumitur in eo scientia, & consequenter tali casu ignorantia ipsum non excusat. c. 16. n. 94. p. 210.
Officialis committens delictum, autoritate officij, a visitatore punitur in syndicatu. c. 16. n. 99. p. 211.
Officiales ad restitutionem rerū male ablatarum in visita condemnatus non potest amplius ad simile officium aspirare. cap. 17. num. 127. pag. 237.
Amplia vt procedat de iure municipali. n. 128. p. 208.
Officialis delinquens in officio priuatur officio. c. 21. n. 8. p. 269.
Officiales quando puniantur pœna vndecuplæ vulgo de las onza doblarias. c. 14. n. 53. p. 179.
Officiales Generalitatis Cathaloniæ quid tenentur iurare in introitu suorum officiorum. cap. 24. nū. 28. p. 346.
Officiales Generalitatis Cathaloniæ tenentur reuelare, & denuntiare, Deputatis omnes fraudes, quę ad ipsorum notitiam peruenerint. ibidem n. 29.
Officialibus Generalitatis Cathalonię prohibitum est sub pœna priuationis officij, recipere pecunias, & munera pro rebus ad eorum officium concernentibus. n. 30.
Officiales Generalitatis non possunt habere interesse in arrendamentis læsdarum de mediona, nec libros Generalitatis arrendatoribus communicare, sub pœna priuationis officij. n. 31.
Officiales Generalitatis non possunt esse conductores iurium bullarum, & vectigalium illius, nec interesse, nec partem in illis habere sub pœna priuationis officij. n. 33.
Officiales Generalitatis tenentur obseruare contenta in capitulis 12. & 13. curiarum anni 1599. ibidem, num. 34.
Officialis non potest perempta instātia syndicatus cōueniri coram suo ordinario in propria patria. c. 25. n. 6. p. 356.
Officiales excusantur, & si percusserint, vel vulnerauerint delinquentes capiendos si tempore capturæ illis resistunt. capit. 25. num. 15. p. 357.
Officialis si reum fugientem, quem aliter capere non poterat vulnerauerit excusatur. ibid. n. 16.
Officialis habens mandatum speciale a Iudice capiendi delinquentem viuum, aut mortuum si illum sibi resistentem vulnerauerit, aut occiderit, excusatur. cap. 25. num. 17. p. 358.
Officialis vbi dubium est, an deliquit calore, & autoritate officij quid præsumendum est. cap. 25. num. 32. pag. 361.
Officialis non inquirens, nec puniens delinquentes quando excusatur. c. 25. n. 46. p. 362.
Officialis excusatur, si de commissis

suæ

suæ conscientiæ aliquid sine dolo contra iustitiam per imperitiam faciat.c.25.n.54.p.363.
Officialis excusatur,si accellerat executionem dilatione pendente propter tumultum se dandum,dummodo iuste exequatur.c.25.num.67. p. 364.
Officialis, qui dimiserit Cardinali condemnatum ad mortem stante priuilegio excusatur.n.68.
Officialis quando excusatur in syndicatu iniurians verbaliter suę iurisditioni subiectos. ca. 25.nu.69.& assignatur ratio.n.70.p.365.
Officialis inquisitus de extorsione: si ante litem contestatam, vel ante sententiam non animo tamen cōfitendi, deposuerit pecunias, aut res extortas excusatur in syndicatu.cap.25.num.73.p. 365. Limita num.74.
Officialis propter factum prædecessoris excusatur in syndicatu. ibidem n.75.
Officialis transgrediens ex iusta causa pœnam statutariam, eam augēdo,vel minuendo excusatur in syndicatu. nu.78.
Officialis quando non tenetur pro delicto suæ familiæ. n.79.
Officialis excusatur in syndicatu de delictis commissis non prætextu officij,datur ratio. cap.25. nu.80. pag.366.
Officialis quando non tenetur ex facto,seu delicto sui substituti.n.81.
Officialis vbi aliquid remunerationis gratia receperit,non tamen ex causa officij excusatur.n.86.
Officialis quando excusatur si seruiat per substitutum. cap.25. num.99. 100. 102.& 102. p.368.
Officialis seruiens per substitutum quādo excusatur.c.25.n.103.& 104 p.366.
Officialis, qui litigantem mulctauit, quando verbalem iniuriam ei intulerit excusatur, ibidem n.105.
Officialis excusatur si per modicum tempus extante publica autoritate priuaret dominū re sua,ibid.n.110
Officialis, seu Iudex excusatur si ob breuem instantiam terminos cumulauerit. nu.111.
Officialis detinens concubinam in loco vbi administrat excusatur in syndicatu.c.25.n.113.& assignatur ratio,n.114.p.370.
Officialis à concubinatu se abstinere debet, quia res mali exempli est. ibid. n.115.
Officialis non solum a pecuniæ lucro sed etiam a libidinoso aspectu cōtinens esse debet.n.116.
Officialis aliquid faciens iussu Principis non sponte,sed necessarie facere præsumitur. c.25.n.122.p.371.
Officialis quando debet obedire mandatis superiorū.c.25.n.124.& traditur ratio n.125.& 126.p.371.
Officialis præceptum iniustum Principis non debet exequi,sed illi rescribere,& secūdam iussionem expectare. c.25. n. 128. & assignatur ratio n.129.p.372.
Officialis contrahens in loco administrationis quādo excusatur.n.130
Officiales pecuniarij pecunias Regias,vel publicas, in vsus proprios conuertentes quando excusantur. ibid. n.131.
Officialis pecuniarius excusatur in syndicatu: si ignoranter in crimen peculatus inciderit,vel se debitorē declarat ibidem n.134.
Officiales effecti senes in seruitio Principis debent tantum ab eo consequi:ne in senectute egeant. cap. 25. n.140. p.373.
Officialis ob merita sua, & maiorum suorum excusatur.cap.25.nu.144. pag. 374.
Officiales etsi facultatibus abundent, tenentur nihilominus pręstare cautionem fideiussoriam de stādo syndicatui

dicatui finito eorum officio.ca.25. nu.157.p.377.
Officiales non tenentur personaliter persistere in syndicatu. n.159.
Officialis quando in causis syndicatus per procuratorem se defendere potest. n.160.
Officialis, qui fuit absolutus in syndicatu potest agere actione iniuriarũ aduersus querelantem qui nõ probauit.c.26.n.66.p.393.
Officialem accusans indebitè, acriter puniendus est.c.26.n.67.p.394.
Officialis agens actione iniuriarum aduersus querelantem, quid probare debeat vide remissiuè. ibidem n.68.
Officiales plures in officio subordinati, & vnica sententia condemnati insolidum tenentur, n.69.
Quod declars num.70.
Officialis, seu Iudex in visita condemnatus non tenetur: nisi in quantum facere potest.c.26.n.71.p.394.
Officialis in Cathalonia dumtaxat semel tantum appellare potest à sententia per Iudices tabulæ lata. c.27.n.7.p.400.
Officialis condemnatus per Iudices tabulæ in quantitate, vel re valoris 300. solidorum, vel minoris nõ potest in Cathalonia appellare.c.27. n.9.p.401.
Officialis in iudicio tabulæ condemnatus, vel re valoris vltra quingentos solidos, vel etiam de minori tãgento infamiam, vel infligentem pœnam corporalem potest appellare.ibid.n.10.
Officialis vbi a syndicatu fuerit absolutus, eius aduersarius poterit semel appellare. n. 11.
Officiales condemnati appellaor cõram eodem visitatore.ca.27.n.60. & quid si sit absens, ibidem nu.61. p.415.
Officialis publicus quomodo conficere tenetur librum administrationis, cap. 13. num. 117.pag.319.
Officialis condemnatus per Visitatorem, quando fideiussoribus relaxetur.c. 26.n.81.p.396.
Officialis cognoscens cum violentia carnaliter mulierem prætextu officij, quando torqueri debet, & qua pœna puniri possit remissiuè. ibidem, n.83.

P

PApa, nec Episcopus dispensare nõ solent, vt quis ad sacros ordines promoueatur, vel in religionem recipiatur, quod susceptæ administrationis rationem non præstiterit. c. 23.n.37.p.301.
Paria sunt iniustitiam facere, & iustitiam denegare, & negligenter administrare.c.17.n.77.p.231.
Pater quando rationem reddere tenetur.c.23.n.11.p.298.
Patruus de quibus rationem reddere tenetur.c.23.n.15.p.299.
Paupertas in magistratu, administrationi nociua est. cap.16.num.76. pag.206.
Pauperes non soluunt iura carcelagij.c.18.n.21.p.244.
Pauperum causas iuitus nouit. ca.18. n.44.p.247.
Peccata multoties impediunt resolucre dubia causarum. ca.26.num.4. p.383.
Pecunia publica pro operibus publicis designata non potest per administratorei Reipublicę conuerti in alios vsus. c.23.n.46.p.303.
Pecunia potest promitti, & statim deberi dari assecurati periculum nauium.c.13.n.75.p.308.
Peculatus crimen apud antiquos in publica delicta connumeratur, & pro illius coertione Iudices peculiates constituuntur.cap. 23.n.358. pag.327.
Pecunia publica an debeat consumi in

in educandis, & erudiendis pueris pauperibus, & in nutriendis pueris expositis.c.23.n.91.p.312.

Pecuniam offerens vt officium obtineat, præsumitur habere animum indebitè lucrandi,& malefaciendi c.5.n.20.p.67.

Pecunias fisci,& Reipublicę arbitrio boni viri,per Magistratus,& decuriones expendi solent,& quomodò c.14.n.46.p.178.

Pecunia deputata ad emptionem frumentinon potest per decuriones aliosq. Reipublicæ administratores tangi minus, nec ad alios vsus conuerti.c.22.n.29.p.277.

Pœna criminis baratariæ quę sit.c.7.n.16.p.104.

Pœnæ plures constitutæ sunt aduersus milites de quibus remissiuè.ca.9.n.62.p.130.

Pœna corporalis a iure statuta, non potest in pecuniariā cōuerti datur ratio,c.13.n.16.p.164.

Pœna ex causæ mutari potest.ca.26.n.26.p.386.

Pœnæ malè & temerè appellantium, quæ sint, c.27.n.40.p.411.

Pœna mitior ordinaria imponitur ei qui iusto dolore motus deliquit. c.26.n.31.p.386.

Pœna infamię non irrogatur infami ex alia causa,ibid.n.34.

Pœna hodie resides in arbitrio Iudicantis,& in Cathalonia communiter omnes pœnæ sunt arbitrariæ. c.26.n.35.& 36.p.386.

Pœna quadrupli punitur etiā Index baratariam committens. c.26.nu.47.p.389.

Pœna priuationis officij,in quibus casibus de iure communi incurritur. c. 26.n.52.p.390.

Pœna deportationis, & totius substātiæ amissionis qui veniant condemnandi. c.26.n.62.p.393.

Piscatores capientes pisces in flunijs, cum herbis mortiferis puniantur. cap. 23. num. 79. pag. 309.

Perceptores publici nō possunt compellere Vniuersitates, nec illarum singulares ad electam pecuniam soluendam, sed tenentur recipere omnem speciem pecunię currentis c.24.n.37.p.347.

Piratæ portus derobantes, quibus expensis sint fugandi, vel capiendi. c.23.n.103.p.317.

Pontifex sanctus, licet a nemine syndicari valeat, nihilominus Leonē Quartum se libenter obtulit corā Ludouico Imperatore rationē reddere de his, quæ a subditis conquerebatur, c.23.n.8.p.298.

Pontifex Eugenius secundus fuit primus qui instituit carceres pro clericis.c.20.n.3.p.264.

Portarij Regij tenentur stare syndicatui c.21.n.1.p.268.

Portarij circa capturas delinquentiū quid obseruare debent.n.2.

Portarij non possunt aliquem capere sine Iudicis mandato, quod etiam capiendo ostendere tenentur facta prius aprehēsionē personæ, ibidē num. 3.

Portarius, qui notificat delinquenti mandatum de capiendo ad hoc, vt fugiat punitur arbitrariè iuxta qualitatem facti.ibi.n.7.

Portarij malè tractantes & vulnerantes in actu capturæ: puniendi sunt c.21.n.9.p.269.

Portarij in Cathalonia non possunt facere executiones sine concilio Iudicis,& superioris.ibid.n.10.

Portarij no possunt pro dieta exigere nisi dumtaxat quinque solidos sed hodie nouem solidos recipiunt. n. 11. & 12.

Portarij ad quid tenentur.c.21. n.13. & 14.pag.269.

Portarij Constitutiones Cathaloniæ obseruare debent, & quare.cap.21. n.15.p.270.

Potestas non recipiens fideiussores in loco

loco, in quo residentiam facere tenetur non debet personaliter detineri, nisi causa contra ipsum esset capitalis. c.7. n.18. p.104.
Practica obseruanda per Iudices tabulæ, c.4. n.24. p.48.
Præconium in quo promittitur præmium capienti malefactorē: quando per vicarium, seu Iudicem solū, vel cum consilio ciuitatis fieri possit. c.14. n.25. p.175.
A Præcepto facto per Episcopum in actu visitationis alicui de residendo in Ecclesia non admittitur appellatio: nisi ex causa. cap. 27. nu. 65. pag. 415.
Præmium per vicarium, seu Iudicem promissum ei, qui malefactorem detexerit, ipsi vicario est in calculo recipiendum. cap. 14. num. 23. & 24. p. 175.
Præmium promissum capienti, vel detegenti, malefactorem primum est soluendum de bonis ipsius delinquentis, quam de bonis fisci. ibi. num. 28.
Præmia quæ a Iudicibus pollicentur pro capiendis malefactoribus iustissima ratione fuerūt introducta datur ratio. n.29.
Præsides prouinciarum dum prouinciā ingrediuntur litteras potestatis in locis publicis, & consuetis publicare consueuerunt. cap.4. num. 11. p. 45.
Præsumendum est semper pro officialibus publicis. c.5. n.1. p.63.
Præsumitur aduersus officiales, quādo aliquid factum est contra naturam officij. c.5. n.15. p.66.
Præsumptio mali præcedentis, quādo contra officialem viget. ibidem num.16.
Præsumitur contra officialem: si fecit aliquid contemplatione potentioris, vel quod aliter ad se non pertineat. c.5. n.22. p.67.
Præsumitur tunc pro officiali quando nō seruat debitū ordinē in procedendo: secus cum statutum a legibus methodum omisit. ibidem. num.23.
Quando præsumatur contra Iudicem n.24. 25. & 27. p.68.
Pro Iudice nec officiali præsumitur, quando ipsorum culpa est patens, clara; & certa. n.26.
Præsumitur contra Iudicem pedaneū & ignarum, ibidem n. 30. & assignatur ratio n.31.
Quando pro Iudice, & officiali bene præsumitur, tunc aduersos illos, testes omni exceptione maiores requiruntur. c.5. n.32. p.69.
Prærogatiua competens Cancellario assistendi circa Regem competit Vicecancellario. cap. 10. num. 18. pag. 138.
Principium cuiuscunq. rei, eiusdēque pars potissima censetur. cap.1. nu. 1. pag. 2.
Principi tantum licet armificationes & armamenta publica detinere, c.9. n.49. p.126.
Princeps admittens reum ad compositionem, quid debet facere. ca. 16. n.43. p.40.
Princeps non potest etiam de absoluta potestate tollere deffensiones, quia peccaret. cap. 17. num. 84. p. 232.
Princeps in causa propria suos Iudices speciales habet. cap.15. num.7. pag. 183.
Principis mādato quamuis duro obediendum est, & datur ratio. cap. 25. n.120. p.370.
Priuilegium Regis Petri dat. 14. Kalendas Nouembris 1339. quid importet. c.22. n.16. p.276.
Priuilegium tribuens formā qualiter visitatores procedere debēt, nullus præter eos, de ipsorum actibus cognoscere potest: nisi quatenus esset requisitus. c.2. n.7. p.6.
Probatio aduersus Iudices, & officiales

les debet esse concludens,& non de contingenti.c.5.n.10.p.65.
Probatio semiplena præsumptiua, vel coniecturalis non sufficit aduersus Iudices, & officiales in syndicatu. n.11.
Limita ibidem n. 12.
Probationes legitimæ, & euidentes tunc contra officialem requiruntur, quando agitur ad illius condemnationem, quo vero ad subijciendum illum tormentis indicia concludentia in subsidium plenæ probationis sufficerent. cap.5. nu. 14.p.66.
Probatio irregularis, & priuilegiata, quæ fit per iuramentū partis querelantis non sufficit ad conuincēdum officialem de furtis, baratarijs, & concussionibus, quando officialis a syndicatu non fugit.ca.5. n. 53. p.73.
Probatio duplex est.ibid.n.57.
Probationes leuiores sufficiunt ad defensam officialium, & assinatur ratio, c.5.n.100.& 101.p.79.
Probationes querelantis.& querelati vbi pares,& æquales fuerint, tunc in fauorem officialis querelati est pronuntiandum. cap. 26. num.2. pag.382.
Processus factus a Iudice suspecto ex capitulis inimicitiæ est nullus etiā non apposita recusatione. cap. 6. n.13. p. 88.
Processus factus a Iudice reuocato nō est nullus parte non opponente. c. 6.n.69.p.99.
Procuratores fiscales officium nobilē habere dicuntur.c.12.n.3.p.154.
Procuratores Curiarum Regum, Principum, Episcoporū, & aliorum virorum illustrium honorabile officium,& non vile dicuntur habere, datur ratio,ibid.n.5.
Procuratores fiscales, & illorum locumtenentes quarumcunq. curiarum, per vim, corruptionem, aut alias aliquid indebitè exigentes in duplū in syndicatu restituere cōpelluntur. c.12.n.22.p.157.
Procuratores fiscales curiarum Cathaloniæ,& Rossilionis,& Ceritaniæ ad quid tenentur.n.23.& 24.
Procuratoribus fiscalibus Cathaloniç quando non est prohibitum inquirere,& capturare: ibid.n.27.
Procuratores pauperum ad quid teneantur. cap. 18. num. 15. & 16. pag.243.
Procurator ad lites & negotia rationem reddere tenetur de gestis.cap. 23.n.21.p.300.
Proregis potestas amplissima est, cū omnia facere valeat, quæ specialiter ipsemet Rex facere potest. c.9. n.1.p.113.
Prorex sedet in eodem supremo solio vbi sedere consueuit Rex quando est in Regno,& omnibus Prælatis, & Magistratibus Regni præfertur, c.9.n.4.p.114.
Proregis præcipuum munus quale sit, ibid. n.5.
Prorex iustitiā administraturus quid debet facere.n.6.
Proregi competit nulli parcere contra iustitiam,& prouinciam malis hominibus purgare,c. 9. num. 11. pag.116.
Prorex licet sapiens sit quid debet facere. n. 12.
Proregi plurimum incumbit prouidere, ne subditi ab officialibus vexentur. c. 9.n.15.p.118.
Prorex libenter subditorum querelas audire debet,& quam fidem eis adhibere. n. 16.
Prorex publicam audientiam tenere debet in eaq. hilari vultu subditis se ostendere,& quare. cap.9.n.17. & 18.pag.119.
Proreges cæteriq. supremi Magistratus qui dominum Regem consulere tenentur circa officialium electiones,quid obseruare debeāt.n.19

Prorex potestatem, & iurisdictionem subordinatam detinet legibus Regni, c.9.n.20.p.120.
Prorex non potest procedere de plenitudine potestatis, nec ex abrupto & dispensatiuo modo maximè in Cathalonia, n.21.
Proreges in Cathalonia vouent in causis ciuilibus, & criminalibus, quando Senatores Regiæ Audientiæ sunt in numero pari votorum. Et quid in hoc casu obseruare debent, n.23.
Proreges in Cathalonia debent relaxare, seu relaxari mãdare reos carceratos postquam per Senatum fuerit conclusum, & deliberatum illos fore relaxandos. cap.9. num. 26. pag. 122.
Limita vt non procedat, vt n.27.
Proreges in materia iustitiæ non debent recedere a voto Regiorum Consiliariorum, & datur ratio. ibidem n.28.
Prorex neutri parti fauere debet, nec partialem se ostendere. cap. 9. nu. 29. p.122.
Proreges contentiones, & inimicitias inter magnates ortas, & suscitatas confestim reprimere, & componere debent, ibidem n.30. & assignatur ratio n. 31.
Proreges quales esse oportet, ibidem. num.32.
Prorex licet gratiam, & remissionem delictorum concedere possit, quid debet obseruare. c.9.n.33.p.123.
Prorex domi retinere non debet famulos, gratias delictorum ab ipso obtinentes mediante pecunia, licet illa ad eum non perueniat. ibidem num. 34.
Proreges ad quid teneantur. ibidem, n.36.p.124.cum seqq.
Proreges non debent facilè extractionem frumenti à Regno concedere: nisi regnum fuerit prius bene prouisum. ibid.n.39.
Prorex tantum dat licentiam officialibus recedendi à loco vbi officium administrant.c.16.n.53.p.202.
Prothonotarius inter Notarios est omnium primus, & post eum sequuntur Scribę Regij Archiui, mãdati, registri, &c. c.19.n.2.p.252.
Prothonotarius, eiusuè locumtenens, & Scribæ mandati tempore absentiæ, seu infirmitatis, quid tenentur facere, & sub qua pœna. cap. 19. n.5.p.253.
Prothonotarius eiusuè locumtenens, Secretarijs Scribæ mandati, & Regestri exigentes pro expeditione priuilegiorum, cartarum, prouisionum, & litterarum, & appositione mandati, regestri, & iure sigilli plusquam per cõstitutiones Cathaloniæ est dispositum incurrunt in pœnã inhabilitatis officij, & mille florennorum, ibid.n.8.
Prothonotarius eiusuè locumtenens, & Scribę mandati interueniunt in rebus grauibus, & ponderosis quæ in Regia Audientia tractantur, & sic noticiam sacrorum scriniorum dicuntur habere, cap.19.num.25. pag. 255.
Prothonotarius, & eius locumtenens, & Scribæ mandati propter eorũ officium, dignitatem habere dicũtur & ad obseruantiam constitutionũ Cathaloniæ sunt adstricti sub certis pœnis. cap. 19. num. 27. & 28. p.255.
Protutor tenetur reddere rationem suæ administrationis. cap.23.n.7. pag.299.
Prouincia Cathaloniæ habet regna vincia extrema partim Frãcorum, partim Turcarum, & propterea aduersus hostes in limitibus prouinciæ sunt constituta præsidia, & in eis multi milites stationarij, cap.9. n.41.p.124.
Prouincia Cathaloniæ in curijs generalibus vti maior prouincia, & magis

magis antiqua tempore Christianorum præcedit prouinciam Valentiæ,c.22.25.p.277.

Q

QValitas custodiæ est in arbitrio Iudicis constituta. cap.25.n.21. pag.358.
Qualitates omnes, inquereia deductæ,sunt probandę,c.28,n,21,& 22. p.423.
Querelæ leues, friuolæ & scrupulosæ aduersus Magistratus,& Officiales non sunt admittendæ per visitatores,& redditur ratio, cap. 3.nu.69. pag. 31.
Querelæ quomodo offerri debent,ca. 4.nu.39.pag. 51.
Querelę infra quod tempus pręsentari debent & quid si nõ presentátur c.4.n.40.p.52.
Querelæ ex pluribus causis, quæ remissiuè referuntur, fieri possunt, n.42.
Querelarum formulæ referuntur,ca. 4.n.42.43.44.45.& 46.pag.53.
Querelantes in Cathalonia coram Iudicibus tutelæ non admittuntur ad quereladum officialem:nisi pręstita prius cautione de soluendo expensas in casu sucumbentiæ. ca. 4.n.59.p.56.
Querelę continere debent clausulas (animo iniuriandi) & (reuocans in animum suum) & traditur ratio. c.4.n.54.& 55.p.55.
Querelatores officialium sucumbentes redduntur infames. cap.28.nu. 19. pag. 422.
Querelator falsus potest condemnari in eadem sententia,in qua officialis absoluitur, & post sententiam per viam principalia actionis,cap. 28. n.425.
Querelator excusatur a calumnia si testibus fuit deceptus.ibidem, numer.31.
Item si credidit viro fide digno. numer. 32.
Querelator, qui per testes inhabiles suam probauit querelam, si illorũ deffectus sibi non erant noti excusatur a calumnia, cap.28.num.38. pag. 426.

R

RAtio administrationis per quos & quando reddenda est.c.1.n.5. & redditur ratio.n.6.p.2.
Ratio est quædam dati & accepti cõmemoratio, ac ideo ante liquidatas hinc inde rationes exequutio fieri non potest. cap. 14. num. 17. pag. 173.
Ratio debet reddi a capite vsq.ad finẽ computando prius introitus & accepta, & postea data, vt super his fieri possit liquidatio. ca. 23.n.111. pag. 318.
Rationes administratoris in eius absentiã exigi, & examinari possũt, nec non & fieri sententia de liquidatu contra ipsum administratorem absentem.c.23.n.159.& redditur ratio.n.160.p.327.
Ratio semel reddita,& habita liberatione illius,non debet iterum reddi.c.23.n.166.p.328.
Limita vt n. 167.& 168.
Rationem alleganti non fuisse plenè & legitimè redditam incũbit onus probandi. c. 23.n.175.p.330.
Rationes intricatæ,ita vt non facile intelligi possint non videntur redditæ.c.23.n.182.& 183.p.332.
Limita in minutis expensis, vt in n. 184.
Rationes causam claram continere debent, quod si incerta, vel obscura causa sit non sufficiet, ibidem, num. 185.
Rationes publicæ singulis annis sunt exigendæ.c.23.n.187.p.333.

Rationes publicas reddi, quilibet de populo petere potest in iudicio etiã sine mandato, ibid. n.189.
Ratio vbi reddi debet. ibid. n.190. & quid si administrator mutauit domicilium. n.191.
Rationum reddendarum materia tota ex bono & æquo pendet, & late declaratur, c.23. n.195. p.334.
Recusari potest suspectus Iudex non solũ in ciuilibus, & criminalibus, verum & in causis syndicatus. c.6. n.6. p.86.
Recusatio visitatoris debet proponi in scriptis, & oblato libello, & coram eodem visitatore alias nihil operatur. c.6. n.9. & 10. p.87.
Recusatio & appellatio æquiparatur, ibid. n.11.
Recusatio visitatoris per quem debet fieri, c.6. n.14. p.88.
Recusationis causa est allegãda, & probanda quando visitator recusatur suspectus de iure canonico: secus de iure ciuili. ibid. n.15. & 16.
Recusans visitatorem suspectum iurare debet de calumnia. n.17.
Recusatio quando fit in terris imperij seruandum est ius ciuile, & in terris Ecclesiæ ius Canonicum, nisi aliter obseruet consuetudo, ca. 6. nu.18. p.89.
Recusans in Cathalonia visitatorem quid tenetur facere n.19.
Recusari potest totum collegium totaque vniuersitas vt suspecta licet non omnes de vniuersitate & collegio sint suspecti, quando collegij seu vniuersitatis caput est suspectus. c.6. n.27. p.91.
Recusari possunt omnes officiales vnius tribunalis, quando illius tribunalis caput, & superior est suspectus. ibid. n.29.
Recusatur visitator suspectus quando fuerit consanguineus partis querelantis. c.6. n.43. p.95.
Recusari non potest visitator, qui fuerit consanguineus partis querelantis, & officialis querelati si consanguinitas est in eodem gradu: aliter secus, ibid. n.44.
Recusari potest visitator pluribus alijs ex causis. ibid. n.40. & seqq.
Recusatio prouenĩens ex causa inimicitiæ debet esse manifesta, & non dubia, & sic exprimenda est causa specialis inimicitiæ. c.6. num.56. pag.96.
Recusatio visitatoris ante exactam depositionem ab officiali querelato opponi debet: alias inducitur cõsensus in visitatorem adeo, quod amplius recusari non potest. c. 6. n.57. 58. 61. & 62. p.97.
Recusatio visitatoris de nouo emergens quando opponi potest. n.59.
Recusato visitatore, arbitri eliguntur & quomodo. c.6. n.63.
Fallit in Cathalonia, ibidem, nu.64. pag 98.
Recusationis causa quando est notorie iusta reddit processum a iudice recusato factum ipso iure nullum: secus si causa recusationis fuerit notoriè friuola. cap. 6. nu.68. pag 99.
Redditio rationis dolosa illiusq. liberatio & diffinitio nullo modo sustinetur, c.23. n.176. p.330.
Redditio rationis syndicorũ & aliorum administratorũ publicorum fit in publico generali consilio. ca. 23. n.188. p.333.
Refutationes, quas faciunt minores administratoribus suis cũ iuramẽto super administratione tutelæ sunt validæ, ca. 23. nu.171. p.330. Limitatur, n.172.
Regula diuini & humani iuris disponens, quod in ore duorum, vel triũ stet in omne verbum explicatur, an procedat contra magistratũ integræ fidei, & solitum habere manus mundas. c.5. n.61. p.74.
Regij officiales non debent male tractare

ctare scribas mandati ex causa prę sentationis requisitionũ sub pœnis impositis contra violatores cõstitutionũ Cathaloniç.c.19.n.12. p.253.

Remissio delictorũ parte leza nõ satisfacta, nec iure cõmuni nec Cathaloniæ fieri potest.c.13.n.10.p.163.

Limita ex causa publicç vtilitatis.c.9 n.33.p.123.

Remunerationis causa multa a iure permittuntur, quę alias non permitterentur.c.23.n.70.p.307.

Repulsam testiũ denegare, est defensiones denegare.ca.7.nu.80.& 81. p. 231.

Res magni valoris non debet vendi, nec distrahi pro paruo debito.c.15 n.27.p.185.

Republica publicis expensis pauperibus litigantibus aduocatos constituere tenetur.c.18.n.6.p.241.

Reuelans baratariam seu iudicis corruptionẽ debet habere præmiũ, & de quibus gaudet. c.17.n.7.p.218.

Reus nõ debet pro eadem causa apud diuersos iudices molestari. c.25.n. 7. p.356.

Reus vbi alias de eodem crimine absolutus fuerit, aut condemnatus nõ potest contra eum amplius procedi.c.25.n.9.p.357.

Rex Saul quia non exercuit iustitiam in Achab Regem fuit grauiter repræhensus à Domino, & offensam commisit.c.9.n.7.p.114.

Rex in Cathalonia, salua eius regia clementia non potest regulariter vti potestate absoluta, & quare.c.9. n.22.p.120.

Rex in ciuitatibus & villis regalibus omnium regnorum suorum cogere potest Cõsules, & Iuratos, & Reipublicæ administratores ad dandũ & reddẽdum bonum, & legale cõputum rerum publicarum, & reliquum restituendum, & traditur ratio.c.23.n.3.p.297.

Rex aduersus inimicos classem parare tenetur, c.23.n.104.p.317.

Rex si reditus sufficientes non habet ad defentionẽ portorum ex ciuiũ collatione, quod deficit, iustè percipere potest. ibid.n.106.

Rex Salomon dum regnum gubernaturus esset, sapientiam a Deo humiliter postulauit, & eam, & diuitias cõsequutus fuit, & si plusquam petijt obtinuit.c.9.n.32.p.122.

Rex in Cathalonia Capitaneũ Generalem deputauit Excellẽtissimũ Prorogem ad quem militaris omnia auxilia, & ministeria pertinẽt. c.9.n.42.p.125.

Rex in Cathalonia in qua persona prouidere debet officium Cancellarij, c.10.n.6.p.136.

Declara vt ibidem n.7.

Rex sicut in causis fiscalibus suos Iudices proprios habet, ita quoq. Aduocatos, & Procuratores peculiares habet, qui ab eo nominantur, & creantur.c.12.n.1.p.154.

Rex Tarquinius superbus fuit primus inuentor carcerũ.c.20.n.2.p.264.

Rex philippus II. in anno 1599. cũ sua Regia personali presentia præstitit in ciuitate Barcinone iuramẽtum de obseruandis Constitutionibus Cathaloniæ, & priuilegijs eiusdem c.22.n.14.p.275.

Reges Aragonum Comites Barcinone ex sua benignitate, & Regia clementia debent personaliter accedere ad ciuitatem Barcinone ad prestandum iuramentum de obseruandis constitutionibus, immunitatibus, & priuilegijs Principatus, ibid. n. 15.

Rex negligens propter negligẽtiam potest priuari regno, ca.22.nu.46. p. 281.

Rex, & omnes tenentur soluere in Cathalonia vectigalia, impositiones, & gabellas, quia ex lege, & pacto totius curiæ ipse Rex ad prædicta se adstrinxit.c.24.n.3.p.338.

S

Sacramentū,& homagium de quibus tenentur præstare Iudices tabulæ, c.19.n.52.p.259.
Sacerdos tenetur,vbi ex sua negligentia,vel culpa infirmus mortuus fuerit fine cōfesſione.c.17.n.95.p.233
Samuel Propheta,& Iudex Regni Israel post depositum officium, visitationis censuræ se submisit.ca.1.n.7.p.2. & de gestis per eum corā Deo rationem reddidit.ca.23.n.7.p.298.
Salarium iudicum tabulæ quātum, & per quos deponendum,& soluendū sit remissiuè.c.3.n.20.p.20.
Salarium iustum,& competens debet constitui officialibus,& magistratibus,quodq.laboribus correspōdeat c.16.n.73.p.205.
Salarium testium causarum criminalium quantum sit notarijs soluēdū c.19.n.47.p.258.
Salarium vltra taxam etiam a sponte dantibus recepi non potest.c.19.n.54.p.260.Declara ibidem n.55.
Salarium Medicorum, vel magistrorum liberalium artium debet solui ex pecunia communi.ca.23.n.49.pag.303.
Salarium Doctoribus legum, alijsque liberalium artiū professoribus an possint decuriones ciuitatū soluere.n.51.
Salarium Aduocatorum,& Procuratorum ciuitatum ex publica pecunia solui debent.c.23.n.55.p.304.
Salarium,quod visitatoribus Pharmacopolarum & aliorum vtensilla vēdentium soluitur,ex pecunijs publicis vniuersitatem solui potest.c.23.n.77.p.308.
Salarium, quod custodibus messium, & vinearum præstatur, non debet solui ex pecunia publica. cap. 23. n.93.p.304.
Scribæ mandati in subleuamen Cancellarij, & Regentis regiam Cancellariam de ipsorum ordine, & mandato destribuunt causas inter Doctores Regiæ Audientiæ,eas illis committendo nomine domini Regis.c.10.n.12.p.137.
Scriba Regij Archiui Ciuitatis Barcinone ad quid tenetur. c.19. n. 6. pag. 253.
Scribæ mandati aliquid indebitum recipiētes in quam incidunt pœnā, ibid.n.9.
Scribæ Cancellariæ, & habentes sigilla regia tenentur facere continuā residentiā inCancellaria,n.10.
Scribę mandati ad quid tenētur. n.11. cum seqq.p.252.
Scribę mandati interueniunt in votā dis causis in regia Audiētia,& ideo iurant vota Senatorum non reuelare,& vbi ea reuelauerint qua pœna puniuntur. n.29.
Scribæ causarum tenentur processus, & acta fideliter scribere sine fraude,& errore,ca.19.n.30.p.256.
Scribæ causarum in Cathalonia qualiter scribere, & componere processus causarum debeant. n.31.
Scribæ causarum differre tenentur Iudici processum postquam per eundē fuerit prouisum infra dies tres, sub pœna priuationis salarij,& vbi fuerint negligentes quomodo puniuntur.c.19.n.40.p.257.
Scriba maior Generalitatis Deputationis obnoxius est obseruare capitula, quæ referuntur remissiue.ca.24.n.35.p.346.
Secretum obseruare plurimū interest. c.10.n.36.& 37.p.141.
Secretum earum rerum,quę circa res bellicas deliberantur summopere est obseruandum.c. 9.n.45.p.125.
Scire dicitur aliquando per vehementem opinionem. c.16.n.92.p.209.
Seditiones, & rixas debet Magistratus, vt quam primum ortæ fuerint componere. c.29.n.3.p.428.

Sena-

Senatorũ dignitas plurimũ estimãda est,& quare. c.10.n.20.p.138.
Senatores Regiæ Audientiæ Cathalo niæ non syndicatur de sententijs latis cum deliberatione ipsius Regiæ Audientiæ.c.10.n.22.& assignatur ratio n.23.p.138.
Senatores Regiæ Audientiæ regię visitationi sunt obnoxij.c.10.nu.24. pag.139.
Senatorum quod sit præcipuum munus. n.25.
Senatores Regiæ Audientiæ Cathalo niæ quomodo causas decidunt. ca. 10.n.35.& 36.p.141.
Senatores reuelantes ea,quę in consilijs secreto tractantur, quomodo sũt puniẽdi.c.10.n.38.& 39.p.142
Senatores vti iudices supremi,& tanquam vices præfecti prętorio obtinentes iudicare non possunt secundum eorum conscientias sola veritate facti inspecta. n.40.
Limita in Cathalonia, n.41.
Senatores recte iudicantes ordinem iudiciarium obseruare debent. ca. 10.n.43.p.145.
Senatores Regiæ Audientiæ Cathalo niæ munera recipientes in quã incurrunt pœnam, c.10.n.57.p.146.
Senatores Principẽ consulere debent & quomodo.c.10.n.66. p.147.
Senatores licet sapientes sint, verum ipsorum prudẽtiæ initiari non debent. c.10.n.67.p.148.
Senatores in eorum officijs procedentes animaduertere tenentur,quę referuntur. n.68.& 69.
Spoliare aliquem proprijs beneficijs sine rationabili causa,& manifesta non decet.c.7.n.4.p.102.
Sequestratio lite pendente fieri inhibetur, sicut & ipsius rei infiscũ incorporatio.c.15.n.33.& assignatur ratio.n.34.p.186.
Sequestrum quando lite pendente penes tertiũ aut reum fieri potest cũ fideiussoribus, n.35.
Sententia de cuius iniustitia,& errore notoriè apparet nullã habet pro se præsumptionem.c.5.n.29.p.68.
Sententiæ latæ per Cancellarium in Cathalonia super causis contentionum iurisdictionum non admittũt appellationem,nec recursum.cap. 10.n.16.p.137.
Sententiæ latæ per Regios Senatores non subijciuntur Regię visitationi c.10.n.21.p.138.
Sentẽtia qualis est per visitatores pro ferenda. c.26.n.9.p.383.
Sentẽtiæ vbi & quomodo debent pro ferri.n.10.
Sententia in causa syndicatus an proferri possit absq; assignatione ad sententiam,& sine partis instantia cum distinctione resoluitur. c.26. n.19. p.384.
Quid in Cathalonia obseruatur. ibidem, nu. 20.
Sententia cõdemnatoria ad mortem si sit proferenda quid per visitatores obseruari debeat,ca.26.nu.41. pag.387.
Sententia debet ferri de officio bene gesto, & debet visitator in tali sententia officialem commendare, & si male se gessit vituperare. ca.26. n.64. & 65.p.393.
Sententia an mittatur prius exequutioni contra officialem condemnatum, quam contra fideiussores. ca. 26.n.72. p.394.
Sententia, & omnia alia facta per visitatorem recusatum sunt nulla. c. 26.n.75. p.394.
Sententia absolutoria lata ob contumaciã non comparentiũ illud speciale habet vt officialis ampli^9 molestari nõ potest. c.26.n.77.p.395.
A sententia reuocatoria lata per iudicem causarum appellationum, an liceat appellare. c.27.n.17.p.413.
Sententia in causis computorum exequi potest pro residuo non obstãte appellatione.c.23.n.163. p.318.

Sequestrator rationem reddere debet. c.23.n.31.p.300.
Seruitia officialis tribuūt excusationē à pœna.c.25.n.144.p.374.
Seruus,qui dñi negotia administrauit si vendatur antequam rationem reddiderit, poterit cōpelli emptor, vt illum dño reuendat ad hoc,vt sibi rationē pręstet.c.23.n.33.p.300.
Socius tenetur rationem reddere cōsocio.ibid.n.20.
Solemnizationes,quæ fiunt per ciuitates in nouo aduentu Regum vnde originem habent.c.23.n.60.p.304
Solitus querelare in duplicatis expensis condemnatur.c.28.n.14.p.421.
Syndici Ciuitatis Barcinone titulo Ambitiatorū decorātur,ingrediūturq. in curias generales, & primo loco sedent & prius loquuntur, ꝓ brachio regali,c.22.n.23.p.276
Syndicus seu maiordomus Ciuitatis non potest de illius bonis soluere: nisi de mandato Cōsiliariorum, & Procerum.c.25.n.141.
Limita n.142.p.373.
Sylla Romanorum Dux quolibet anno dictaturā deponebat, & in subditorum potestatē se tradebat.c.23 n.9.p.298.
Statuta terrarum circa visitationem originem habent à iure diuino,ca. 1.n.10.p.3.
Satutum aliquid præcipiens,vel prohibens,nulla adiecta pœna,qui illi contrafacit extraordinem punitur c.19.n.22.p.254.
Statutum imponens pœnam falcificāti instrumentum publicum cōprehendit falsificātem acta iudicialia. c.19.n.69.p.262.
Subornatio quid sit.c.17.n.13.p.219.
Sumptus facti per ciuitatem in nouo ingressu Regum ex pecunia publica solui debent.c.23.n.59.p.304.
Sumptus facti in mitendo carceratos ad regios triemes de quibus pecunijs solui debent,c.14.n.22.p.175.
Sumptus facti in rebus concernentibus bonā politicā,& administratione iustitię per vicarios sunt in calculo recipiēdi per Magistri Rationalem.c.14.n.30.p.175.
Sumptus à procuratore alioue administratore bona fide facti,etiā si res malū exitum habuerit, sunt illi in calculo recipiendi.c.14.n.48.178.
Superioris iussus seruilem necessitatis præsuponit. c.25.n.125.p.371.

T

Talionis pœna olim exercebatur, & fuit de iure diuino inuenta. ca. 28. n.5.p.420.
Talionis pœna ex consuetudine generali recessit ab aula,n.6.
Terminus banni currit de momento ad momentū, & in eo currunt dies feriati, & explicatur qualis sit terminus iste tam de iure ciuili,quam municipali,c.4 n 16.p.46.
Post terminum datum per bannū veniens ad accusandum non auditur c.4.n.18. quod intellige, vt nu.19. & limita vt n.20.p.47.
Testes omni exceptione maiores quādo exiguntur.c.5.n.6.& 7.p.64.
Testes omni exceptiones maiores qui dicuntur.c.5.n.8.p.65.
Testiū qualitas quod sint omni exceptione maiores articulanda,& probanda est vbicunq. ad probationē alicuius huiusmodi testes requirūtur.c.5.n.9.& 78.p.76.
Testes inimici non admittuntur in syndicatu contra iudices,& officiales etsi inimicitiæ sint præsumptę; quia idem operatur sicut vera.cap. 5.n.33.p.69.
Testes de vniuersitate nō probant in syndicatu contra officialem syndicandum,vbi multi, vel maior pars se congregauerunt in consilio ad remouendum officialem,quem nō eligerunt. n.34.
Testes offerentes memorialia in syndicatu,

dicatu, instigatores, ministrantes testes, aut instantes querelantes, vel alijs vitijs irrititi omnino sunt expellendi à causis visitationum. c.5. nu.36.p.70.
Testis, qui iudicem corrupit dando illi pecuniam, vel promisit aliquid dare, vt talem ferret sententiã non probat contra illũ: nisi dum staret in syndicatu aufugisset.ibid.n.37.
Testes vbi omni exceptione maiores esse debent qui dicatur esse idonei. c.5.n.38.p.70.
Testes plures defectus patiẽtes in syndicatu nullam fidem merentur. c. 5. n.39.p.71.
Testium inhabilitas nõ suppletur ex aliorum testimonio, ibidem n.40. & redditur ratio, num.41.& 42.& ampliatur n.43.
Testis infamis quando probat. c.5.n. 44.
Quod tamen intellige, & declara, vt n.45.46.& 47.p.72.
Testium supletio in causis ciuilibus & non criminalibus locũ habet n.48.
Testes inhabiles ad officialis defensionẽ illiusq, innocentiam probandam admittuntur.n.50.
Testes de familia ipsius officialis, quãdo questio nõ tangit eos admittuntur, in syndicatu, pro, & cõtra officialem.n.51.
Testes duo non sufficiunt contra officialem præheminentem, & personam publicam.c.5.n.62.p.74.
Testes singulares quomodo & quãdo crimen Baratariæ probant, cap. 5. nu.64.& 65.pag.75.
Testes quorum vnus deponit de veritate facti, alter de confessione officialis, alij de fama, & alij de alijs adminiculis reputantur singulares verum coniunguntur cũomnes tendant, ad eundem rei finẽ, & sic probant contra officialem, ibi.n. 67.
Testes multi singulares etiamsi semiplenã probationẽ fatiãt nõ erit sufficiens ad condemnandum, & puniendum ipsum officialẽ pæna ordinaria, c.5.n.68.& 69.pag.75.
Testium qualitas in syndicatu est probanda, c.5.n.78.& 79.pag.76.
Testes de dolo deponentes etiam non interrogati dicti sui rationem reddere tenentur, & assignatur ratio, c.5.n.89.& 90.pag.78.
Testes de negligentia deponentes ad instat negatiuę cum contestatione certi loci, & temporis depõnere debent, & rationem sui dicti etiã nõ interrogati reddere tenentur, c. 5. nu.98.& 99.pag.79.
Testes domestici, familiares, ac minus idonei probant defensionem, & innocentiam officialiũ in syndicatu c. 5.n.103.Declara vt n.109.p.80.
Testes inhabiles non sunt idonei ad defensam quãdo ad partis querelã proceditur, vel reus pluribus indicijs esset grauatus, vel summè indiciatus dicto c.5.n.10.quod tamẽ iudicis arbitrio remittitur ibid.n.111
Testes aliorum testium reprobatorij non solum habiles, sed etiam omni exceptione maiores esse debent. n. 112.
Testes nec nouę probationes fieri: nec recipi possunt super meritis causæ principalis, nec sententijs à Iudice latis, c.5.n113.p.81.
Testes sunt examinandi ab ipso visitatore, & non a notario, d. ca. 5.n. 115.& datur ratio.n. 116.& 117.p. 81.
Testes infirmi, Senes, & alij in dignitate constituti, & ij qui in loco remoto sunt, & extra iurisdictionem visitatoris per subsidiarias literas recipi posũt.c.5.n.520.& 121.p.82
Testes qui recusant testimonium dicere per visitatores compellẽdi sunt. ibid. n.122.
Testis, qui se subtrahit à depositione, vt nõ testificetur, tenetur parti cui interest in concientia.ibid.n.123.

Testi asserenti aliter se prestitisse testimonium quam a notario scripti fuit in ciuilibus nō creditur, in criminalibus vero ex iurata testis assertione fides notarij vacillat.c.19. n.64.p.261.
Testes amici pro defensione sunt habiles, & in syndicatu ad defensam admittuntur.cap.5.n.104.p.79.
Testes birroarij licet in criminalibus, & causis grauibus nō possint esse testes:tamen ad defensam in syndicatu sunt idonei.c.5.n.105.106. 107.& 108.p.80.
Titulati viri Illustres, & magnates habent ius sedendi coram domino Rege in scamnis tecto capite.c.22. nu.12.p.275.
Trajani Imperatoris virtutes & alia referuntur.c.23.nu.92.p.313.
Tutor & curator, eorumque hæredes tenentur rationem reddere.ca.23. n.16.p.299.
Tutor & curator pecunias pupillares in eorum vtilitatem conuertentes prædones dici possunt, & cōtra eos in litem iuratur.c.23.n.115.p.319.
Tutor & curator in reddendis rationibus quid debet facere.c.23.n.123. p.320.
Tutor prius ostēdere debet introitus, quam exitus.n.125.
Tutor excusatur à præsumpta calumnia.c.28.n.35.p.426.

V

VAssallus quādo non tenetur sequi Principem vel dominū à quo feudū habet in bello.c.23.n.105.p.317.
Vectigalia noua pro administranda Iustitia per Regem vel Principem non debēt imponi, sed eam debēt seruare ex redditibus Regni, & qualiter sit hoc intelligendum.c.23. n.102.p.317.
Vendi non potest res magni valoris pro paruo debito cap.15. num.27. p.185.
Vicarius Regius, qui minus anno officiū triennale iurisdictionis habuerit, an possit in eodem officio resirmari pro sequenti triennio absque syndicatione c.3.n.31.p.22.
Mieres, & Cancer partem negatiuam tenent, & rationem reddunt n. 32. & Senatus partem affirmatiuam tenuit.n.33.
Vicarius regius cæterique officiales visitari possunt, vbi pro officio obtinendo pecuniam dederint, c.16. n.1.& assignatur ratio. n.2. p.193.
Vicarij, alijque officiales debent seruare dominium, & honorē Regis & alia facere.c.16.n.10.p.195.
Vicarij & alij officiales quando tenentur in syndicatu, c.16. n.14.& assignatur ratio.n.15.p.196.
Vicarij, Baiuli, & alij officiales non possunt absque crimine fraganti capere aliquem sine iudicis mandato in scriptis, quod capiendo ostendere tenetur.n.18.
Vicarius tenetur si de maleficio non inquisit, c.16. n.20. & assignatur ratio, n.21.p.197.
Vicarij, & alij officiales tenentur in syndicatu, si carceratum in carceribus subterraneis, & foueis posuerint, n.25. & si pro leui delicto in carceribus subterraneis, eum ligatum, longo tēpore detinuerint, c.16.n.26.p.198.
Vicarij, Baiuli, & alij officiales delictum in eorum officiis commitentes mitius sunt puniendi, quam alij, n.27.
Vicarij, & alij officiales si vidēt rixā quid debent facere, n.28.
Vicarij non possunt hospitari aliquē in domo Doctoris datur ratio, c.16. n.29.p.199.
Vicarij in Cathalonia cum prosequātur processum soni emissi non possunt compellere agricolas ad dandum panem, & vinum hominibus de exercitu, n.33.

Vicarij

Vicarij in Cathalonia quas personas nō possunt ad compositionem admittere.c.16.n.45.p.201.
Vicarij,& omnes alij officiales personaliter seruire tenentur,& non per substitutum,n.47.& quæ sit ratio, n.48.
Vicarij Baiuli,& alij officiales syndicantur de absentijs in eorum officijs commissis sine licentia,c.16.n.53.p.202.
Vicarij,& alij officiales nihil à subditis recipere debent, præter iustum Salarium,c.16.n.61.p.204.
Vicarij in Cathalonia non possunt recipere seruitia: nisi parum de cibo,quod paucis possit consumi diebus sub pæna priuationis officij, n.66.
Vicarij in Cathalonia oportet, quod sint diuites vel saltē quod mediocritatem fortunarum habeāt, c.16. n.77.p.207.
Vicarij, & Potestates debent pauperes, & miserabiles personas tueri, & defendere, n.78.
Vicarij, & alij Magistratus prouincias regentes negotiari nec cōtrahere possunt cum subditis aliter in syndicatu tenentur, c.16.n. 80. & assignatur ratio,n.81.p.208.
Vicarius in loco oficij prædium per se vel per alium emere non potest, n.82.& datur ratio,n.83.
Vicarij ementes victualia vili præcio camminis, & terrore syndicari possunt, licet tamen eis, vbi talia victualia ad emendum non inuenerint iusto præcio soluto impunè à subditis auferre, c.16.n.84. & 85. p.209.
Vicarij tenentur de commissis per suos officiales, & familiares: si deliquunt in officio, vel ratione officij, ibidem n. 86. & traditur ratio n. 87.& 89.
Vicarij & magistratus vt non teneantur pro familia quid debent facere num. 88.
Vicarij, & alij magistratus pro quibus tenentur, c.16.n.96. & quare, n.97.p.210.
Vicarius cogitur exibere officiales, & domesticos vt cōueniantur, vel vt testimonium ferant de his.quę in officio fecerunt, ibid.n.98.
Vicarij Baiuli,Alguzirij,& alij officiales tenentur in pluribus casibus quos vide remissiue.ca.16.nu.100. p. 211.
Vicarius illud quod expendit pro persequēdis malefactoribus est in calculo recipiendum. cap.14.nu.19. p. 274.
Victualia tempore necessitatis desferri possunt ad ciuitates absq. Superioris licentia.c.23.n.57.p.304.
Visitatio,& residentia de iure diuino procedit,c.1.n.8.p.2.
Visitationis iudicium,rationi iuri, & æquitati consonum est,& de necessitate illius.c.1.n.11.p.3.
Visitatorum electio ad quem pertineat c.3.n.1. & 2.p.5.
In Cathalonia pro visitandis officialibus triennalibus eliguntur tres Iudices, ibid.n.3.
Visitatorum pręcipuum munus quod sit,c.2.n.11.p.6.
Visitatores viri I.V. Doctores eminētissimi sunt eligendi.c.2.n.12.vsq. ad n.20.p.6.
Visitatorum iurisdictio olim qualis erat.c.3.n.1.p.16.
Visitatores hodie quam habent potestatem.c.3.n.2.& 3.p.17.
Visitator generalis quomodo potest in visitatione procedere.n.4.
Visitatores sunt Iudices ordinarij, & non delegati.c.3.n.5.6.& 7.p.17.
Visitatores, Regij officiales nuncupantur.c.3.n.9.p.18.
Visitatores an testes citare possint coram ipsis, & non cōparentes cogere? c.3.n.14.p.19.
Visitatores nunquid aduersus officialium defunctorum heredes in visita

ta procedere valeant, & pro quibus, c.3.n.21.& 22.p.20.
Visitatores an cognoscere possint de delictis officialium non pertinentibus ad ipsum officium c.3.nu.23. pag.21.
Visitatores seculares num visitare, & punire possint clericum Officium Regium habentē vbi in ipso officio deliquerit, c.3.n.34.p.23.
Visitatores seculares nō possūt ex defectu iurisdictionis punire clericū in officio seculari delinquentē pœna corporali, c.3.n.40.p.24.
Bene tamen possunt officio priuare, & pecuniariter mulctare, n.41.42. & 43.p.25.
Visitatores an possint punire familiarem Sancti officij pro culpis,& delictis in officio Regio commissis cum distinctione resoluitur, c.3.n. 50.& 51.p.26.
Visitatores generales possunt omnes officiales visitare, c.3.n.53.p.27.
Visitatores vbi plures fuerint creati ad visitandum, & syndicandū officiales, & vnus ex illis noluerit interuenire cum alijs in causa diffinieda possunt alij procedere, n.54.
Visitatores si plures sint cōstituti ad syndicandum potest bannum syndicatus de mandato vnius visitatoris promulgari. ibid. n.55.
Visitatores contra officiales syndicādos procedere possunt in diebus feriatis. ibid. n. 58.
Visitator parte concordata, & remittente potest accusationem prosequi. c.3.n.59.& 60.p.28.
Visitatores non debent præbere aures ad falsas querelas, n. 61. & 62.
Visitatores non debent recipere memorialia secreto absq. subscriptione, c.3.n.63.p.29.
In Cathalonia contrarium practicatur, ibid.n.65.
Visitator plurimum attendere debet ad inclinationem naturalem nationis, & gentium, vbi visitam, & censuram facit, c.3.n.67.p.30.
Visitator etiam attendere debet ad qualitatem Magistratuum, & officialium visitandorum. ibid. n. 68.
Visitatores de quibus contra visitandos inquirere, cognoscere, & iudicare debent. c.3.n.72.p.32.
Visitatores in Cathalonia super quinque præcipue capitulis inquirere, & iudicare tenentur. ca.3.num.73. p.33.
Visitator tenetur concedere terminū officialibus visitandis ad se defendendum illumq. sæpius protogare: si ita conuenit, c.3.nu.77. Declara vt n.78.p.34.
Visitatio Prouinciæ cuius expensis debet fieri. n.79. Declara vt n.80. & 81.
Visitatio officialium Excellentissimo Protegi videtur commitenda ex rationibus, quæ referuntur, ca.3.n. 82.& 83.p.35.
Visitator quid animaduertere debet, quando dubitatur, an officialis ex officio præsumatur ditatus, vel nō, c.3. n.84.p.35.
Visitatores an recipere, & exigere possint partem pœnarum in quibus officiales in visita fuerunt condemnati. ibid. n.85.
Visitator primo loco literas suæ commissionis præsentare debet, cap.4. n. 1. p. 39.
Visitator ante præsentationem suæ commissionis non potest exercere iurisdictionem quinimo nec sufficit præsentare: nisi pariter per officiales loci fuerint exequutæ. ibidē. n.2. & 3.
Visitator locum tribunalis, vbi ius reddere putat deputare debet. c.4. n.4. p.44.
Visitator contra officialem a syndicatu fugientem procedere potest ex non scripto, siue libello, & etiam sine scriptura, sententia contra ipsum

sum

sum profertur, c.4.n.27. p. 49.
Visitatores dupliciter procedere possunt in visita contra officiales visitandos, c.4.n.35.p.50.
Visitator recipiẽdo depositionem ab aliquo præeminenti Magistratu seu alijs viris illustribus permittere debet; quod illi honorifice cuspso sedeat, & quare, c.7.n.16.p.105.
Visitatores possunt vt suspecti recusari, c.6.n.1. & asignatur ratio, n.2. pag.86.
Visitatoris recusatio debet proponi in scriptis, & oblato libello, & coram eodem visitatore: alias nihil operatur, c.6.n.9.p.87.
Et vbi visitator est solus Arbitri eliguntur ibidem.n.63 Et quid si fuerint plures vide, n.19.20.21.22.23. & 24.p.90.
Et quid in Cathalonia super his observetur, n.64.p.99.
Visitatoris recusatio per quem debet fieri, c.6.n.14.p.88.
Visitator quando recusatur suspectus allegandæ, & probanda est causa suspicionis, n.15.& 16.
Visitatores omnes alicuius ciuitatis vbi suspecti sunt recusari possunt de iure cõmuni: secus de iure municipali Cathaloniæ, c.6.n.33.& 34.p.92.
Visitatorem recusandi plures causæ remissiue, c.6.n.37.p.93.
Visitator sine legitima causa recusari non potest, c.6.n.38.p.94.
Visitator quando recusatus vt suspectus, n.39 41.42 & 43 p.95.
Visitator consanguineus partis querelantis, & officialis querelati non potest suspectus recusari: si consanguinitas est in eodem gradu: aliter secus, n.44.& 45.
Visitator potest ex causa inimicitiæ recusari etiam quod inimicitia nõ sit capitalis, n.46.& 47.
Visitator recusatur suspectus propter inimicitiam præcedentem sequuta reconciliatione, n.48.& 49.
Visitator recusatur suspectus ex eo, quod partem non salutat, vel & iniuriã intulerit, c.6.n.50.& 51.p.95.
Visitator nõ recusatur suspectus propter inimicitiam: nisi illa sit manifesta, c.6.n.56.p 96.
Visitatoris recusatio ante exactam depositionem ab officiali querelato opponi debet, alias inducitur consensus in visitatorẽ adeo quod amplius illum recusare non potest c.6.n.57.58.61 & 62.p.97.
Visitatoris recusatio de nouo emergens oponi potest post exactã depositionẽ etiam quod procederet, ex causa antiqua dummodo denouo perueuerint ad noticiam officialis querelati, n.59.
Visitatore recusato supecto arbitri eliguntur, & quomodo, n.63.
Fallit in cathalonia, n.64
Visitatoris iurisdictio quando dicitur suspensa, c.6.n.65.p.98.
Declara, n.66.
Visitator suspectus allegatus indignatur, & efficitur inimicus ex ipsa recusatione, quod facere nõ debet, c.6.n.68.p.99.
Visitatores in Cathalonia de quibus teneantur præstare sacramentum, c.19.n.52.p.259.
Visitatores quid tenentur cõsiderare ante quã iudicent, c.26.n.1.p.382.
Visitatores vbi bene certi extiterint de meritis causæ, & recte perceperint, pro qua parte est iustitia tunc in illius administratione debet esse constantes solum Deum præoculis habentes, c.26.n.3.p.383.
Visitatores quando rationem visitationis reddere tenẽtur, n.5.& asignatur ratio, n.7.
Visitator iniuste condemnans abominabilis est apud Deum, n.8.
Visitator debet proferre Sententiam claram & certã, & intelligibilem, c.26.n.9.p.383.

Visitatores vbi fuerint personæ graues, & Illustres possunt per alium sententias publicari, & recitari facere, n. 11.
Visitatores duo an possint sententiare tertio nolente, vel impedito, c. 26. n. 15. p. 384.
Visitatores, vbi quatuor fuerint: si duo absoluunt, & duo condemnant, sententia absolutoria præfertur condemnatoriæ; sed tutius est addere quintum, n. 17.
In Cathalonia quid super his sit prouisum, n. 18.
Visitatores in Cathalonia quomodo tenentur iudicare, c. 26. n. 21. p. 385.
Visitatores ex causa possunt in eorum sententijs imponere pœnam arbitrariam, & cessante causa arbitrandi tenentur sequi, & imponere pœnas a legibus, & statutis terrarum impositas, c. 26. n. 37. p. 386.
Visitatores, officiales visitandos ad mortem cōdemnare possunt. c. 26. n. 40. p. 387.
Visitatores in pœnis infligendis non debent esse procliues ad imponendum pœnā priuationis officij, c. 26. n. 51. & assignatur ratio, num. 53. p. 390.
Visitatores clementes, & misericordes esse debent, plura de pietate, & misericordia notatu digna referuntur, c. 26. n. 54. p. 391
Visitatores si non protulerint sententias infra tempus eis constitutum, & præfixum an lapso termino possint illas proferre cum distinctione resoluitur, c. 26. n. 76. p. 395.
Visitatores possunt suas sententias exequi: si ab eis non fuerit appellatum, c. 26. n. 78. & 79. p. 395.
Visitatores tres, vbi in diuersa vota tres differentes pœnas intulerint, pœna mitior exequi debet, c. 26. n. 82. p. 396.
Visitatores plures, vbi in sententiando discordes fuerint, sententiæ plurium standum est, n. 84.
Visitator vnus solus, num absque consensu suorum conjudicum sententiam proferre possit, & quid si alij conjudices interesse noluerint, vel non potuerint, aliaque dubia circa hanc sententiarū materiam, vide remissiue ibidem, n. 85.
Vniuersitas, Ciuitas, &c. recusari possunt, c. 6. n. 25. p. 90.
Vniuersitas & collegium quando recusari potest, c. 6. n. 26. p. 91.
Vniuersitatis bona duplicia sunt c. 23. n. 39. p. 301.
Vniuersitatis bona, an possint alienari, n. 40.
Vnus officialis nō debet se intromittere de officio alterius, c. 16. n. 11. p. 195.
Vsurpando alterius Iurisdictionem, quis extortionem committit, c. 16. n. 12. p. 195.

LAVS DEO.